Johannis de Trokelowe

ANNALES EDVARDI II.

Henrici de Blaneforde

CHRONICA,

ET

EDVARDI II.

VITA

A Monacho quodam MALMESBURIENSI fuse enarrata.

E Codicibus MSS. nunc primus divulgavit
THO. HEARNIUS.

Qui &, præter Appendicem (in qua, inter alia, Ordinationes Collegii ORIELENSIS) Monumenta quædam vetera, ab EDMUNDO ARCHERO communicata, subjunxit.

OXONII,
E THEATRO SHELDONIANO, A.D. MDCCXXIX.

K

165 h 8



CONTENTA.

I. EDITORIS Præfatio. Pag. VII.

II. Johannis de Trokelowe Annales Edvardi II. Angliæ Regis. E Codice MS. in Bibliotheca Cottoniana. Pag. 1.

III. Henrici de Blaneforde Chronica. E Cod. MS. in Bibl. Cott. 67.

IV. Monachi cujuſdam Malmesburienſis Vita Edvardi II. E Cod. MS. penes Jacobum Weſtum, Armigerum. 93.

V. An Account of the Canonization of William de Marchia Biſhop of Bath and Wells. E Regiſtris Wellenſibus. 255.

VI. The Commiſſion to ſhut up John Cherde (Monk of Ford Abbey) in his

18

his ſolitary Apartment during Life. E Reg. vet. Well. 263.

VII. The Charters for the foundation of Trinity Hoſpital at Ilcheſter. E Reg. vet. Well. 265.

VIII. K. Hen. VIII's. Letter of Thanks upon the Lord Privy Seal Thomas Cromwell's being elected, choſen and inſtalled Dean of Wells. E Reg. vet. Well. 271.

IX. A ſhort Account of Dr. Robert Brady and Mr. John Lightwine. From my learned Friend Mr. Thomas Baker of Cambridge. 273.

X. A Note about Jervais Hollis, from the genuine or 1ſt. Ed. of Mr. Ant. à Wood's *Athenæ Oxon.* 275.

XI. Notæ MSS. ipſius Joannis Bale, adjectæ Codici impreſſo de Scriptoribus &c. Ex autographo deſcripſit V. amiciſſ. Thomas Bakerus Cantabrigienſis. 276.

XII. Ordinationes Collegii Orielenſis.


ſis. In quibus et Statuta Univerſitatis Oxonienſis, ab Edvardo VI. lata ac ſancita. E Codice MS. veteri penes Editorem. 295.

XIII. Epitaphium Saræ Cherriæ, filiæ Franciſci Cherrii. 373.

XIV. A remarkable Story of a great Sum of Money, found in a great cumberſome wooden Bedſtead at Leyceſter, on which R. III. had layn before the Battle at Boſworth. From a MS. intituled **Remembrances**, collected by Sir Roger Twyſden. 374.

XV. Notæ, in quibus, inter alia, (1) Franciſci Godwini *Narratio de Gulielmo de Marchia*, è Godwini libro inedito de Epiſcopis Batho-Wellenſibus. (2) Obſervationes de cœnobio ſanctimonialium de Winteney in agro Hantonienſi. (3) Statutum illud Collegii Novi Oxoniæ, in quo prohibetur conſue-

ſuetudo radendi barbas. 376.
XVI. Index. 396.
XVII. Operum noſtrorum hactenus impreſſorum Catalogus. 415.



LE.

LECTORI.

§. I. VIX jam Vitæ Ricardi II. Editioni noſtræ manum admoveram, quum amicus doctiſſimus Ricardus Meadus Annales Edvardi II. auctore Joanne de Trokelowe ſive Tricklowe, nobis tranſmittendos curavit. Rogatu nempe noſtro, ut è Codice MS. vetuſto in Bibliotheca Cottoniana exſcriberentur curaverat vir clariſſimus, manu uſus Davidis Caſleii. Scriptorem eſſe bonæ notæ & fide dignum vel inde ſatis conſtat, quod eundem advocent Hiſtorici optimi noſtri recentiores. qui certe tam ſæpe non nominaſſent, niſi probaviſſent. Et ne me fallere exiſtimes, adeas (quæſo) Joannem Stoveum & Robertum Bradium, minime contemptos auctores, qui ambo bene antiquum eſſe ſcri-

ſcriptorem monuerunt. Imo tantæ quidem eſt antiquitatis, ut jam ipſo Edvardo II. regnante floruerit. Ideo non mirandum, tam Stoveum quam & Robertum Bradium (qui animam exhalavit [1] A. D. M.DCC. executore relicto Joanne Lightwino) alioſque etiam in ſubſidium adſciviſſe. Sed quamvis tanti pretii ſit hiſtoricus, nemo tamen hactenus edidit. Nimirum ſat eſſe exiſtimantes, ad fontes digitum intendiſſe, noſtræ diligentiæ hanc partem doctrinæ integram reliquerunt.

§. II. Auctorem monachum fuiſſe non eſt cur ambigamus. Neque ſcrupulum ullum injicit, quod *frater* appelletur. Nam illa vox de monachis etiam uſurpatur. Inde Dufreſnius, in Gloſſario ſub hac voce: Fratres, *dicti Monachi univerſim, id nominis à primis Chriſtianis mutuati, uti ad Cinnamum docuimus.* E quonam fuerit monaſterio, non æque liquet. Hac enim de re nihil, quod ſciam, memoriæ prodiderunt ſeu ſcriptores noſtri, ſeu etiam alii. utpote quibus dubia omnia ac incerta reddiderit tanta monumentorum veterum, fide dignorum, penuria. Tantum abeſt, ut dicas, viros, aliâs magnos, in re clara cæcutiiſſe. Quid igitur ipſe (inquies) habes explorati, cur ex hoc potius, quam ex illo cœnobio fuiſſe Trokeloum credamus? Equidem, id

1 *Append. N.* I.

in-

ingenue fatendum eſt, nihil noſtris in Adverſariis comparere, è quo hoc clare patere poſſit, etſi ſane ſtudioſe omnia conquiſierim eo pertinentia. Et tamen, ut controverſiam minuam, mea fert ſententia, cœnobii S. Albani monachum fuiſſe. Neque tu, lector, ut videtur, magnopere repugnabis. Nam Trokeloum in eodem Codice Cottoniano mox excipit Henrici de Blaneforde Chronica. quam ſane Chronicam *Trokeloi Continuationem* vocare non dubitavit (qui ſcite ſcribere ſolebat) Henricus Whartonus[1]. Henricum vero Blanefordium è monachis cœnobii S. Albani re vera fuiſſe, aperte teſtatur Thomas Walſinghamus. In Hiſtoria ſcilicet Angliæ, p. 97. Ed. Parkerianæ. Verba ſunt: *Rex vero Angliæ fatigatus per werras Scotiæ multipliciter, conceſſit in treugas voluntarie, quæ ſub treſdecim articulis claudebantur, quos qui videre deſiderat, reſpiciat Chronicas fratris Henrici Blankforde, monachi ſancti Albani, quæ habentur in monaſterio memorato.* Hinc (ne me Penelopes telam retexere putes) colligendum eſſe arbitror, et ipſum etiam Trokeloum ejuſdem itidem cœnobii monachum fuiſſe, diemque antequam Blanefordius ultimum obiiſſe. Neque obſtat, quod Trokeloum non nominaverit Walſinghamus, qui alibi etiam illorum nomina tacuit, per quos profecerit. Adeo

1 *Angl. Sacr. Part. I. p. 316.*

ut quum Blanefordius è cœnobio S. Albani eſſet, nullus dubito, quin ibi in re litteraria ſocium habuerit Trokeloum, qui forſitan hortatus eſt, ut ipſe etiam Henricus Annales hoſce Edvardi II. ea, qua par erat, cura, non tantum continuaret, ſed & ad umbilicum perduceret. Atque eo lubentius his de rebus egit Blanefordius, quod ipſi impenſe placebat opus (utcunque perbreve) Trokeloi.

§. III. Simul atque exploratum habuiſſem, Trokeloum atque Blanefordium in eodem adſervari volumine, repente judicavi, unum ab altero à nobis non eſſe ſejungendum. Atque eò lubens propendebam, quod de Edvardo II. ambo ſcribant, auctores utique coævi, eoque nomine magni æſtimandi. ſicuti & alii ſimiliter auctores plurimi ſunt faciendi, qui de rebus egerint ſuo tempore geſtis, niſi forſitan adeo dediti eſſent partibus, ut nihil fere quod retulerint ſit credendum. id quod nonnunquam contigiſſe notius eſt, quam ut probari debeat. Imo ſi deeſſent alia teſtimonia, ſatis manifeſtum eſſet è commentariis auctoris nuperi ſatis ſupercilioſi, mendaciis pluſquam Annianis vel etiam Inghiramianis refertis. Sed non eſt, quod auctorem hunc ejuſmodi exemplis premam, quum alii id fecerint viri me longe digniores, probitate ſua ac virtute illuſtres. Ceterum ut compararem Chronicam Blanefordianam, ad amiciſſimum cla-

clariſſimumque virum Ricardum Meadum litteras dandas eſſe cenſui. Qui profecto jam antea hanc libertatem mihi conceſſerat. Itaque mirum non eſt, virum præſtantiſſimum illico, ut à Davide Caſleio exſcriberetur, impetraſſe, mihique, ut una cum Trokeloo excuderetur, tranſmiſiſſe.

§. IV. At ne ſuſpiceris, te decipi vitioſo Codice, id velim intelligas, Codicem Cottonianum eundem eſſe ipſum Codicem, quem in bibliotheca cœnobii S. Albani adſervatum fuiſſe monuit Walſinghamus. Fateor quidem, id non diſertim è Codice MS. conſtare. Et tamen ita eſſe, è ſchedula quadam fit veriſimile, quam mecum communicavit amicus eruditiſſimus Ricardus Meadus, quem hunc in finem conſulueram. Rogaveram ſcilicet, (nam errorum vitiis inſimulari & damnari nollem) ut inſpiceretur Codex MS. mihique indicaretur, an alicubi eſſet manifeſtum, eundem ad cœnobium, quod dixi, olim pertinuiſſe? Sed (ne multa verba temere & inaniter effutiam) en tibi verba ſchedulæ, à Davide Caſleio ſcripta. ea etenim legens, mecum, ut opinor, non certabis. contra, ni fallor, non aliter ſenties ac nos, qui hæc diligenter expendimus. I believe (inquit Caſleius) that Hen. Blaneford's Chronicon de Treugis inter Scotos & Anglos (Claud. D.VI. 9.) is the very MS. that formerly belonged to St. Alban's.

Becauſe the former part of the Volume is written with Mat. Paris's own hand. And the Continuation of the Hiſtory, next after Mat. Paris's writing, (N°. 4.) is ſaid to be by another Monk of St. Alban's, by a Title of Dr. Gale's writing. I find no further proof of it in the MS. D. Caſley.

Et hæc de Trokeloo atque Blanefordio.

§. V. Etſi autem de rebus ad Edvardum II. ſpectantibus ſatis egregie tractarint ambo hi ſcriptores, paullo tamen fuſius ut de illo agatur exſpectabunt rerum noſtrarum ſtudioſi. Nec tamen, ut auctores (jam editos) denuo in medium proferam, operæ pretium fore cenſebunt. Codices itaque manuſcripti, nondum divulgati, ſunt quærendi. Satis igitur opportune cecidit, quod nobis, hæc cogitantibus, mutuo dederit Codicem vetuſtum MS. (in folio, quod dicunt, exaratum) Jacobus Weſtus, amicus ille eruditus, quem ſæpius alibi commemoravimus. Olim pertinebat Codex (qui in membranis eſt) ad Gervaſium Holles, qui ad finem ſcripſit, *G. Holles meis, mihi* } 1648.

Is fide in principem celebris vixit, virque erat ſingularis exempli, etiam ſi priſcis temporibus fuiſſet. Quam ob rem & ex illis erat, qui A. D. M.DC. XLII. ad gradum magiſtri in Artibus honoris cauſſa Oxonii evecti ſunt. Diſcimus ex Antonio à Wood, cujus verba in Appendi-

ce

ce[1] legas. Utinam tam facile elici poſſet auctoris hujus hiſtorici nomen. Sed Codicem non viderant biographi noſtri. Quod neutiquam mirandum. Nam & alii etiam latent Codices MSS. quos nunquam viderant vel Lelandus, vel etiam Baleus atque Pitſeus. Hinc apud Lelandum nihil de Trokeloo atque Blanefordio. Neque de illis quid exſtat apud Balei librum typis excuſum de Scriptoribus Majoris Britanniæ. immo nec apud Notas nondum excuſas (ſed nunc tandem à nobis in Appendice[2] edendas) ad marginem exemplaris cujuſdam impreſſi (Centuriarum novem priorum) ejuſdem operis propria Balei manu adjectas. Has Notas crepare ſolebat Whiteus Kennettus. Sed quamvis proculdubio ipſe ſcripſerit Baleus, non uſque tamen adeo ſunt æſtimandæ, ſicuti facillime colliges, ſi ſerio perpendas. Neque eſt, quod earundem editionem noſtram mancam eſſe judices. Nam integras eſſe me certiorem fecit, is qui deſcripſit communicavitque, amiciſſimus Bakerus (his in rebus aſſidue verſatus) qui olim exemplari ipſo uſus eſt. Quinimmo & ipſe exemplar excuſum, in quo continentur, forte fortuna nuper inſpexi apud bibliopolam, qui pretium pro eodem magnum[3] exegit, ſicuti & poſtea exemplaris conſpectum nobis (de ipſo utcunque bene meritis)

1 *Num.* II. 2 *Num.* III. 3 *Nummos viz. aureos decem, ſive, ut Anglice dicimus,* ten Guineas.

plane

plane denegavit. Quemadmodum autem de Trokeloo & Blanefordio nil apud Baleum reperitur, ita etiam fruſtra quid de illis apud Pitſeum quæras, brevicula ſi excipias, quæ de utroque retulit[1] ille, in eo ſane lapſus, quod *Blaufordum* pro *Blanefordo* ſive *Blanefordio* ſcripſerit. Atque hoc ſane argumento eſt, Codicem Cottonianum tam Lelando quam & Baleo Pitſeoque minus notum fuiſſe. Sed quamvis vitæ hujus Edvardi II. nos lateat nomen auctoris, monachum tamen Malmesburienſem fuiſſe conjectura aſſequor. Alii forte diſſentient. Et quidem hac de re in utramque partem multa & dici & ſcribi poſſunt. Sed, ut brevi res tota conficiatur, (nam non decet longa & prolixa hac de re diſſertatio) opinionem noſtram vel illud ſtabilit, quod ad cœnobium Malmesburienſe olim ſpectarit Codex hicce MS. Hoc (ne videar nimis nunc agere jejune) manifeſtiſſimum eſſe judico ex Annotationibus aliquibus in eodem exaratis.

§. VI. Sed dum opus divulgo, id deplorandum eſſe plane video, quod in Codice hocce Malmeſburienſi folia quædam intercidiſſe deprehendam, nullumque præterea Codicem ob oculos habeamus unde ſuppleantur lacunæ. At vero, ne, ob hujus partis Hiſtoriæ defectum, in angu-

---

1 *Vide Append. Num.* IV, V.

ſtias

ſtias compellaris, reliqua, quemadmodum exiſtimo, facile reſarciri poſſunt ex aliis hiſtoricis, cum à Stoveo, tum à Bradio (quorum diligentiam & admiror & laudo) aliiſque etiam (è quibus jure optimo erat Joannes Joſſelinus) advocatis. Et tamen fruſtra apud illos quæſiveris Hiſtoriam Collegii Regalis de Oriel, ab Edvardo II. Oxoniæ fundati. quam proinde recte petas è Wodio, quem incaſſum hîc loci exſcriberem. Satius fore puto, ejuſdem vice Ordinationes quaſdam Collegii Orielenſis ſubjungere [1] (in quibus et Statuta Univerſitatis Oxonienſis, ab Edvardo VI. lata ac ſancita) ab amico egregio (in antiquitatibus Angliæ admodum verſato) Ricardo Graveſio Mickletonienſi (magno noſtro cum dolore præpropero fato die 18 Menſis Septembris A.D. M.DCC.XXIX. ætatis ſuæ LIII. erepto) nobis donatas. Nec eſt, cur Ordinationes haſce ſpernas (alias quantumvis à Statutis Edvardi II.) quum illas ſummi pretii eſſe aperte intelligant, quotquot Collegii Orielenſis res geſtas exploratas habent. Atque eo promptius æſtimabunt omnes eruditi, quod non tantum ipſo jam Edvardo VI. regnante totus (ultimam ſi excipias Ordinationem) fuerit exaratus, ſed & ipſe idem ſit Codex (ut veriſimile ſit) quem librum Statutorum Collegii Orielenſis

1 *Append. Num.* VI.

ap-

appellavit Wodius, eoque nomine in partes ſuas advocavit, Hiſt. & Antiq. Univ. Oxon. l. II. p. 104. Nam nihili non eſt, quod numerus, ab ipſo adhibitus, Codici noſtro adamuſſim reſpondeat. Habes hac de re ſententiam meam, neque eam (quantum auguror conjectura) admodum aſpernaberis.

§. VII. In opere noſtro nupero de Vita Ricardi II. paucis differui de Diariorum uſu; eaque occaſione nonnulla (nam nolui progredi longius) protuli rerum hiſtoricarum ſtudioſis (hominibus ſpeciatim bonis, minuſque corruptis ac partibus deditis) perquam grata, utpote qui in ſcriptoribus editis nihil fere ejuſmodi invenerant. Nunc demum monendum, non tantum Diaria, ſed et Regiſtra etiam antiqua, ſedulo eſſe quærenda ab omnibus noſtris Hiſtoricis, modo tanto errore non ſint inflati, ut ſibi ſe illa ſcire perſuadeant, quæ tamen penitus ignorant. maxime illa, in quibus veriſimile eſt, aliquid de cœnobiis aliiſque domibus religioſis (quomodocunque craſſis occultatum et circunfuſum tenebris) latere. Quæ Regiſtra & ipſa quoque (ut quibuſdam placet) Diaria nominari poſſunt, niſi quod paullo fuſius quam in Diariis omnia illic conſignentur. Optime igitur facit vir eruditiſſimus Edmundus Archerus, Archidiaconus Wellenſis, qui (communione ſtudiorum arctiſſima nobis conjunctus) noſtram in gra-

gratiam Regiſtra pervolvit vetera, idque tanta cum felicitate, ut inde depromat viris probis atque doctis (qui ejuſmodi reliquias videre avent) multa pergrata, è quibus ſunt chartæ illæ eximiæ ad Glaſtoniam ſpectantes, nuper à nobis editæ. Quæ quidem chartæ vel idcirco magni ſunt faciendæ, quod inde eccleſiæ Glaſtonienſis jura clare (perinde ac ſi præſto adeſſet) lector colligit. Adeo ut, eandem etiam ob rationem, rectiſſime fecerint Dodſworthius, Dugdalius, Galeus, aliique viri ſummi (judicio acri ac doctrina exquiſita ornati) qui ad eandem eccleſiam Glaſtonienſem cœnobiaque noſtra vetuſta chartas ſimiliter pertinentes diligentiſſime ſibi compararunt, & juris publici fieri curarunt. Neque hujuſmodi monumenta (quorum indagatio ſummam habet oblectationem) proferentibus quis unquam ſuccenſuit, Wicleviſtas, Calvinianos, fanaticoſque alios ſi demas, qui (ut ignorare φιλόμυσος nemo poteſt) in veræ religionis cultores irritati, quamlibet nacti occaſionem, pleroſque omnes convitiis conſcindunt, antiquitatibus Britannicis oleum operamque impendentes. Verum cur his inſiſtam, cauſſæ nihil video. Detrectent, ſi lubet (nam quis adeo demens, ut aurem præbeat?) virorum præſtantiſſimorum auctoritatem Wicleviſtæ & reliqui Puritani, (ſcripturiendi & maledicendî impetigine incitati) Dugdaliumq;, Galeum, alioſq; ſubſellii ſuperio-

ris ſcriptores imperitiæ imperitiſſimæ ſimulent, ſtultiſſimoſq; appellent. Nos, verecundius agentes, Archeroque aliiſque fautoribus gratias habentes, in ſtudio veritatis ac antiquitatis horas collocemus, nobiſcumque præclare agi putemus, ſi in hujuſmodi noſtris conatibus utile quod ſit invenerint eruditi. Quinimmo & ad calcem operis noſtri adjiciamus paucula, ab ipſo Archero è Regiſtris Wellenſibus nuperrime extracta, nobiſque in manus tradita ab amico pererudito Joanne Tottenhamo è collegio Lincolnienſi.

§. VIII. Ceterum hæc nobis ſcribentibus cogitantibuſque etiam ſæpenumero, & memoria vetera repetentibus, in mentem veniunt monumenta quædam egregia, quæ & ipſa quoque (utpote neque elimata neque expolita) pro Regiſtris haberi debent. Codices nempe, in quibus recenſentur Principum noſtrorum expenſæ. Hoſce *Principum Garderobas* vocitare ſolent antiquarii, quotquot cum judicio legunt. Unicum autem tantummodo (quantum memini) ejuſmodi vidi monumentum. Ad inſtitutum tamen noſtrum adprime ſpectans. utpote quod Edvardi II. (adhuc-dum Principis Walliæ) impenſas id genus exhibet. Equidem fateor, unius duntaxat anni cenſum prodere, anni nimirum ultimi Edvardi I^mi. Adeo ut librum ipſum *annales* abſurde appellaveris. nec tamen male *annalis* nominari poteſt. Mihi mutuo dedit vir amiciſſimus

Jo-

Joannes Murraius. Nobis etenim viſum eſt pretium curæ, eundem et inſpicere et conſulere; præcipue quum Murraius nunquam mihi, percunctanti aut quærenti aliquid, defuerit. Ad initium ejuſdem hæc cernitur inſcriptio, quam præfixerat Joannes Anſtiſius, is qui fecialis vocatur, qui et ipſe etiam pervolverat. The account of the Wardrobe, or of the Houſehold of Edward Prince of Wales, (after King Edward the ſecond) in the XXXVth. or laſt year of his Father King Edward the firſt. Atqui inſcriptio vetuſta ſic ſe habet: *Præſtita facta per Garderobam Domini Principis A°.* XXXV^to. Quid factum ſit de reliquis Partibus neſcio. Forſitan perierunt. Nec quidem patet mihi exquirenti, ubinam hujuſce etiam Partis nunc ſit Autographum. Certe Apographum Murraianum Henrici VIII. ætate antiquius haud eſſe puto. Ex hac profecto Parte, inter res maxime curioſas numeranda, liquet, Edvardum principem, quantumvis, prout decuit, liberalem & munificum, parcum tamen fuiſſe ac frugalem, neque rebus levibus pecunias inſumpſiſſe. Nihil hîc legimus de feminis meretriciis, vel etiam de puellis larvatis (reconditis in artibus & in quadam varietate voluptatum verſatis) mares ad rem ſecum habendam titillantibus. Ejuſmodi lenocinia, ſeculi noſtri plane opprobria, illis diebus vel incognita vel minime adhibita fuiſſe veriſimile eſt. Femi-

næ nimirum elegantes, de pudicitia ſua admodum ſollicitæ, neque palam ſe maribus offerebant, neque ita ſeſe illis in ſaltationibus commiſcebant, ut jam poſtea de virtute ſua violata conquererentur. Eo, ni fallor, facies in picturis veteribus velis obtectæ referendæ. haud aliter atque in plagarum Orientalium picturis fieri vidimus. Quas proinde Orientales picturas minus recte contemnendas eſſe cenſent recentiores aliquammulti, perinde ac ſi modeſtia populorum Orientalium deridenda eſſet, quam re vera imitati ſunt anteceſſores noſtri, filiarum ſuarum (quarum gloria ipſis & dignitas chara fuit) pudicitiæ cuſtodes diligentiſſimi, bonorumque & malorum notionem bene intelligentes. Longe rectius Franciſcus Cherrius, amicus ille noſter nuperus, qui ſæpe Orientalium populorum hac in re modeſtiam laudabat, id quod etiam fecit ipſius filia Sara Cherria (morte immatura [1] prærepta) virgo non ſolum ſpecioſa valde, ſed & caſta & verecunda, patreque ſuo, omni laude cumulato viro, digniſſima. Sed hîc objecerit forſitan nonnemo, dixeritque nobis, de Edvardi II. virtute diſſerentibus, hac ipſa in Garderoba mentionem fieri de cantatoribus mineſtrelliſque, coram ipſo, in feminarum, proculdubio pulcherrimarum ornatiſſimarumque,

1 *Vide Append. Num.* VII.

præ-

præſentia, artem ſuam exercentibus. Non repugnabo. Nihil tamen inde (mea quidem ſententia) colligi poteſt in Edvardi opprobrium. Contra, omnes tam viri quam et feminæ ex his cœtibus illibati diſceſſerunt, nec quid ſecutum fuiſſe audimus, quod vel in principis vel ſociorum damnum cederet; id quod de torneamentis itidem dicendum, quorum hac in Garderoba crebra pariter fit mentio. Quibus equidem torneamentis & ipſæ etiam feminæ forma excellenti interfuerunt; ſicut & feminæ perelegantes aliis quoque torneamentis ſive haſtiludiis intereſſe ſolebant, in variis partibus terræ de more habitis. Hoc ſane veriſſimum eſt, quinque tantummodo in locis apud nos olim habita fuiſſe torneamenta, quemadmodum nuper oſtendimus[1]; tandem vero & alibi promiſcue celebrabantur, adeo ut de torneamento apud Caverſhamiam, viculum amœniſſimum, arboribus patulis ad locum opacandum conſitum, ſecus Readingum, non ſit mirum nos hac in Garderoba Murraiana legere. Nam ſic Garderoba[2]: *Eidem Hugoni* [de Bungeye, Armurario Principis] *pro diverſis expenſis, per ipſum factis, circa* VIII. *quenteſias, pro ſcutiferis de Camera, pro quodam haſtiludio, ordinato per ipſum Principem apud Caverſham, menſe Aprili, pro computo dicti Hugonis, una*

1 *Præf. ad Guil. Neubr.* 2 *Coll. noſtr. MSS. Vol.* 123. *p.* 4.

cum

cum cariagio ejuſdem herneſii de Londoniis uſque Redynges, CXVIII *s.* III *d.* *Quenteſia* autem ſive **Queintiſe** veteri noſtra lingua idem eſt quod **Device.** Verum enimvero neque hoc prætereundum eſt, ex eadem itidem Garderoba liquere, Abbatem etiam Readingenſem [is erat Willelmus de Sutton [1]] Edvardo principi, Caverſhamiæ diverſanti, palefridum (ſive equum gradarium) ſatis egregium, (quippe qui eſſet varii ſive mixti coloris,) dono dediſſe. Hunc enim in modum Garderoba [2]: *Adæ Palefridario* (ſive equiſoni) *Abbatis de Redynges, venienti ad Curiam Principis uſque Caverſham, et ducenti eidem domino, ex parte ipſius Abbatis, unum palefridum varium de dono ipſius Principis in receſſu ſuo per manus proprias*, XVIII°. *die Aprilis apud Caverſham dim. marca.* Quo tempore, die videlicet præcedenti, & Abbas de Thame principi donaverat Palefridum itidem ſpecioſum, licet minus (ut videtur) pretioſum. Id quod è Garderoba etiam colligimus.

Quidam Palefridarius.

Thomæ Palefridario (inquit [3]) *Abbatis de Thame, ducenti domino Principi unum Palefridum nigrum, ex parte ejuſdem Abbatis, de dono ejuſdem domini, per manus proprias apud Reding eodem die* [XVII°. Aprilis] VI. *s.* VIII. *d.*

§. IX. Jam vero quum haſtiludiis hiſce præſto eſſent feminæ, pulchritudine præſtantiſſimæ, ſe-

1 *Lelandi Coll. Voll.* VI. *p.* 186. 2 *Coll. noſtr. MSS. Vol.* 123. *p.* 10.
3 *Ibid. p.* 9.

di-

dilia ita erant apparata, ut non tantum nulla ſibi aſſidentibus crearetur moleſtia, ſed etiam ut ſimul omnium virorum nobilium generoſorumque conſpectui ſeſe facillime præberent. Hoc ſerio cogitantibus quid fingi poteſt jucundius? maxime quum feminis ipſis, quantumvis formoſiſſimis, ſumma plane ineſſet virtus ac modeſtia. Talium feminarum conſpectus vehementiſſime placuit viris. atque eo magis, quod quædam è feminis diſerte copioſeque ſubinde laudes canerent & immortalitati conſecrarent veterum, ejuſmodi torneamentis inſignium. Quem in finem & ipſi itidem partim aderant cantatores miniſtrellique. idque ad exemplum Britannorum antiquorum, qui in haſtiludiis Bardos ſuos adhibebant eo fine, ut avorum, atavorum aliorumque anteceſſorum res geſtas enarrarent ac laudarent. Neque dubium eſt (haud enim vereor, ut hoc mihi poſſis concedere) quin et feminæ ſimiliter ejuſmodi exercitiis apud Britannos interfuerint. Cave tamen exiſtimes, feminas aliam ob cauſſam interfuiſſe, vel olim apud Romanos, vel etiam poſtea, quam ut virtutem promoverent, dum profecto & ipſæ etiam ſubinde vocibus ſuaviſſimis excitarent heroas ad anteceſſorum exempla non tantum imitandum, ſed etiam, ſi fieri poſſet, ſuperandum. Propterea nemo mirabitur, & feminarum, virtute ſua conſpicuarum, vim ingentem confluxiſſe, quotieſcun-

cunque haſtiludiis intereſſe Edvardo principi placuit, non quidem, ut ipſum, formæ ſuæ atque orationis illecebris delinitum, ad libidines incenderent, laqueiſque irretitum tenerent, ſed ut ad res bellicas fortiter gerendas exacuerent. Nec quis inficiabitur, laudes fortitudinis fortiumque artem eſſe, feminaſque etiam ipſas non raro æque eleganter ac viros orationes encomiaſticas condere.

§. X. Si ejuſmodi nunc feminarum conciones, quibus heroas laudabant, exſtarent, ad verbum forſitan ediſcendas eſſe cenſuerint noſtri ſeculi feminæ aliquammultæ, pulchritudine itidem præſtantiſſimæ, maxime ſi modo carmine conciperentur. Ceterum quomodocunque hoc ſit, illud in his laudibus præteriri non debet, ſæpe videlicet cantatores miniſtrelloſque, pariter atque feminas, equos commemoraſſe perpulchros, quibus in haſtiludiis uſi fuerint heroës, ad exemplum veterum, qui Alexandri Bucephali, Trojanorumque equorum perelegantium, in carminibus mentionem facere ſtudioſe ſolebant. Quapropter & Edvardum noſtrum principem equos omnigenos, elegantia præcellentes, ſibi comparaſſe neutiquam mirari ſubit. Inde enim ipſius ingenium elucere poteſt. Ita nimirum, ut illi minime ſint ferendi, quibus ejuſmodi Edvardi ſtudium diſplicet, perinde ac ſi argumento eſſet, Edvardum plane fuiſſe effeminatum. Contra, magna-

magnanimum fuiſſe inde liquet, heroumque maxime celebrium exempla præ oculis habuiſſe. Sed quid tu? inquies. Satiſne tandem id notum eſt tibi, Edvardum equis elegantiſſimis vehementer fuiſſe delectatum? habeſne Codicem aliquem authenticum, unde id clare probari poteſt? Ita profecto. excerpta ſcilicet ex ipſa Garderoba, quam dixi, Murraiana. Multa ex hoc Codice proferri poſſent loca. Sed etſi nobis hac parte nemo præiverit, unicum tamen duntaxat adducam. Neque è re noſtra fore judico, diu multumque hac de re certare. Itaque hunc in modum Garderoba [1], in qua permulta ſunt, quæ iſti, qui magiſtri equorum vocantur, nec tradunt, nec tenent. *Betino et Kymerico de Friſcombald, pro decem et novem equis magnis, videlicet uno equo* [2] *morello precii* CCIIII. *li. Turonenſium parvorum, et alio equo morello precii* CCLX. *li. Turonenſium, uno equo* [3] *liardo precii* CCXL. *li. Turonenſium, uno equo* [4] *badio bruno, cum uno pede dextro poſteriori albo, precii* CCL. *li. Turonenſium, uno equo morello* [5] *baunzano, cum duobus pedibus poſterioribus albis, precii* CCCCX. *li. Turonenſium, uno equo morello in toto precii* CCCL. *li. Turonenſium, uno equo liardo precii* CCLX. *li. Turonenſium, uno equo badio, cum duobus pedibus poſte-*

1 *Coll. noſtr. MSS. Vol.* 123. *p.* 6. 2 Subfuſco, **black.** 3 **Grey.** 4 **Bay brown.** 5 Qui in pedibus albas habet maculas.

rioribus albis, precii CCL. *li. Turonenſium, uno equo* [1] *veironno precii* CCCLX. *li. Turonenſium, uno equo* [2] *morella, cum ſtella in fronte, precii* CCCXX *li. Turonenſium, uno equo bruno badio, cum* IIII^or. *pedibus albis, precii* CCCL. *li. Turonenſium, uno equo liardo banceano precii* CCC. *li. Turonenſium, uno equo bruno badio precii* CCCCXX. *li. Turonenſium, uno equo morello, cum pede ſiniſtro poſteriori albo, precii* V^c. *li. Turonenſium, uno equo* [3] *favello, cum ſtella in fronte et pede ſiniſtro anteriori albo, precii* CCCXX. *li. Turonenſium, uno equo morello, cum ſtella in fronte, precii* CCCCIIII^XX. X. *li. Turonenſium, uno equo claro badio, cum ſtella in fronte, et uno pede poſteriori albo, precii* LXX. *li. Turonenſium, uno equo claro badio, cum ſtella in fronte, et duobus pedibus poſterioribus albis, precii* M. *li.* C. *li. Turonenſium, equorum ſumma totalis* VI. M. *li.* DCCL. *li. Turonenſium nigrorum, quæ valent in ſterlingis* CCCCIIII^XX. IX. *li.* II. *s.* VIII. *d. videlicet pro qualibet marca ſterlingorum* IX. *li.* IIII *s. nigrorum Turonenſium, per manus eorundem Mercatorum, ſolventium pecunias in Nundinis Campaniæ menſe Januario.* Novemdecim hîc commemorantur equi, quorum tamen octodecim tantummodo ſingillatim enumerantur. Unum itaque intercidiſſe cenſuerim oſcitatione librarii. quod et ex integra ſumma manifeſtum

---

1 Vario, varie. 2 *L.* morello. 3 Honey-comb.

etiam

etiam esse arbitror, in qua equi unius pretium circumcisum atque amputatum esse, si simul omnes colligantur numeri, aperte videbis. Quid quod et de novemdecim itidem equis agitur in vocibus immediate sequentibus? adeo ut de numero nil dubitari possit. Sic nimirum pergit Garderoba[1]: *Anno præsenti pro prædictis decem et novem dextrariis, emptis ibidem de diversis Mercatoribus, et missis de ibidem usque Londonias, ad opus domini Principis contra Torniamentum de Werks et guerram Scociæ, sicut patet per particulas liberatas in Garderobam per eosdem Mercatores de Friscombald*

XX

CCCCIIII. IX. *li.* II. *s.* VIII. *d.* *Eisdem Betino et Eymerico pro diversis misis*[2] *et expensis, factis circa custodiam dictorum* XIX *dextrariorum, existentium in Custodia eorundem, post primam empcionem à* XX°. *die Januarii usque* X. *diem Junii, quo die primo liberati fuerunt ad stabulum Principis, videlicet feno et avena, littera*[3], *pane et furfure,*[4] *plaustris et unguentis, et hujusmodi medicinalibus ad eosdem,*[5] *huciis, frenis, capistris, strigilibus, traynellis*[6],

---

1 *Coll. nostr. MSS. Vol.* 123. *p.* 7. 2 *Sive* misiis, *à Gallico* mise, *quod idem est atque Anglicum,* **expense** *sive* **disbursement.** 3 *Sive* litteria *vel* literia. *Alii* lecteriam *vocant. Stramentum nimirum est, fœno & paleis constans, quod equis vice lecti est. Anglice* **litter.** 4 Emplastris, **plaisters.** 5 *Sive* huchiis, *Anglice* **hutches** *sive* **Binns.** *Sic nempe vocamus arcas, sive cistas, ligneas oblongiores, pabuli equorum usibus inservientes.* 6 *Sive* traimellis, i. e. **Tramells.** *Haud aliter scilicet appellabant instrumenta illa, quibus usi sunt fabri ferrarii, sive solearii* (*Anglice* **farriers**) *ut eo facilius ad tollutim incedendum redderentur equi. quem quidem incessum mollem* **ambling** *lingua vocitamus vernacula.*

paſtronibus [1], *et aliis hujuſmodi neceſſariis, emptis pro eiſdem, una cum vadiis et expenſis vallectorum, ducentium et cuſtodientium eoſdem dextrarios, tam in partibus Franciæ quam Angliæ, per prædictum tempus, ſicut patet per Computum dictorum Mercatorum,* CXXXVI. *li.* VII. *d. ob. Summa* DCXXV. *li.* III. *s.* III. *d. ob.*

§. XI. Verba autem ſuperiora et idcirco è Garderoba in medium proferenda eſſe judicavi, quod ex iiſdem liqueat, quantum valeret libra Turonenſis. Nummi Turonenſes frequenti olim in uſu apud noſtrates fuerunt. At vero à nummis Turonenſibus prorſus diverſi nummi illi erant, ante annos aliquammultos Leyceſtriæ reperti in fulcro quodam vetuſto, ſuper quod decubuerat Ricardus III. (tyrannus ille ſæviſſimus, qui per ſummum nefas regnum occuparat, *uſurpator* proinde jure optimo nominatus, ſicut & omnes id genus occupatores rectiſſime *uſurpatores* appellantur) priuſquam in prœlio Boſworthiano peremptus fuerit, de quo fulcro operæ pretium eſt perlegere paucula litteris conſignata à prænobili Baronetto, Domino Rogero Twyſdeno. Igitur adiſis Appendicem [2].

§. XII. Sicut hæc ſatis evincunt, (nam, ut videtur, vehementer aſſentieris) Edvardum principem in virtutem bellicam ſive militarem pro-

1 *Vel* paſturonibus, **ſhackles.** 2 *Num.* VIII.

num

num fuiſſe, ita & alia in eadem ſunt Garderoba Murraiana, quæ & ipſum ſuapte natura admodum fuiſſe lenem ac miſericordem teſtantur. Nam damna quotieſcunque aliquis in itineribus, ab ipſo factis, ſuſtinuit, operam dedit princeps, ut eadem reſarcirentur, ut nemo conquereretur de injuriis, eo nomine ſibi ab Edvardo (perinde ac ſi nihil non præpoſtere ageret) latis. Eo verba hæcce [1], ut alia taceam, referenda:

Johannæ de Botharby, [2] *paupere muliere de partibus Carleoli, de dono Principis, in recompenſſationem dampni quod ſuſtinuit in diverſis veagiis, factis per eundem dominum et familiam ſuam, inter Wederhale et Carleolum, eundo per gardinum et Croftum ſuum tempore parliamenti, per manus Domini W. de* [3] *Bond, liberando eidem denarios apud Wederhale* XXVIII. *die Marcii,* — *Mulier de Botherby.* — X. *s.*

Domino Remundo de Cardon, Militi R. Hiſpaniæ, venienti uſque Wederhale cum literis ejuſdem Domini ſui, Domino Principi directis, & redeunti abinde verſus partes ſuas, de dono ejuſdem Domini, in denariis ſcilicet ſibi per J. de Ringwode per litteram ipſius Principis Domino Theſaurario directam apud London. 1°. *die Aprilis* — *Miles de partibus Hiſpaniæ.* — CIIII. *s.*

---

1 *Coll. noſtr. MSS. Vol.* 123. *p.* 8. 2 *L.* pauperi mulieri. 3 *Vel, ut alibi hac in Garderoba,* Bondon *ſive* Boudon. *Wil-*

Willelmo de Bilton̄ hoſpicii Principis apud Wederby, de dono ipſius Principis, in recompenſacionem dampni, quod ſuſtinuit de una domo ſua, per infortunium combuſta, in adventu ejuſdem domini ibidem menſe Aprilis, anno præſenti, per manus Domini Willelmi de Bondon̄, liberantis eidem denarios apud Wetherby VIII°. *die Aprilis* } XL. *s.* — *Hoſpicium Principis apud Wetherby.*

Joanni de Marchia, [1] *vallecto* [2] *ſalſarii Principis, auxilianti et juvanti ad amovendum et portandum lectum Principis, Cofros et alia harneſia diverſa garderobæ ejuſdem de prædicta domo, tempore quo erat ſic comburens, de dono ipſius Principis, per manus domini W. de Melton̄, liberantis eidem denarios apud Leyceſtre* XII°. *die Aprilis* } XX. *s.* — *Vallectus ſalſarii.*

Ricardo Vigili et Ricardo de Burghardſte vigilibus Principis, præmunientibus eundem Dominum et alios de familia de igne, dictam domum ſic comburente, et auxiliantibus ad eundem extinguendum, et diverſa harneſia ſimiliter de Domibus amovendum, de dono ejuſdem Domini, utrique videlicet X *s. per manus proprias apud Wyndeſore* XVII°. *die Aprilis* } XX. *s.* — *Vigiles Principis.*

§. XIII. Etſi autem hæc de Edvardi Principis virtute recte dici poſſint, non eſt tamen cur

---

1 Yeoman of the Salt-cellar. 2 *Sive,* ſalini.

inde

inde colligas, ipſum jam mortuo patre rerum potitum in errores non incidiſſe. Contra, quum conſiliariis perfidioſis forte fortuna uſus fuerit, mirum eſt, quantam inde invidiam ſibimet conciliaverit,quantumque etiam odium. Quod poſtquam conſideraſſet, ut tandem ablegarentur conſiliarii improbi conſenſit, ita tamen, ut ne ſic quidem vel reginæ, vel etiam fautoribus reginæ, placere poſſet. Proinde, dum ita domeſticis ſeditionibus laboratur, tot inde ſubortæ ſunt inimicitiæ, ut plerique omnes in Regis interitum conſpirarent, ne quidem exceptis clericis aliquammultis, è quibus minime eximendi ſunt Henricus Burwaſhius epiſcopus Lincolnienſis & Adamus Orletonus epiſcopus Herefordenſis,qui reginæ partibus addicti, magnates populumque ad arma contra Regem ſumenda pro virili hortati ſunt. In quo tamen ita vafre agebant, ut, ne dicerentur pacis fuiſſe perturbatores, ſeditioniſque claſſicum ceciniſſe, palam prædicarent, ſe hæc omnia ob eam cauſſam feciſſe, quod (ſicut illud hominum genus clamare ſolet) Edvardus princeps eſſet nequiſſimus, reipublicæque neceſſitas ac utilitas expoſcerent, ut morte plecteretur. Quinimmo, adeo os illi perfricuerunt, eoque proceſſerunt illorum proditio & protervia ac inſolentia, ut nulla re magis quam fraudibus doliſque delectati (quod profecto narrare dolet) Regem mitiſſimum perfide necandum eſſe

eſſe ſtatuerint. Unus igitur illorum (Adamus ſcilicet) altero item probante, in hunc modum conſuluit, corporis Edvardi cuſtodes non eſſe diſerte jubendos, ſed ſententia quadam, ambigue ſcripta, monendos, facinus nefarium perpetrare. Sententia ſic ſe habuit, (nec ſane Adamus unquam ſe purgavit:) *Edvardum occidere nolite timere bonum eſt*: in qua ſi poſt *timere* diſtinguas, jubentur interimere, ſi poſt *nolite*, plane tantum nefas facere prohibentur. Aſt ſenſu priori accipientes cuſtodes, regem genere mortis inaudito[1] mactarunt. Quo facto, ulterius pergentes hoſtes, populum certiorem fecerunt, omnia recte cecidiſſe, principemque occiſum haud puris moribus fuiſſe præditum. Qua perſuaſione commoti ſubditi, liberos ad arma capienda ſæpius monuerunt, quod eo facilius factu erat, quia ad res perturbandas admodum proclives ſint populi, à ſuperioribus ſuis documentis ſemel inſtructi. At vero viri, probitate ſua inſignes, aliud veritati congruum eſſe optime ſciebant; quippe qui compertiſſimum habuerunt, Edvardum principem fuiſſe clementia ſpectabilem, remque eſſe perdifficilem cujuſpiam principis ſpeciatim

---

1 Poſt hæc Edwardus 2us. de Kenylword ad caſtrum de Berkley eſt tranſlatus, ubi in menſe Septembri, die Sancti Mathæi [A.D. M.CCC.XXVII.] immiſſo per poſteriora cornu, veruque ferreo candente per medium cornu uſque ad interiora intromiſſo (ut ferebatur) fuit interfectus, *Gualteri Hemyngforde Chron. Edvardi* III. *MS. in Bibl. Coll. Magd. Oxon.*

vir-

virtutem vulgi judicio metiri, cujus proprium eſt, ex veritate pauca, ex opinione, multa æſtimare, ac unumquemque omnino jure vel injuria carpere. Reſipueritne vel Burwaſhius vel etiam Orletonus, neſcio. Id videant alii, quorum intereſt perduellium mores vindicare. Ego illud tantummodo addam, ambos enixe ſtuduiſſe proditionem ſuam celare, quæ tamen mille poſt ſe veſtigia reliquit, quibus facile quis deprehendat.

§. XIV. Sed ne nauſeam excitem, reſtat, ut moneam, Chronologiam ad marginem monachi Malmesburienſis, in ipſo utique Codice MS. deſideratam, à nobis tuam in gratiam adpoſitam fuiſſe. in qua ab Hiſtoricis multum probatis pedem nunquam. Ne igitur inſimules ut incertam & variam à ſcriptorum noſtrorum opinione. Sed de Chronologia monachorum alibi, in Præfatione ſc. noſtra ad Vitam Ricardi II. ad finem cujus Hiſtoriæ Caroli I^mi. (Regum optimi) tunc temporis Walliæ Principis, Epiſtolium quoddam, notatu digniſſimum, in medium protuli. Ad *rem* quandam *intricatam* (quam an Intriegue lingua dicimus vernacula) ſpectat hoc Epiſtolium. Quænam vero fuerit *res* illa *intricata*, nec declaravimus, nec quidem aperire poſſum. Recte proinde & *myſterium* vocavimus, quo nomine & nunc etiam dignam cenſeo. Male igitur illi, qui in ſenſum malum Principis verba trahant, (veritatemque tetris calumniarum tenebris offundant)

perinde ac ſi faverent ſententiæ ſuæ libidinoſæ, Principem caſtiſſimum feminæ illecebris irretitum fuiſſe. Apage hanc ſententiam. Nec eſt cur illos pro amicis vel Principis vel etiam noſtris habeas, qui verba eo modo exponunt. Neque tamen diffitemur, quin Dux Buckinghamienſis ob hanc *rem intricatam*, qualiſcunque demum fuerit, maxime ſit culpandus. Sed utcunque res ſe habuerit, certe illi amici noſtri non ſunt, qui propriam pro noſtra obtrudunt ſententiam, uti nec Caroli ipſius poſſunt illi eſſe amici, qui in inimicorum Caroli verba jurant. Ceterum, ut breviter rem totam perſequar, nunc demum, quid ipſe de hac *re intricata* exiſtimem, indicare viſum eſt. Opinor igitur, Carolum Principem à femina iſta (quomodocunque forſitan formæ venuſtate atque elegantia ſingulari) illibatum, Joſephi adinſtar (quem Pharaonis uxor ad concubitum compreſſionemque etiam ſollicitaverat) diſceſſiſſe, feminamque ipſam eo nomine perquam honorifice de Principe ſenſiſſe. Jam abeant malevoli, veriloqui eſſe diſcant, Caroliique amicis moleſtiam faceſſere ceſſent. Ex Aula Edmundiana Oxoniæ Nov. 13. M.DCC.XXIX.

Quum

Quum in molem paullo majorem, quam ſtatuiſſem, excreverit hoc opus, ea de cauſſa Fautorum nomina in præſentia omittenda eſſe duximus, eadem tamen poſthac forſitan addituri, (modo è re noſtra fuerit) ſimul atque prodierit opus, quod in monito ſubſequenti commemoramus.

Ad-

Advertiſement.

THE Price of this Work to Subſcribers was a Guinea the large, and half a Guinea the ſmall, Paper.

The Publiſher is now printing in two Volumes in 8vo. (from the original MS. which belong'd to Archbiſhop Uſher) *Thomæ Caii (Collegii Univerſitatis regnante Elizabetha Magiſtri) Vindiciæ Antiquitatis Academiæ Oxonienſis contra Joannem Caium Cantabrigienſem; cujus etiam Joannis Caii nunc denuo eduntur libri duo de antiquitate Cantabrigienſis Academiæ, (ut & Thomæ Caii Aſſertio antiquitatis Oxonienſis Academiæ) eo modo quo & eoſdem recudere ſtatuerat ipſe Thomas Caius.* To which will be added (from the original MS.) *The Life of Mr. Anthony à Wood (from the time of his Birth Dec. 17th. 1632. to July 6. 1672.) written by himſelf.* The Price of this Work (never before printed) to Subſcribers, will be two Guineas the large, and a Guinea the ſmall, Paper; which Money is to be paid all together at the time of Subſcribing. Subſcriptions are taken in either by the Publiſher at Edmund-Hall, or by Joſeph Brookland at the THEATER Printing-Houſe, in Oxford.

Johannis de Trokelowe

ANNALES EDVARDI II.

ANGLIÆ REGIS.

E Codice MS. in BIBLIOTHECA COTTONIANA.



Bibl. Cotton. Claudius D. VI. 8.

Incipiunt Annales Regis Eduuardi, filii Edwardi, filii Henrici tertii.

ANNO Domini 1307. Nonas Julii, Edwardo filio Henrici, illuſtriſſimo principe, die dominica, anno regni ſui 35, apud **Burȳ vp Sandes**, juxta Carleolum, in expeditione ſua contra Scotos, viam univerſæ carnis ingreſſo, ſucceſſit ei filius ſuus Edwardus primogenitus, paterna ſucceſſione, & eciam unanimi aſſenſu procerum, regnaturus. Qui, ſuſcepto regni gubernaculo, fidelitates & homagia à prælatis, magnatibus & proceribus univerſis ſuſcepit. Set antequam patrem debitæ traderet ſepulturæ, ſtatim in tirannidem erectus, Epiſcopum [1] Ceſtriæ, dominum [2] Walterum de Langeton, regni theſaurarium, ac patris ſui, nuper defuncti,

1 *Vel*, Ciceſtriæ. 2 *Johannem appellant alii.*

executorem præcipuum, executione teſtamenti penitus inpedita, capi fecit & includi, ac, Dei timore & ſanctæ Dei matris eccleſiæ honore poſtpoſitis, inhumane tractari. Fuit enim cauſa inimicitiæ, quam erga præfatum epiſcopum diu habuerat idem Rex vivente patre pro eo, quod eum ab inſolenciis ſuis, quibus nimis indulſit, facete corripuit, leniter arguendo, pluries obſecrando, ac leniter increpando, ac eum ab expenſis ſuperfluis compeſcendo. Hiis igitur de cauſis præfatum epiſcopum ſic captum ſqualore carceris coartavit; artatum omnibus bonis, & etiam ſibi debitis in regno penitus ſpoliavit; ſpoliatum adeo dure detinuit, quod non erat in Anglia, qui auderet pro eo adjutorii verbum proferre. Quam quidem perſecutionem diu ſuſtinuit, de juſticiariis & ceteris regni ſapientibus auctoritate regia vicibus iteratis correptus, de reddenda ratione de officio theſaurariæ examinatus, ſet nunquam in dandis reſponſis congruis ad objecta ab aliquo ſuperatus, tandem, gratia reſpirante, auctoritate mediante papali, ad ſemigratiam Regis recipitur, rebus & officio epiſcopali reſtitutus.

De revocatione Petri de Gaveſton, prius exulati.

SUB iiſdem anno & tempore Petrum de Gaveſtone, quem à primæva ætate præ omnibus hominibus mundi rex dilexerat ultra modum, juxta illud, *Set ſcio, ſi quis amat, neſcit habere modum*, pro eo quod coætanei erant, pariter & nutriti tempore patris ſui, certis de cauſis, unanimi aſſenſu procerum & magnatum [1]erga Regnum Angliæ & omne dominium regis Anglorum æternaliter exulatum, invitis proceribus de-

1 *F.* extra.

fun-

functo patre continuo revocavit. Erat ſiquidem filius cujuſdam militis generoſi, qui in obſequio regis patris fidele ſervicium fecerat militare. Cujus obſequii rex pater non inmemor, præfatum Petrum, adhuc in ætate tenera conſtitutum, benigne ſuſcepit curiæ filii ſui, præcipiens eum adjungi cum filio nutriendum. Qui cum aliquanto tempore coram regis filio miniſtraſſet, tantam gratiam in oculis ſuis invenit, quod, ſpretis magnatum terræ liberis, ſibi ſoli in tantum adhæſit, quod nec patris ſui præceptum, aut ſuaſio magnatum, eos ab invicem uſque ad mortem animo ſaltem potuit ſeparare. Teſaurum inſuper & jocalia regni, quæ filii fuerant, penes ſe collegit, & mercatoribus tranſmarinis ad cuſtodiendum tradebat. Rege vero patre ſullato de medio, ſtatim ab exilio revocatur, & ei comitatum Cornubiæ contulit, qui ſpecialiter ſpectat ad coronam.

De tranſitu regis ad Franciam pro uxore ſua ducenda.

EMENSIS deinde paucis diebus, dum idem rex novus transfretaret, ut Iſabellam, [1] Francorum filiam Franciæ unicam, 12 annorum [2] juventulam, duceret in uxorem, totum regnum Angliæ Petri cuſtodiæ committebat. Unde magnates Angliæ, videntes ſe deſpectos, non minimum murmurabant. Nupciis igitur ſolempniter celebratis, ad regnum Angliæ redeuntes, cum omni honoris & reverentiæ ſtudio ab omnibus proceribus admittuntur. Inter quos Petrum occurrentem, datis oſculis & ingeminatis amplexibus, familiaritate venerabatur ſingulari. Quæ familiaritas ſpecialis à magnatibus præconcepta, invidiæ fomitem miniſtravit.

1 *F.* regis Francorum filiam unicam. 2 *Vel* juvenculam.

De

De torneamento Walingfordiæ.

SUCCEDENTE ſiquidem tempore rege & regina, 12 Kal. Marcii, anno eodem apud Weſtmonaſterium ſolempniter coronatis, præfatus Petrus quoddam torneamentum fecit juxta caſtrum ſuum Walingfordiæ proclamari. Qui eciam tantam miliciam cum tota regis potentia inibi congregavit, quod Thomam Comitem Lancaſtriæ, Humfridum Herefordiæ, [2] Adomarum Penbrochiæ, & Johannem Comitem Warenniæ, contra ipſum venientes, viliſſime conculcavit, & victoriam campi ſibi imperpetuum dedecus adquiſivit; quæ quidem victoria maculam poſuit in ſua gloria, majoriſque odii ſeminarium adaugebat.

De Parliamento citato.

PERPENDENTES poſtea ligii homines terræ, quod, eis contemptis, rex alienigenam & ignobilem magnatibus præpoſuit univerſis, adeo quod tota terræ diſpoſitio poſt eum ivit, nec aliquod negocium in curia regis ſine ipſo valuit expediri, regiumque theſaurum ſibi indies cumulavit, dicebant intra ſe, *hic homo multa mala facit, & ſi dimittamus eum ſic, omnes ſequentur eum, regem noſtrum circumveniet, alienigenas ſuper nos inducet ut tollant noſtrum locum & gentem.* Ab illo die cogitaverunt acrius contra eum procedere. Hiis igitur & aliis moti rationibus, regem proceres inducebant, ut, terræ magnatibus convocatis, juxta eorum conſilium negocia regni tractaret, & à periculis, ſibi & regno imminentibus, diligenter caveret. Annuente autem rege, dieque parliamenti utiliter aſſignato, con-

1 6 Kal. *aliis.* 2 *Sive* Eymerum *vel* Aymerum.

ve-

venerunt in unum eccleſiarum prælati, Comites & Barones, ac proceres univerſi, habitoque inter eos diligenti tractatu, à rege poſtulabant inſtanter, ut liberam diſponendi quoſdam articulos pro eccleſia et regno perutiles concederet facultatem. Qui licet prius multum reniteretur, eorum denique præbuit petitioni conſenſum, &, quod ſuam ordinationem ratam teneret, juramento firmavit. Ipſi vero, conſenſu regis adepto, ſex epiſcopos, cum aliis de clero & populo fidelibus & diſcretis, qui prædictos articulos ordinarent, concorditer elegerunt, & ſic, finito dicto parliamento, unuſquiſque cum gaudio ad propria remeavit.

Sequitur de alio parliamento, & de proſcriptione Petri de Gaveſton.

ANNO Domini 1308, dictis articulis per communem aſſenſum diſpoſitis & in parliamento proximo proponendis, regem inducebant magnates, ut ipſam proviſionem per literam ſuam, ſigillo regio conſignatam, continuo confirmaret, & ad eam perpetuo conſervandam iterum juramentum præſtaret. Quo facto, magiſter Robertus de Wynchelſe, Cantuarienſis Archiepiſcopus, cum ceteris ſuffraganeis à clero ſententiam excommunicationis in omnes, contra dictos articulos venientes, ſollempniter promulgavit. Hiis expeditis, prædicti articuli in eccleſia Sancti Pauli Londoniis, in præſentia prælatorum & magnatum, pupplice legebantur. Inter quos, tenor magnæ cartæ, cum aliis proviſionibus, eccleſiæ & regno neceſſariis, petebatur. Et ut dominus rex dictum P. prout pater ſuus juſſerat, exularet, alienigenas à curia ſua alioſque malos conſiliarios ammoveret, & ut omnia negocia regni cum conſilio cleri & magnatum terræ de cetero pertra-

tractaret, nullamque guerram inciperet, vel quocunque extra regnum ſuum ſe diverteret abſque aſſenſu communi. Et licet hæc dura & inſolita domino regi viderentur, eorum tamen præbuit proviſioni conſenſum, & dictum Petrum uſque in Hyberniam exulavit, ſet alios adhuc articulos effectui diſtulit mancipare.

De revocatione Petri, & alia ejuſdem proſcriptione.

REX, Petri prædicti moleſte gerens abſentiam, qualiter ipſum ab exilio ſecurius revocare poſſet anxie cogitavit. Accepto ſuper hoc diverſorum conſilio, didicit, quod intrepide eum revocaret, ſi ſororem Comitis Gloverniæ, qui tunc juvenis erat, ſibi in matrimonium copularet. Dicto igitur P. ab exilio revocato, & nupciis inter eos celebratis, licet eidem comiti multum diſpliceret, mox cornua ſua cœpit erigere, cor regem à conſilio ſuorum procerum fecit avertere, & prædictam proviſionem fortiter impugnare. At barones, hæc omnia amore comitis antedicti patienter ſuſtinentes, expectabant, ſi forte modum ſuum emendare vellet. ſet fruſtra. nam de die in diem theſaurum regis plus ſolito collegit, mercatoribus, ut prius, tradendo, ita quod regem intra breve tempus in tantum depauperavit, quod pro expenſis ſuis, cum per patriam tranſiret, unde ſolvere non habebat. Regina ſimiliter in curia ſua tot defectus ſuſtinuit, quod domino Regi, patri ſuo, lacrimabiliter eſt conqueſta. Unde idem rex omnes Angligenas, ſibi notos, pro tanta tolerantia acriter increpavit. Nec ſufficiebat eidem P. quæ jam dicta ſunt feciſſe, niſi magnates terræ pro hiis, quæ ſibi fecerant, turpiter derideret, pejora prioribus eis comminando. At ipſi cernentes, quod in negociis, jam inceptis, nichil proficiebant,

bant, & quod eorum patientia dicto P. audaciam malignandi præſtabat, domino Regi unanimi aſſenſu nunciabant, ut vel dictum P. à ſua ſocietate cicius ammoveret, articuloſque ad optatum effectum deduceret, vel ipſi in eum, tanquam in regem perjurum, ab illo die inſurgerent. Rex autem, ſuam paupertatem cognoſcens, eorumque potenciam intelligens, multitudini & potentiæ illorum ad tempus ſatisfacere diſpoſuit, vi compulſus, præfatum P. terram abjurare permiſit, tali quidem conditione à baronibus ſibi inpoſita, quod, ſi ulterius in Anglia, vel aliqua terra, poteſtati regis Angliæ ſubjecta, inveniretur, ſtatim caperetur, & tanquam publicus terræ inimicus dampnaretur. Sub illa quidem conditione, dato ſibi conductu, à regno Angliæ exiit, & terram Franciæ morandi gratia intravit. Quo audito, rex Franciæ miniſtris ſuis incontinenti mandavit, ut, ubicumque inveniri poſſet, caperetur, & ſub ſalva cuſtodia poneretur, ſciens pro certo, ipſum in partibus illis non diu permanſurum, ſet verſus Angliam in brevi rediturum, ad filiæ ſuæ reginæ Angliæ & omnium magnatum gravamen & contemptum: & ſic fieret noviſſimus error pejor priore.

De vagacione & reditu Petri.

MANDATUM ſiquidem Regis Franciæ Petrum non latuit, unde à regno Franciæ celeriter exiens, Flandriam intravit, anxie cogitans, ubi locum tutum ad inhabitandum repperire valeret. et ſic per diverſa loca tranſiens, quærens requiem & non inveniens, dixit, *revertar in Angliam unde exivi. Spero enim, quod dominus meus rex Angliæ, & gener meus Comes Glovernie adhuc ſalvabunt me.* Et, aſſumptis ſecum alienigenis nequioribus, ſe Angliam repedavit, & domino

regi, in partibus Eborac. tunc exiſtenti, circa natalem Domini ſe repræſentavit. à quo cum tota familia ſua amicabiliter ſuſceptus eſt. Rumore itaque ſuper adventu ſuo divulgato, tota Anglia, velud arundinetum, Zephiro vibrante colliſum, infrenduit. noviſſima enim opera ipſius pejora erant prioribus. Magnates igitur in unum conveniunt, quid faciendum, qualiterve in hoc caſu caucius ſit procedendum, diligenter inquirunt. Guerram enim incipere, ſeu regem inquietare, ſi melius fieri poſſet, multum eis diſplicebat. Habito quidem ſuper præmiſſis diligenti tractatu, pro certo inveniunt, quod vivente ipſo P. pax in regno eſſe non poterit, Rex in theſauro habundare, Reginam ſuam debito amore tractare, magnates ſuos prout decet honorare ulterius nequibit. unde contra hujuſmodi pericula ſuper ſalubri remedio ſolicite tractabant. Set quia populus [1] capite, ſicut grex ſine paſtore, diſperſim & erranter incedit, Thomam Lancaſtriæ Comitem, qui tunc præ ceteris Angliæ magnatibus nobilitate & diviciis præcellebat, in ducem ſibi & capitaneum unanimi conſenſu ſtatuerunt. Set antequam in præſenti materia remocius procedatur, juſtum eſt, ut de ipſo T. qualis & quantus fuerit, & unde originem habuerit, præſenti paginæ, ad perpetuam rei memoriam, aliquid inſeratur.

De ortu & nobilitate Thomæ Comitis Lancaſtriæ.

HENRICUS rex tertius ex uxore ſua legitima duos filios habuit, Edwardum fil. & Edmundum. Edwardo filio ſuo primogenito, poſt ipſum regnaturo, Comitatum Ceſtriæ contulit. Edmundo au-

1 *F.* ſine capite.

tem

tem filio minori, unde curiam ſuam tenere poſſet, Comitatum Lancaſtriæ donavit. Ingruente poſtmodum guerra in regno, & Simone de monte forti (Comite Leiceſtriæ) una cum Comite Ferrarienſi, partes contra regem pro ſtatu terræ ſuſtinentibus, in bello apud [1]Einſham occiſis, comitatus eorum, ad manum regis per eſcaetam devolutos, prædicto Edmundo filio ſuo & heredibus ſuis idem rex aſſignavit. Et licet hos tres comitatus, viz. Lancaſtriæ, Leiceſtriæ & Ferrariæ, ſic optinuerit, nomen tamen primi comitatus ſemper retinuit. Hiis tribus comitatibus (ut præmittitur) adeptis, regnum Franciæ ingreditur, in torneamentis & haſtiludiis aliiſque geſtis militaribus ſic agens, quod ubique victoria ſibi aſcribitur. Accidit etiam eodem tempore, quod rex Nauvariæ, qui filiam cujuſdam nobilis duxerat in uxorem, de qua filiam unicam genuerat, diem clauſit extremum, cujus regina, viri ſolacio deſtituta, ſic honeſte & ſapienter ſe & ſuam curiam regebat, quod multi principes ipſam dilexerunt, & Reginæ laudaverunt eam. Fama igitur nobilitatis & pulchritudinis ipſius dominæ ubique volabat. Rumor etiam ſuper probitate, elegantia & largitate domini Edmundi, per multas regiones diffuſus, corda audientium in amorem ipſius vehementer excitabat. Rumor igitur & fama eorum obviaverunt ſimiliter, & ad noticiam utriuſque tociens pervenerunt, quod alter alterius maritali fœdere conjungi affectavit. Super quo nunciis intermiſſis, & conſilio amicorum requiſito, hujuſmodi negocium ad effectum deducitur præoptatum. Nupciis quidem inter eos ſolempniſatis cum gaudio & honore ad invicem inierunt, gemeruntque.

1 *L.* Eviſham.

T. ſil. de quo ſermo eſt, Henricum & Johannem. Et ſicut per prophetam dictum eſt, *Generatio rectorum benedicetur*, in promocione generationis eorum recte adimpletur. Filia enim iſtius Dominæ, heres regni Nauvariæ, quæ ſpecioſa erat valde, à bona matre ſua ſic decenter informatur & alitur, quod à filio & herede regis Francorum in uxorem deducitur. Unde ab illo die regnum Nauvariæ regno Franciæ per eorum maritagium adunitur, & dictus Thomas frater reginæ Franciæ ex parte matris ſuæ efficitur. Duo quippe filii eorum, Henricus ſil. & Johannes, partim ex dono domini E. regis patrui eorum, partim ex bonis parentum ſuorum, divites admodum effecti ſunt, ſet præfatus T. ut filius ſenior, hereditatem patris ſui expectavit. Incipiente autem guerra inter reges Angliæ & Franciæ in Vaſconia, dominus Edmundus, pater iſtius T. illuc tranſmittitur, ut per ipſius induſtriam exercitus Anglorum regeretur. Cumque diutius populum Anglicanum ibidem rexiſſet, & bella plurima deviciſſet, caſtraque & civitates, per Francos diu [1] occupatos, in manu forti recuperaſſet, appropinquavit tempus ſuum ut de hac luce migraret ad Chriſtum. non in bellis devictus, nec in campis occiſus, vel aliqua Gallicorum fraude circumventus, ſet naturali febre vexatus ſpiritum emiſit. Quo apud Weſtmonaſterium honorifice inter ſuos progenitores ſepulturæ tradito, dictus T. hereditatem ſuam intravit, vitamque & mores boni patris ſui in milicia & largitate proſequi non neglexit.

1 *L.* occupatas.

De

De inſtructione Comitis Lincolniæ, & de deſponſatione filiæ ſuæ.

THOMAS, Comes Lancaſtriæ, filiam nobilis viri Comitis Lincolniæ, [1] qui ſibi unica fuerat, proceſſu temporis deſponſavit. Qui quidem Comes ſtrenuus in militia, maturuſque in conſiliis, ſuo tempore fuerat, & dictum T. ut filium & heredem ſuum, in geſtis militaribus & modo vivendi diligenter inſtruebat. Hic, cum diem mortis ſuæ cerneret imminere, venientem ad ſe Thomam, ut languores ipſius pro viribus mitigaret, & ut ultimam ejus benedictionem acciperet, ſic eſt allocutus. *Fili mi, filiam meam unicam deſponſaſti, unde hereditas mea tibi incumbit. Filius quidem boni patris es, ex parte cujus tres comitatus habuiſti, et nunc per uxorem tuam duos alios optinebis, viz. Lincolniæ & Sarisbiriæ, & ſic ſuper quinque Comitatus dominaberis. Memento ergo, qualiter præ cunctis* [2] *Anglis magnatibus Dominus te ditavit. Unde honorem ſibi præ ceteris impendere teneris. Cernis jam oculata fide, quod eccleſia Anglicana, quæ ſolebat eſſe libera, per oppreſſiones Romanorum, & injuſtas exactiones à regibus tociens extortas, nunc facta eſt ancilla. Populus etiam terræ noſtræ, quæ multis libertatibus gaudere ſolebat, variis vexationibus & talliagiis, per reges huc uſque inpoſitis, in ſervitutem deducitur. Quare te adjuro, pro benedictione Dei & mei, quatenus, cum tempus videris oportunum, eccleſiam & populum à talibus oppreſſionibus, ob honorem Dei, pro viribus tuis, liberes & defendas; Regi tuo, qui dominus & nepos conſanguineus eſt, honorem & reverentiam debitam exhibeas, et ut malos conſiliarios & alienigenas à curia ſua amoveat, tenoremque*

1 *L.* quæ. 2 *F.* Angliæ.

ma-

magnæ Cartæ cum aliis articulis, à clero & populo pro ſtatu eccleſiæ & regni ſalvando petitis & conceſſis, &, ſub interminatione anathematis in contravenientes lati, à venerabili patre noſtro, domino Roberto de Winchelſe, Cantuarienſi Archiepiſcopo, una cum toto clero Angliæ, confirmatis ad finalem effectum perducat, cum omni cautela & maturitate inducas conſiliarios, & miniſtros Anglicanos tibi eligas, quibus, ut unicuique, quod juſtum eſt, faciant, curiamque tuam in omni plenitudine & diſcretione dirigant, jugiter præcipias. Et cum de ſtatu regni cum ceteris terræ magnatibus contigerit retractare, conſilio nobilis viri, G. Comitis Warwicenſis, qui præ ceteris paribus ſuis ſano conſilio & maturitate pollet, ac circa regni utilitates profundius tractat, indubitanter adhæreas. Hæc faciens, gratiam & honorem invenies in hoc ſeculo, & gloriam in futuro. Hiis dictis, data ſibi benedictione, & ſacramentis eccleſiaſticis devote perceptis, temporalibuſque rebus ſuis bene diſpoſitis, migravit ad Chriſtum, & in eccleſia S. Pauli Londoniis cum honore ſepultus eſt. Cujus hereditatem, ex parte uxoris ſuæ ſibi debitam, dictus T. ingreditur, monita patris ſui legalis memoriter retinens, tales conſiliarios & miniſtros ſibi elegit, per quos erat vir in cunctis proſpere agens.

De proſecutione articulorum, et perſecutione Petri.

ET ne poſteros lateat de hiis, qui dictos articulos pro ſtatu eccleſiæ & regni inſtantius petebant, nomina eorum memoriæ commendare diſpoſui. Inter quos dictus T. erat præcipuus. cui adhæſit nobilis vir, comes Herefordiæ, Hunfridus de Boun, à patre ſuo ſimili adjuratione conſtrictus, qui dum viveret una cum comite Mareſcallo in eiſdem articulis petendis à rege Edwardo ſeniore fortiter inſtabat. Set cum videret,

ſe

ſe ulterius vivere non poſſe, vocato filio ſuo, ipſum, ut pro ſtatu terræ ſalvando diligenter vigilaret, profunde adjuravit. Quo viam univerſæ carnis ingreſſo, Comes Mareſcallus, in hujus proſecucione ſolus durare non valens, timore ductus, cum herede careret legitimo, ut regis benevolentiam ſibi coaptaret, ipſum poſt mortem ſuam heredem ſibi conſtituit. Quo poſt dies paucos ab hac luce tranſeunte, Rex dictum comitatum intravit, & domino Thomæ de Brutherton, filio ſuo, ex ſecunda regina genito, perpetuo jure donavit. Comes quidem Gloverniæ adhuc juvenis, qui nepos regis erat ex ſorore ſua natus, nec regem voluit offendere, nec paribus ſuis in petendis libertatibus deficere, & ideo, pro bono pacis in partes reformando, mediator extitit fideliſſimus. Comites quidem de Penebroke & de Warewic & de Arundel, cum aliis multis Baronibus & nobilibus terræ, in ſuo propoſito fortiter ſteterunt. Set comes de Warenna, qui diu ante titubans parti regis favebat, per Archiepiſcopum Cantuarienſem paribus ſuis, ad prædicta negocia proſequenda, reconciliatur. Præfatus vero T. ut præmittitur, in primicerium electus, communi ductus conſilio, ſolemnes nuncios domino regi, apud Eboracum exiſtenti, tranſmiſit, ex parte communitatis exorans eundem, ut vel dictum P. eis redderet, vel terram Angliæ, ut præordinatum eſt, evacuare præciperet.

De fuga Regis cum Petro.

REX vero, ſiniſtro ductus conſilio, petitiones eorum parvi pendens, ab Eboraco ſe tranſtulit, & novum caſtrum ſuper Tinam uſque pervenit, ubi cum dicto P. & ſua familia uſque ad feſtum dominicæ aſcenſionis perendinavit, Regina apud Tinemutam exiſtente.

ſtente. Videntes itaque magnates, ſe eſſe deluſos, copioſum exercitum armatorum & peditum congregaverunt, & verſus novum caſtellum ſuper Tinam iter ſuum direxerunt, non ut domino Regi aliquam injuriam irrogarent, ſet ut ipſum Petrum caperent, et ſecundum ſuas leges judicarent. Rex autem, ſuper eorum adventu non inſcius, & à dicto loco ſe tranſtulit, & infra Tinemutam cum dicto P. ſeſe recepit. Tandem cum certus eſſet, quod ipſi magnates infra burgum novi caſtri introitum haberent, de quadam navi in portu de Tine ſibi providebat, & nec maris pericula aborrens, nec fletibus Reginæ, tunc prægnantis, &, ut ſecum remaneret, luctuoſe rogantis, compatiens, ipſam navim cum dicto P. intravit, & Scadeburgam, Domino ducente, ſanus & incolumis pervenit. In quo quidem loco caſtrum regis fortiſſimum ſitum eſt. ſet nec armis nec victualibus præmunitum. Ubi rex dictum P. ſalvo cuſtodiri, & ipſum caſtrum, prout poterant, ſuis juſſit præmuniri, ſeipſum ad partes Eboraci transferendo. At comites, hæc audientes, equos & alia bona, quæ dictus P. in villa novi caſtri dimiſerat, ad certum valorem appreciari, & loco tuto ſervari fecerunt, ſe & ſuum excercitum poſt ipſum incontinenti movendo. Tho. autem Lancaſtriæ Comes, reginæ languoribus præ ceteris condolens, quia ſuus avunculus erat, ſecretos nuncios ſibi deſtinavit, ipſam conſolando fideliterque promittendo, quod non ceſſaret antequam ipſum Petrum à domini Regis conſorcio totaliter ammoveret: ad ipſam tamen perſonaliter accedere noluit, ne forte indignationem Regis cauſa ipſius incurreret.

De captione Petri, & morte ejuſdem.

MAGNATES igitur, ad caſtrum de Scardeburga venientes, tentoria ſua ibidem fixerunt, nec invenerunt, qui eis inpedimentum inferrent. Dictus T. cum ſuo exercitu exinde receſſit, comitibus de Warenna & de Penebroke ad caſtrum expugnandum dimiſſis, &, facto inſultu acerrimo, cum incluſi ulterius ſe defendere nequirent, ipſe P. ſe eiſdem reddidit, tali quidem conditione, quod, omni exceptione excluſa, conſiderationi Comitum totaliter ſe ſubmitteret, & ſic in eorum cuſtodia poſitus, humiliter petiit, ut domini regis frui mereretur colloquio, rege ſimiliter hoc idem petente. Quo facto, Rex, ut vita ipſius ſalvaretur, cum magna inſtantia rogavit, pollicens multipliciter, ſe pro ipſo ad eorum voluntatem in omnibus ſatisfacturum. quam quidem promiſſionem comes de Penebrok amplectens, ſub periculo amiſſionis omnium terrarum ſuarum, ut ipſum illæſum & indempnem uſque ad certum diem cuſtodiret, domino regi promiſit, & ſic verſus partes Walingfordiæ eundem duxiſſe propoſuit. in quo quidem itinere cum per villam de Dadinton, quæ non multum diſtat à Warwico, contingeret eos declinare, & dictus Comes cum Comitiſſa ſua, non longe à dicta villa manente, proponeret pernoctare, ipſum P. in eadem villa cum ſimplici cuſtodia incaute dimiſit. Comes enim Warwicenſis, ſuper eorum adventu non inſcius, cum magno ſtrepitu & multitudine armatorum eadem nocte ſuperveniens, levi facto inſultu, ipſum cepit, & ad caſtrum ſuum Warwicenſe ſecum deduxit. Habito igitur inter magnates longo tractatu, utrum utilius eſſet, ipſum continuo neci tradere, an, juxta regis deſiderium, liberum

abire permittere? reſpondit unus, vir quidem magnæ auctoritatis inter eos & conſilii, dicens, [1]*præda, quam diu ventilavimus, non ſine gravi ſudore jam cepimus, ridiculoſum foret nobis iterum foras quærere, cujus gaudemus corporali poſſeſſione. Expedit ergo potius, ut iſte ſolus moriatur homo, quam gens noſtra per guerras & bella pereat. Ipſo enim vivente, ſecura tranquillitas in terra Angliæ eſſe non poterit. Quod multis documentis hactenus experti ſumus.* Cujus ſuaſionibus ceteri conſentientes, ad locum, ubi feriendus erat, deduci fecerunt, &, judicio in eum, tanquam legis ſubverſorem, & publicum terræ proditorem, dato, capitalem ſubivit ſententiam juxta Warwicum, anno Domini 1312. Cujus cadaver apud Oxonium per biennium inter fratres prædicatores, quos rex ibidem conſtituit de fiſco victuros, & pro ſe & progenitoribus ſuis & pro anima Petri celebraturos, delatum eſt, & anno Domini 1314 honorifice tumulatum.

De perſecutione magnatum à rege pro morte Petri.

REX autem, audita morte ipſius, ultra quam credi poteſt anxiatus eſt, & qualiter mortem ſuam vindicare poterit intime meditatur. At comites è contra proviſiones ſuas ad effectum deduci intrepide poſtulabant, domino regi nunciantes, quod, niſi hæc maturius faceret, ad ipſum in manu forti celerius venirent. ad quod faciendum, totam patriam circa Duneſtapile equis & armis impleverunt, rege interim apud Londonias exiſtente. Videntes itaque epiſcopi Angliæ, una cum Comite Gloverniæ, tantam diſſenſionem eccleſiæ & regno fore periculoſam, viriliter ſe

1 *F.* prædam.

in-

intromittebant, ut pax inter eos poſſet reformari, hoſpitia ſua in villa Sancti Albani, ut levius ad partes venirent, accipientes. Set & quidam Cardinalis, (titulo ſanctæ Priſcæ, albus monacus, abbas quondam frigidi fontis in Vaſconia,) Arnoldus nomine, tunc domini Papæ vicecancellarius, et epiſcopus Pictavienſis, ejuſdem domini Papæ Camerarius, ſet poſtea Cardinalis effectus, à latere ſummi Pontificis, pro pace inter partes reformanda, in Angliam miſſi, Abbatiam ſancti Albani pro oſpiciis ſuis occupabant. At cum quidam clerici, ex parte dictorum dominorum, ad ipſos Comites apud Whathamſtede, ubi erant cum ſuis exercitibus congregati ſuper regem ulterius proceſſuri, acceſſiſſent, literas domini papæ eiſdem deferentes; dicebant, ſe literarum notitiam non habere, ſet in militia & in uſu armorum eruditos eſſe, quare dictas literas non curabant videre. Requiſiti inſuper, ſi placeret eis, ut dicti domini ad eos pro pace reformanda perſonaliter accederent, reſpondebant, multos nobiles & literatos epiſcopos, & alios prælatos, in regno Angliæ fore, quorum conſilio uti volebant, non permittere vellent, quod aliquis extraneus vel alienigena de factis ſuis, ſeu regni negociis, ullo modo ſe intromitteret; ac tale mandatum eiſdem dominis per eoſdem clericos remiſerunt, quod in craſtino ſummo mane iter ſuum verſus Londonias maturaverunt timore perterriti, licet prius apud ſanctum Albanum per menſem vel amplius moram traxiſſe cogitaſſent. Epiſcopis igitur, una cum Comite Gloverniæ, ut præmiſſum eſt, intervolantibus, furorem eorum ſub tali forma temperabant, ſil. quod iidem magnates teſaurum & equos & omnia jocalia, quæ à dicto P. de Gaveſton apud novum caſtellum capiebant, domino regi, vel alii, ſuo no-

mine certo die venienti, apud ſanctum Albanum reſtituere deberent, & dominus rex petitiones eorum ad effectum perduceret. Cumque dominus J. de Sandale Angliæ teſaurarius, & dominus [1] Jugelardus de Warle Garderobæ domini regis cuſtos, ad prædictos diem & locum, cum poteſtate regis ad prædicta recipienda, accederent, nec aliquis ex parte dictorum dominorum compareret qui prædicta reſtitueret, vel eorum abſentiam excuſaret; ne forte, proceſſu temporis, eiſdem poſſet inpingi, quod per eorum negligentiam ſteterat, quo minus prædicta ſortirentur effectum, literas, manu Notarii publici ſignatas, in præmiſſorum teſtimonium, confici, & in eccleſia S. Albani coram dicti loci priore & ſenioribus, ac etiam toto populo ad hoc vocato, per duos dies legi faciebant, et, ad majorem hujus facti evidentiam, ac ſui excuſationem, ſigillum ejuſdem loci conventus eiſdem literis apponi procurabant. Poſtea tamen venerunt, & juxta conditionem præmiſſam legitime ſatisfecerunt, certam excuſationem ſuæ moræ aſſignantes.

De nativitate Edwardi, filii regis.

SUB hoc tempore domina Iſabella, regina Angliæ, peperit filium ſuum primogenitum apud Wendeſouere in die [2] ſancti Bricii, anno Domini 1312, qui fuit annus regni regis E. filii regis E. 6^tus^. Et licet dominus Lodowicus, ejuſdem reginæ frater, ceterique domini & dominæ de Francia, tunc ibidem exiſtentes, nomen regibus Franciæ conveniens puero voluiſſent aptaſſe, magnates Angliæ, hoc non permittentes, ipſum nomine patris ſui Edwardum vocari fecerunt.

1 *Vel* Ingelardus. 2 XIII *ſcilicet Novembris.*

Ob

Ob cujus ortum tota Anglia ingenti plauſu lætata eſt, et pater ejus tam hilaris efficitur, quod dolorem, quem pro morte Petri conceperat, temperaret. Ab illo ergo die crevit amor filii, & evanuit memoria Petri, & dominus Rex voluntati procerum ſuorum humilius ſolito cœpit condeſcendere.

Sequitur de parliamento.

ANNO Domini 1313 adhuc inſtabant quidam, qui inter regem & ſuos proceres ſiniſtra ſeminabant, conantes ipſum à conſilio eorum avertere, unde rancor præhabitus inter utroſque dependebat. Habito igitur ſuper præmiſſis parliamento in feſto S. Michaëlis, anno viz. Domini 1313, ut prædicitur, dominus rex pro parte ſua ſuper contemptu, ſibi in exercitu, quem contra eum apud novum caſtellum ſuper Tinam ducebant, & in captione Petri & morte ipſius, illato, eoſdem acriter inpetebat. At illi ad objecta unanimiter reſpondebant, ſe in nullo præmiſſorum deliquiſſe, immo potius gratiam regis & amorem in hoc facto promeruiſſe: cum non in ipſius contemptum exercitum illum adduxerant, ſet ut publicum inimicum terræ, per communitatem Angliæ, ex duorum regum aſſenſu, totiens extrabannitum, deſtruerent, per quem regis teſaurus conſumebatur, & diſſenſio inter ipſum et ſuos fideles hactenus fovebatur. Hujuſmodi autem reſponſione à rege & ſuo conſilio intellecta & approbata, magnates expreſſe dicebant, ſe finem negotiorum ſuorum velle videre. multum enim expenderant & parum adhuc profecerant, nec volebant diutius varias alicujus promiſſiones fruſtra expectare. Tandem, diſponente Deo, in cujus manu corda principum exiſtunt, populum Anglicanum in tot calamitatibus diutius

tius fluctuare nolente, mediante etiam Regina, una cum Comite Gloverniæ,[1] & epiſcopis & epiſcopis prælibatis, rancor eorum ſub tali forma mitigatus eſt, viz. quod ipſi Comites, cum ſuis complicibus, in aula Weſtmonaſterii in pleno parliamento venire deberent, & ſe domino regi humiliare, ac de hiis, in quibus ipſum offenderant, veniam poſtulare. Et dominus rex eoſdem ad gratiam & firmam pacem, abſque ulla fictione ſeu ſcrupulo maliciæ, deberet admittere, et tanquam ligios & fideles ſuos in vero amore tractare, articuloſque petitos ad finalem effectum perducere, et, ne pro morte ſæpe dicti P. aliquis ulterius inpeteretur, Cartam ſuam cuilibet petenti ſuper indempnitate concedere. Hiis rite peractis, ipſi magnates, regis paupertatem conſiderantes, quintumdecimum denarium bonorum temporalium per totam Angliam ſibi concedebant, & à dicto parliamento cum gaudio & pace bona recedebant.

De morte Archiepiſcopi Cantuarienſis Roberti de Winchelſe.

SUB hoc etiam tempore, viz. quinto Idus Maii, magiſter Robertus de Winchelſe, poſtquam eccleſiam Cantuarienſem laudabiliter toto ſuo tempore rexiſſet, & magnates terræ, in ſuis libertatibus petendis, intrepide contra regem foviſſet, ab hoc ſeculo migravit ad Chriſtum. Quo ſepulturæ tradito, monachi dicti loci, licentia à rege optenta, tempore debito ad electionem procedentes, magiſtrum Thomam de Cobbeham, virum eminentis literaturæ, multiſque virtutibus redimitum, unanimi aſſenſu elegerunt, non deferentes inibitioni ſummi pontificis, qui ante mortem

1 *F.* et epiſcopis prælibatis.

di-

dicti R. ipſius honoris collationem ſibi reſervavit. Dictus vero T. electioni de ſe factæ conſentiens, ſedem apoſtolicam, tunc Avennoniæ exiſtentem, munus confirmationis petiturus, adivit. Oſtenſo quidem electionis proceſſu, licet in perſona electi vitium non inveniretur, ſummus tamen pontifex, electionem illam poſt reſervationem ſibi factam nullam omnino eſſe, denunciavit. Et quia eccleſia Anglicana continuis tribulationibus vexabatur, idem ſummus pontifex de viro, per quem dictæ tribulationes melius ſedari poſſent, eccleſiæ viduatæ providere ſolicite cogitabat. Habito igitur ſuper hiis tractatu prolixo, & diverſorum conſilio requiſito, tandem in dominum [1] W. Wigornienſem epiſcopum, domini regis Angliæ Cancellarium, oculos dirigebat, acute præponderans, quantam gratiam coram domino rege præ ceteris inveniebat, quam mature in ſuo officio erga omnes ſe habebat, quantaque diſcretione rancorem, inter regem & ſuos proceres motum, temperabat, ſperans, talem virum eccleſiæ et regno multum poſſe proficere, qui, inter tot ſeculi varietates, abſque alicujus offenſione novit incedere. honorem Cantuarienſis eccleſiæ una cum pallio gratis ſibi conferebat, prædicto T. ſpem promotionis honorificæ promittendo. Dictus vero W. honorem, ſibi collatum, poſt longas reluctationes reverenter ſuſcipiens, ad eccleſiam Cantuarienſem dominica quinquageſimæ, quæ tunc 13 Kal. Marcii veniebat, acceſſit, et omnibus, quæ ad tantam ſolempnitatem pertinent, decenter expletis, feſtum ſplendidiſſimum domino Regi & Reginæ ceteriſque magnatibus, cauſa ipſius illuc accedentibus, eodem die ſolempniter celebravit.

---

1 *Walterum.*

De

De creatione Papæ Johannis 22.

ANNO Domini 1314, nono die menſis Aprilis, obiit Clemens papa, Archiepiſcopus quondam Burdegalenſis. Cui ſucceſſit Jacobus epiſcopus Avennoniæ, et vocatus eſt Johannes: ſet curia inter eos biennio vacavit.

De tranſitu regis verſus Scotiam, & de bello de Stryvelin.

ANNO Domini 1314 rex à Londoniis receſſit, et, diverſis locis peragratis, apud ſanctum Albanum in vigilia palmarum proximo ſequente declinavit. ubi quamdam crucem auream, lapidibus precioſis & diverſorum Sanctorum reliquiis inſertam, Beato Albano devote optulit, ſe ipſum, cum Regina & filio ſuo, ejuſdem Sancti precibus, & dicti loci Monachorum orationibus, affectuoſe commendavit. Qui cum intellexiſſet, quod pater ſuus chorum ſancti Albani renovare diſpoſuerat, deſiderium patris explere cupiens, 100 Marcas Argenti, una cum meremio apud Dyneſleiam quærendo, conventui dedit, præcipiens eis, ut pro nulla pecunia omitterent, quin dictum opus ad honorem Dei & beati Albani laudabiliter conſummarent. In craſtino quidem palmarum iter verſus inſulam Elienſem arripuit, ubi ſollempnitatem paſchalem nobiliter tenuit. Deinde per Lincolniam & Eboracum ac burgum novi caſtri ſuper Tinam tranſiens, Berewicum uſque pervenit, ubi univerſis, ſervitium militare ſibi debentibus, expectatis, præter Comites Lancaſtriæ, Warenniæ, Warewichiæ et Arondeliæ, qui pro eo, quod articulos, totiens conceſſos, ad effectum non deduxerat, ſe abſentabant, &, diſpoſitis miliciæ ſuæ turmis, ad obſidionem caſtri de Strivelin diſſolvendam greſſus

ſuos

ſuos cum exercitu copioſo maturavit, ubi fixis tentoriis quidam de exercitu Anglorum, equitationes coram cuneis Scotorum facientes, ipſos atrociter provocabant. At illi viriliter reſiſtentes, multos nobiles illo die dominico, ſil. in vigilia nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ, peremerunt, pro quo quidem caſu Anglici exacerbati, in craſtino vindicari vel vinci firmiter proponebant. Craſtino die adveniente, uterque exercitus ad pugnam ſe parabat, & circa horam diei tertiam acies utriuſque partis, ſibi invicem appropinquantes, formidabile ſpectaculum intuentibus oſtendebant. Clangor enim tubarum & lituorum, hinnitus equorum, motio vexillorum, clamor exhortantium, qui in eorum congreſſu reſonabant, corda poterant terruiſſe magnanimorum. Duces vero Anglorum pedites cum arcubus & lanceis in prima acie componunt; equites, diviſis alis, retro conſtituunt. Duces autem Scotorum, per turmas ſuas incedentes, exhortantur, ut pro ſua & uxorum ſuarum, liberorum ac poſſeſſionum ſuarum, defenſione certamen ineant juſtiſſimum, victoriam eis, divino ſuffragante auxilio, firmiter promittentes. Illi vero audaciores effecti, adventum Anglorum intrepidi expectabant, parati pro ſuæ partis defenſione conſtanter vivere vel mori, vincere vel vinci, mortem ſuam in hoc caſu reputantes martirium & vulnera ſalvationem. Ex parte eorum omnes pedites erant, viri quidem electi, animoſi valde, ſecuribus præacutis ceteriſque armis bellicis decenter communiti, conſerta ante ſe ſcu-

ſic

turorum ſpiſſitudine cuneum impenitrabilem ſtatuerunt. Equos ſuos penitus dimittebant, periculum, quod eis in bello, apud Fankirke commiſſo, ſemel acciderat, evitantes, ubi, viſa multitudine Anglorum, tam compoſite advenientium, equites Scotorum fugam

inierunt, & pedites in campo morituros reliquerunt. Robertus vero le Brois, qui ſe regem Scociæ clamitabat, pedes cum ſuis conſortibus totum exercitum ſuum præcedebat, ut ſic, periculo inter majores & minores coæquato, nemo de fuga cogitaret. Stant hinc magnates Angliæ, cum ſuis turmis Scotos fortiter inſilientes. Stant inde duces Scotorum, ſeſe viriliter defendentes. Et, collidentibus ad invicem catervis, bellum cruentiſſimum commiſerunt. Fragor lancearum, tinnitus gladiorum, ictuum ſtrepitus repentinorum, gemitus morientium, vulneratorum lamentacio in ipſo conflictu audita, aëra perturbare videbantur. Multo tempore nimis gladiis circa capita tinnientibus altercatum eſt, &, decertantibus utrinque viriliter partibus ex adverſo, ceciderunt quam plures letaliter vulnerati. Quod cum videret [1] G. Comes Gloverniæ, indignatus eſt valde ſuper eorum feritate, ſuos commilitones exortatur, ut in Scotos effeminatos, congreſſiones Anglicanas expectare non ſolentes, irruant truculenter, & nomen militiæ ſibi volens acquirere, exemplum ſuis in ſe ipſo prætendens, ut aper bellicoſus in incendio iræ ſuæ turmas hoſtium invaſit, gladium ſuum cruori eorum inebriando. Quæcumque enim mucrone ſuo attingebat, capud ei aut membrum aliquod amputabat. In ipſum tandem, eorum necem ita ſitientem, pondus totius prœlii converſum eſt, adeo ut lancearum cuſpidibus ex omni parte ſui corporis applicatis, impingentibus hinc inde diverſis, ad terram proſternitur, & capud ejus clavis hoſtium undique malleatur, donec animam cum ſanguine ſuo pedibus equinis exalaret. Reliqui vero omnes de exercitu ſuo, vi-

1 *Gilbertus de Clare.*

den-

dentes eum ſic occubuiſſe, timore perterriti, fugam inierunt, dominum ſuum in campo trucidatum, proth! dolor, relinquentes. Nobilis quidem [1] Barro [2] R. de Clifford cum multis aliis nobilibus in ipſo conflictu funeſtiſſimo corruerunt. Ceteri vero Comites, ruinam ipſorum perpendentes, in abiſſum deſperationis demerſi, terga dederunt, fugæ præſidio ſibi conſulentes. Comes quidem Herefordiæ in fugiendo captus eſt, & multi nobiles cum eo, ſet & comes de Penebrok poſt multorum internicionem à diſcrimine mortis vix evaſit. Rex vero, ruinam ſuorum & fugam amaro geſtans animo, et præ immanitate iracundiæ periculum mortis contempnens, hauſto ſpiritu acriore in hoſtes, more leonis ſublatis catulis, irruit truculenter. Et, more animoſi militis, multorum ſanguinem gladio vibrante effudit. Set militares acies, ipſum in tanto diſcrimine conſtitutum perpendentes, invictum & quaſi reluctantem vix à tanto periculo eripere potuerunt. Et ſic retrocedens, fugam à ſuis compulſus inivit, meliorem fortunam expectans. Proponens firmiter illatas ſibi injurias in tempore retributionis vindicare. Hoc autem bellum funeſtiſſimum commiſſum eſt juxta caſtrum Strivelenſe in loco, qui Bannokemora nuncupatur, in feſto nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ, anno Domini 1314, & regni ejus regis E. 7°.

De diviſione nobilis Comitatus Gloverniæ.

CUM idem Comes in dicto execrabili bello mortem incurriſſet, Comitiſſa, ipſius uxor, imprægnata fuiſſe credebatur, expectabaturque per biennium, ſi forte fœtum produxiſſet, & cum tempus pariendi,

1 *Vel* Baro. 2 *Robertus.*

tam prolixo tempore fruſtra expectatum, pertranſiit, diviſa eſt ejus hereditas inter tres ſorores ipſius, quarum primam duxit in uxorem dominus Hugo Diſpenſer; ſecundam vero deſponſavit dominus Hugo [1] Daudele, quam prius habuit dominus Petrus de Gaveſton, quondam Comes Cornubiæ; tertiam autem duxit dominus Rogerus de Tamari, quam prius deſponſaverat dominus Johannes de Burgo, filius & heres Comitis Ultoniæ de Hibernia. Et ſic dividitur nobiliſſimus Comitatus Gloverniæ, qui dicebatur altera columpna Angliæ, in tres Baronias.

De geſtis Scotorum poſt victoriam belli.

SÆPE dictus Robertus le Brus, adepta ſic ex inſperato victoria, ſpolia interfectorum & fugitivorum colligi fecit, ſuiſque ſtipendiariis, & hiis, qui pro ſuæ partis defenſione tam laudabiliter triumpharunt, magnifice diſtribuit. Proceres quoque, quos in prœlio ceperat, incarcerandos ſeu redimendos ſibi retinuit, & ſic decenter ac civiliter cuſtodiri præcepit, quod corda multorum, ſibi adverſantium, in amorem ſui mirabiliter commutavit. Corpora quidem Comitis Gloverniæ & Baronis de Clifford domino Regi Angliæ, apud Berewic. tunc exiſtenti, pro ſua voluntate ſepelienda, ſine ullo precio deſtinavit. Comes quidem Herefordiæ pro uxore Roberti le Brus, quæ prius capta fuerat, æqua conditione à carcere liberatur, qui ſanus & incolumis abire permittitur. Ceteri vero captivi per redemptionem ſeu commutationem ſimiliter evaſerunt. Cauſam autem hujus ruinæ cui infortunio imputare valeam neſcio, niſi forte, quod Anglici nimis

1 *Vel*, de Audeley.

im-

impetuoſe nimiſque inordinate, quam deceret, advenerunt. Homines enim eorum & beſtiæ præ nimia feſtinatione laſſi erant & inbecilles, fame quidem tabefacti, & ſomni recreatione carentes. Scoti quidem, adventum eorum in terra propria expectantes, ad locum belli ſibi notum Angliciſque ignotum, tam cibo quam ſomno ad plenum refocillati, denſis agminibus caterviſque ad prœliandum diſpoſitis maturius acceſſerunt. Set neminem frangat iſta res. Varii enim ſunt eventus prœliorum & fata eorum ambigua. nunc enim hos conſumit gladius & nunc illos, & ſic, fortuna rotam ſuam volvente, victoria Scotis illa ſola vice remanſit.

De tractatu apud Eboracum.

REGE vero in hunc modum fugato, nulla dies interim præteriit, quin caſum ſuorum elationemque Scotorum amara mente tractavit. et à Berewik ſe transferens Eboracum pervenit, ubi clero & populo congregatis, in autumpno ſil. proximo ſequente, quendam tractatum inter ſe privatim tenuerunt. In qua quidem convocatione affuit Cantuarienſis Archiepiſcopus, domini Regis tunc Cancellarius; et, ne ulla inter eum et dominum Eboracenſem ſuper eorum primatia haberetur diſſenſio, & ex eorum diſſenſione tumultus fieret in populo, communiſque utilitas impediretur, ad inſtantiam domini Regis, cum cleri conſenſu, formam amicabilem inierunt. Soluto iſto conſilio, unuſquiſque quo ſibi placuit ſe divertebat.

De ſepultura Petri de Gaveſton.

REX verſus Wyndeſore, ubi natale ſuum tenuit, iter ſuum dirigebat. Et in die octavarum S. Jo-

Johannis Euangeliſtæ proximo ſequentium corpus ſæpe dicti P. balſamo & aromate conditum, apud Langeleiam, in eccleſia fratrum prædicatorum, à venerabili patre Cantuarienſi, & aliis quatuor epiſcopis, una cum abbatibus & aliis viris eccleſiaſticis innumerabilibus, in magna devotione ſepeliri fecit. pauci tamen procerum terræ ad ipſam humationem cum rege adeſſe voluerunt.

Sequitur de parliamento.

IN craſtino quidem purificationis, continue ſubſequentis, proclamatum eſt Londoniis quoddam parliamentum, ad quod venerunt clerus & populus, & cum tanta diligentia de ſtatu terræ emendando in eo tractaverunt, quod uſque diem palmarum ibidem permanſerunt. In quo quidem parliamento talia proviserunt, ut liquet per literam, Vicecomiti Eſſexiæ & Hertfordiæ per dominum regem in hæc verba directam. *R. de Pereris, Vic. Eſexiæ & Hertf. Ballivo libertatis de ſancto Albano, Salutem. Mandatum domini regis in hæc verba recepi.* "*Edwardus, Dei gratia, Rex* "*Angliæ, dominus Hiberniæ & dux Aquitaniæ, Vicec. E-*"*ſex & Hertf Salutem. Querelam prælatorum, Comi-*"*tum & Baronum, & aliorum de communitate regni no-*"*ſtri, per petitionem ſuam, coram nobis & conſilio noſtro ex-*"*hibitam, recepimus, continentem, quod de bobus, vaccis,*"*multonibus, porcis, aucis, Gallinis, caponibus, pullinis, co-*"*lumbellis & ovis, magna & quaſi intollerabilis eſt cariſtia,*"*hiis diebus, in ipſorum, & omnium infra idem regnum de-*"*gentium, dampnum non modicum & gravamen, propter*"*quod nobis cum inſtantia ſupplicarunt, ut ſuper hoc cura-*"*remus de congruo remedio providere. Nos igitur, ſuppli-*"*cationi prædictæ, pro communi utilitate populi dicti regni,*

Breve Regis.

"""*prout*

"*prout expediens visum fuerit, annuentes, ordinavimus, de*
"*consilio & assensu prælatorum, Comitum, Baronum, &*
"*aliorum de consilio nostro existentium in ultimo parliamen-*
"*to nostro apud Westmonasterium habito, quod melior bos*
"[1] *vivus, venalis, crassus, de grano non pastus, vendatur de*
"*cetero pro sexdecim solidis: & si de grano pastus fuerit,*
"*& sit crassus, pro viginti quatuor solidis ad plus tunc ven-*
"*datur. & quod melior vacca, viva, & crassa, pro duode-*
"*cim solidis vendatur. quilibet porcus duorum annorum*
"*crassus pro quadraginta denariis. Multo* [2] *tonsitus cras-*
"*sus pro quatuordecim denariis. Multo lanatus crassus pro*
"*viginti denariis. Auca crassa pro duobus denariis & ob.*
"*Capo bonus pro duobus denariis. Gallina bona pro uno de-*
"*nario. duo pullini pro uno denario. quatuor Columbellæ*
"*pro uno denario. viginti quatuor ova pro uno denario de*
"*cetero vendantur. Quod si aliquem, vel aliquos, qui* [3] *hujs*
"*res venales pro precio (ut præmittitur) ordinato vendere*
"*noluerit, vel noluerint, contigerit inveniri, tunc prædictæ*
"*res venales nobis remaneant forisfactæ. Et quod ordina-*
"*tionem prædictam volumus ex nunc per totum regnum no-*
"*strum firmiter & inviolabiliter observari, tibi præcipimus*
"*firmiter injungentes, quod in singulis civitatibus, burgis &*
"*villis mercatoriis, & locis aliis in balliva tua, tam infra*
"*libertatem quam extra, ubi videris expedire, & ordinam-*
"*tionem prædictam publice & distincte proclamari, & ipsam*
"*in omnibus & singulis suis articulis, sub forisfactura præ-*
"*dicta, per totam ballivam tuam de cetero facias inviolabi-*
"*liter observari. Et hoc, sicut indignationem nostram vi-*
"*tare, & te ipsum indempnem servare, volueris, nullo mo-*
"*do omittas. T. me ipso apud Westmonasterium* 14 *die*
"*Marcii, anno regni nostri* 8". *Quare tibi mando, quod*

---

1 *Vide Walsingh. Hist. Angl. p.*64. 2 *Vel,* tonsus. 3 *Pro,* hujusmodi.

man-

mandatum iſtud diligenter exequaris. [1]Huj[sic] igitur proviſione per omnes comitatus Angliæ publicata, & gravi pœna in puletarios & alios anxionarios, Londoniis & alibi proviſionem non obſervantes, inflicta, [2]ipſam iterum, in quindenam [3]proximi paſcæ, tam clerus quam populus, ex edicto regis, citati, ſuper aliis negociis tractaturi, Londoniis convenerunt. Set quidam procerum [4]variam impedimentorum cauſas præſentabant. Unde edictum parliamenti non ſortiebatur effectum. et ſic unuſquiſque quo ſibi placuit ſe divertebat, & qui terram defendere debuerant, otio vacabant.

De invaſione Scotorum.

SCOTIS interim in cæde & rapinis totam Northumbriam, & partes occidentales, à Carleolo uſque Eboracenſes, abſque ullius impedimento, prœliantibus, & quæque ſibi obvia in ferro & flamma devaſtantibus. Et ſciendum, quod non remanſit in partibus illis aliquis locus, ubi Anglici tute latere poterant, præterquam in civitate Carleolenſi, & burgo novi caſtri ſuper Tinam, & prioratu de Tynemutha, ceteriſque caſtris per Northumbriam, quæ tædioſo labore & ſumptibus inmenſis cuſtodita fuerunt. Ad quæ quidem loca miſeri de patria, cum ulterius quicquid non haberent, unde tributa Scotis ſolverent, ſicut prius per multa tempora ſolvere ſolebant, ut miſeram ſaltem vitam ſervarent, confugerunt. Nobilis etiam villa de Berewico, quæ infra metas Scotiæ ſita eſt, adhuc in cuſtodia Anglorum, magno quidem labore, permanebat. Dunelmenſes vero, poſt multas depopulationes, pacem pro pecunia ad tempus ſibi comparabant.

---

1 *Pro*, hujuſmodi. 2 *F.* ipſi. 3 *Vel*, proximæ. 4 *F.* varias.

De

De invaſione Edwardi Brus in Hibernia.

PRÆFATUS R. le Brus, ex optenta victoria in ſuperbiam erectus, ſuum exercitum dividebat, & maximam exinde partem in Hiberniam tranſmiſit, fratrem ſuum carnalem, Edwardum nomine, ducem eis præficiendo, ut terras regis Angliæ in partibus illis depopularet, & vires ejus, ſi exercitum ad partes illas defendendas tranſmitteret, enervaret. Ad confuſionem etiam regis Angliæ & regni, quidam in Wallia erexerunt ſe, oppreſſiones & gravamina, patribus ſuis ab Anglis olim illata, ad memoriam reducentes, & tempus ultionis ſibi arridere cernentes, caſtra regis & terras invadebant, homines, domino Regi fideliter adhærentes, cum omnibus bonis ſuis in igne & gladio conſumebant, audaciam reſiſtendi à victoria Scotorum ſibi aſſumentes, fœduſque & fiduciam cum eiis ineuntes.

De peſte, fame & cariſtia inauditis.

ANNO Domini 1315, præter ſupradictas anguſtias, quibus Anglia affligebatur, accrevit fames in terra, ac ſi non placeret Deo in ſtatutis præmiſſis. Ex quo enim edita fuerant & promulgata, omnia ſolito cariora fiebant. Carnes enim incipiebant deficere, ova & cetera alba evaneſcere. Capones & Aucæ inveniri vix poterant. Bidentes per morinam deficiebant. Porci, præ nimietate cariſtiæ, nutriri nequibant. Quarterium enim frumenti, fabarum & piſarum, pro viginti ſolidis vendebatur, Braeſii pro Marca, & Avenarum pro decem. Set quarterium Salis pro 35 ſolidis communiter vendebatur, quod à ſeculis præteritis eſt penitus inauditum. Unde terra tanta

penuria premebatur, quod, cum rex apud ſanctum Albanum in feſto ſancti Laurentii proximo ſequente declinaret, vix poterat panis venalis pro ſuæ ſpecialis familiæ ſuſtentatione inveniri.

De tranſitu regis ad partes alias.

REX exinde apud Clipſton in Sirewode declinavit,ubi curiam ſuam tempore natalitio tenuit,& circa feſtum purificationis apud Lincolniam, per conſilium Baronum ſuorum, proviſiones antedictas omnino revocavit, præcipiens generaliter, ut unuſquiſque bona ſua venalia meliori foro quo poſſet venditioni exponeret. Dicta quidem Cariſtia menſe Maio, anno Domini 1315, incepit, & uſque ad feſtum nativitatis beatæ Mariæ duravit. Pluviæ enim æſtivales in tantum habundabant, quod fruges matureſcere non poterant. Set vix ad dictum diem nativitatis pro pane coquendo colligi poterant, niſi prius ad deſiccandum in clibanos mitterentur. Verſus finem autumpni ipſa cariſtia in parte fuerat mitigata : ſet circa feſtum natalis Domini totaliter redibat, nec habebat panis robur nutritivum, ſeu virtutem ſubſtantialem more ſolito in ſe, pro eo quod grana à calore ſolis æſtivi nutrimentum non habebant. Unde comedentes ex eo licet magnam exinde ſumerent quantitatem, brevi elapſo intervallo famelici remanebant. nec eſt ambigendum, quin pauperes fame & inedia contabeſcerent, ſi divites poſt refectiones opulentas continuo eſurirent. Hujuſmodi igitur fame prævalente, tam magnates quam religioſi curias ſuas reſtringebant, ſolitas elemoſinas ſubtrahebant, familias ſuas minuebant. unde illi à curiis ſic ammoti, vitam delicatam ducere conſueti, fodere neſciebant, mendicare erubeſcebant, penuria tamen cibi

&

& potus devicti bona aliena ſitiebant, cædibus & rapinis intendentes. tot autem effecti ſunt infideles, quod in pace vivere non permiſerunt fideles. Anguſtiis igitur & miſeriis præmiſſis & futuris conſideratis & intellectis, illud propheticum, quod in Jeremia dicitur, *Si egreſſus fuero ad agros, ecce! occiſi gladio, & ſi introiero in civitatem, ecce! attenuati fame,* in populo Anglicano adimpleri hiis diebus cernere poterimus, ad agros egredientes, cum ruinam gentis noſtræ in Scotia & Vaſconia, Wallia & Hibernia, diverſis temporibus factam, una cum hiis, qui per inſidias latronum de die in diem jugulati ſunt, ad mentem reducimus. Attenuatos autem fame perpendimus civitatem introeuntes, cum pauperes & egenos, ipſa fame oppreſſos, per vicos & itinera ſqualentes & mortuos jacere conſpicimus.

Sequitur de Parliamento.

ANNO Domini 1316 magnates terræ, edicto regio vocati London, ſuper ſtatu regni tractaturi, convenerunt, et ipſo parliamento durante crevit fames vehementer. Summa enim frumenti & etiam Salis pro triginta ſolidis uſque ad feſtum S. Johannis Baptiſtæ vendebatur. à quo quidem die uſque ad feſtum aſſumptionis Sanctæ Mariæ ad quadraginta ſolidos aſcendebat. Ipſa igitur fame totam terram ſic opprimente, mortalitas hominum ſubſecuta eſt. Tot enim moriuntur egeni, quod vix ſufficiant vivi ad ſepulturam mortuorum. Morbus enim diſſentericus, ex corruptis cibis conceptus, fere omnes maculavit: quam ſequebatur acuta febris vel peſtis gutturuoſa. Et ſicut homines ex ciborum corruptione intoxicati ſuccumbebant, ſic beſtiæ & pecora, ex herbarum putredine infectæ, morticinio corruebant. nec ſe meminit aliquis tantam ca-

riſtiam & famem prævidiſſe, nec tantam mortalitatem ſecutam fuiſſe. Nec potuit in hac peſtilentia contra prædictos morbos prudentia phiſicorum, prout antiquitus ſolebat, aliquod congruum in arte ſua reperire remedium. Herbæ enim medicinales, quæ, mortalitatis tempore, levamen languidis ſolebant conferre, propter aëris intemperiem, & inordinatam elementorum colliſionem, contra ſuam naturam degeneratæ virus pro virtute reddebant.

De filio regis nato ſecundo.

PRÆDICTO vero parliamento quibuſdam ex cauſis deficiente, & dicta fame uſque ad feſtum aſſumptionis beatæ Mariæ durante. In quo quidem die natus eſt domino regi filius apud Elctham, & vocatum eſt nomen ejus Johannes. ob cujus ortum rex lætior effectus, &, quibuſdam partibus peragratis, verſus Clippiſtonam in Sirewude, ubi natale ſuum anno revoluto tenuit, iter ſuum maturavit, anno ſil. Domini 1316, & viceſimo quarto die menſis Januarii ſequentis apud Wudeſtoke tale edictum ab ipſo emanavit.

De duritia & cariſtia, quæ fuerunt in Anglia, tam victus quam potus.

UT poſteris liqueat, quanta duritia vivendi per Angliam tunc erat, pauca, priuſquam mandatum regium exprimatur, huic ſcripto duxi inſerere. Quatuor autem denariatus de groſſo pane non ſufficiebant uni ſimplici homini in die. carnes quidem communes, & ad veſcendum licitæ, ſtrictæ erant nimis. ſet carnes equinæ precioſæ eis fuerant, qui canes pingues furabantur, &, ut multi aſſerebant, tam viri quam mulieres parvulos ſuos et etiam alienos in mul-

multis locis furtim comedebant. Set, quod horribilius eſt ad futurorum noticiam perducere, incarcerati etiam fures inter eos recenter venientes in momento ſemivivos devorabant. Set cum ſit ſine potu victus inanis, de ipſo potu mentionem facere nulli tædium generabit. Lagena enim melioris cerviſiæ, quæ tunc per Angliam fiebat, pro duobus nummis vendebatur, melioris autem pro tribus, ſet optimæ quatuor. Londonienſes igitur, per famem præteritam afflicti, & futuram metuentes, ne frumentum ulterius per potum conſumeretur, pro ſalute mediocris populi ſtatuerunt, ut lagena melioris cerviſiæ pro tribus obolis venderetur, & alia pro denario, & non ultra. Rex autem, ad clamorem populi excitatus, ut ſecundum ſtatutum Londoniarum ubique per regnum ſuum, tam infra libertates quam extra, in civitatibus, burgis & villis mercatoriis cerviſia venderetur, & in villis campeſtribus pro denario tantum, expreſſe præcepit, & ne [1] frumenti ulterius in cerviſiam converteretur ſub gravi foriſfactura inhibuit, ut patet per breve ſuum, vicecomiti Hertfordiæ & Eſſexiæ, & per eundem vicecomitem ballivis libertatis Sancti Albani, in hæc verba directum. & niſi celerius hujuſmodi mandatum promulgari feciſſet, maxima pars populi illo anno, ſicut in ceteris præcedentibus fuerat, fame & inedia deperiſſet.

Breve Regis.

"EDWARDUS, *Dei gratia, rex Angliæ, Domi-*
"*nus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, Vicec. Hert-*
"*fordiæ & Eſſexiæ Salutem. Quia ex frequenti inſinua-*
"*tione populi noſtri, & per petitionem, coram nobis & conſi-*

1 *F.* frumentum.

"*lio*

" lio noſtro exhibitam, intelleximus, quod, pro eo quod bra-
" ciatrices in diverſis locis in regno noſtro cerviſiam braciant,
" & eam pro voluntate ſua, in oppreſſionem populi regni no-
" ſtri, nimis care vendunt, ad antiquam aſſiſam reſpectum
" aliquem non habendo, tam frumentum quam ordeum, quæ
" pro pane faciendo, pro ſuſtentatione populi prædicti, reſer-
" vari poſſunt (prout neceſſe eſt) hiis diebus, & de quibus,
" propter temporis intemperiem, jam per biennium elapſum
" contingentem, ubique in regno noſtro minor habetur copia
" in præſenti, quam haberi conſuevit temporibus retroactis,
" in braeſium convertunt, in tantum viz. quod, niſi citius
" ſuper hoc faciamus de remedio provideri, magna pars me-
" diocris & pauperis populi, ob bladorum & aliorum victua-
" lium defectum, in brevi (quod abſit) fame & inedia ine-
" vitabiliter ſubjacebit. Nos, ſalvationem populi noſtri vo-
" lentes (ut tenemur) viis & modis omnibus, quibus melius
" expedire videmur, providere, ac conſiderantes, quod in ci-
" vitate noſtra Londoniarum, (ubi major eſt concurſus popu-
" li, quam alicubi in regno noſtro) aſſiſa cerviſiæ, viz. me-
" lioris lagena pro tribus obolis, & debilioris pro uno denario,
" obſervari præcipitur, & etiam obſervatur, & quod aſſiſa
" illa in aliis civitatibus, burgis & villis mercatoriis, in dicto
" regno noſtro, adeo commode, ſicut in civitate prædicta, pote-
" rit obſervari. De conſilio noſtro ordinamus, quod in civita-
" tibus, burgis & villis memoratis, lagena melioris cerviſiæ
" pro tribus obolis, & alterius pro denario, & in villis cam-
" peſtribus lagena melioris cerviſiæ pro uno denario tantum
" vendatur, quo uſque inde aliud duxerimus ordinandum.
" Et ideo tibi præcipimus, firmiter injungentes, quod in ple-
" nis comitatibus tuis, & in civitatibus, burgis & villis mer-
" catoriis, & locis aliis in balliva tua, ubi expedire videris,
" aſſiſam prædictam facias obſervari & firmiter proclamari.
" Scire facies omnibus & ſingulis dominis libertatum & aliis

" in

"*in balliva tua, qui habent emendam cerviſiæ, quod ipſi in* "*libertatibus ſuis, ſub gravi forisfactura, eandem aſſiſam* "*cerviſiæ cuſtodiri faciant antedictam. Intendimus enim in* "*brevi mittere quoſdam fideles noſtros ad Comitatus prædi-* "*ctos, ad inquirendum, qualiter & quomodo domini liberta-* "*tum & alii aſſiſam illam cuſtodierint & cuſtodiri fecerint,* "*& ad capiendum in manus noſtras libertates eorum, qui* "*in cuſtodia hujus aſſiſæ, poſt clamationem prædictam, ne-* "*gligentes fuerint vel remiſſi. T. me ipſo apud Wudeſtoke* "*24 die Januarii, anno regni noſtri* 10. *Quare tibi man-* "*do, ut iſtud mandatum diligenter exequaris*", hujuſmodi mandato per omnes comitatus Angliæ publicato.

De quadam muliere hyſtrionali.

ANNO Domini 1317 rex verſus Clarendonam iter arripuit, ubi ſollempnitate paſcali celebrata, Londonias repedavit, anno ſcil. Domini 1317. Cui, in aula Weſtmonaſterii die Pentecoſtes ad menſam cum ſuis magnatibus recumbenti, quædam mulier, ornatu hiſtrionali redimita, equum bonum, hiſtrionaliter phaleratum, aſcenſa, dictam aulam intravit, menſas more hiſtrionum circuivit, ad deſcum per gradus aſcendit, menſæ regiæ audacter appropinquavit, quamdam literam coram rege poſuit, et retracto freno (ſalutatis hoſpitibus) abſque ſtrepitu vel impedimento eques diſceſſit. Unde tam majores quam minores, ſe invicem contuentes, ac tanto auſu & illuſione feminea ſe deriſos eſſe perpendentes, janitores & hoſtiarios ſuper ingreſſu ejus et egreſſu acriter increpabant. At illi, in tanta perplexitate conſtituti, de neceſſitate virtutem faciebant, dicendo, non eſſe moris regii, alicui meneſtrallo, palacium intrare volenti in tanta ſolempnitate, aditum denegare. Tandem mulier quæritur, capitur, & car-

carceri mancipatur, cur ſic fecerat requiſita, à quodam milite ſe informari ad hoc & mercede conduci intrepide fatetur. Miles capitur, coram rege deducitur, ſuper præmiſſis convenitur. Qui literam ipſam audacter advocavit, cujus tenor talis erat, quod dominus rex milites ſuos, qui tempore patris ſui & ſecum diverſis bellis & periculis fecerant, minus curialiter reſpexit, & alios, qui nec pondus diei vel æſtus ſecum portarant, nimis habunde ditavit. Unde dictus miles gratiam & promotionem à rege promeruit, & dictam mulierem à carcere liberavit.

De Cardinalibus applicantibus.

ANNO Domini 1317 applicuerunt in Anglia duo Cardinales, viz. dominus Gaucelinus domini papæ Vicecancellarius, & Dominus Lucas de Fliſco, nuncii domini papæ, ad petitionem tamen domini regis, ut pacem inter regna Angliæ & Scotiæ, ac etiam inter regem & comitem Lancaſtriæ, diu titubantem, reformarent. Qui cum ad partes boreales, ut prædicta perficerent, nimis feſtinarent, & apud Dunelmum, ut dominum Ludowicum de Bello monte (cui dominus papa, ad regis inſtantiam, epiſcopatum Dunelmenſem, ſpreto ejuſdem loci electo, contulerat) in epiſcopum conſecrarent, accedere deberent, quidam fatui de Northumbria, qui dicebantur **Saualdoꝛes**, (quorum duces fuerunt Gillbertus de Midilton miles, & Walterus de Seleby) cum magna multitudine fatuorum, de quadam valle ex inopinato prorumpentes, irruebant in eos, manibus injectis, Dei timore poſtpoſito, violentis, ab equis & theſauro ipſos ſpoliabant. Electum vero Dunelmenſem, cum fratre ſuo carnali, fil. domino Henrico de Bello monte, cum equis & theſauris capiebant, &

in

in caſtro de Mitford uſque ad gravem redemptionem detinebant. Set Cardinales, equis ſuis & theſauro pro parte reſtitutis, Dunelmum cum ſuis familiis illæſos abire permiſerunt. ubi per aliquot dies perendinantes, infectis negociis, pro quibus venerant, Eboracum ſub ſalvo conductu revertuntur, ubi horribilem ſententiam in ſuos tranſgreſſores, & omnes eis quocunque modo adhærentes, promulgabant. Qua executioni per totam Angliam demandata, Londonias repedarunt. Octo denarios de Marca pro dampnis et expenſis à clero ſibi dari poſtulabant, ad quatuor denarios, quos prius habuerant pro primo anno moræ ſuæ in Anglia, reſpectum nullum habendo. Habito igitur ſuper hujus petitione longo tractatu in clero, reſpondetur eis, quod contemptus & dampna, eiis (ut præmittitur) [1]illata irrogata, ſibimet imputare, cum locum, ſibi à clero limitatum, Eborac. ſil. favore regio & avariciæ ſtimulo excæcati, tranſgredi præſumpſerunt. Quare octo denarios à Marca ſic petitos habere non poterant: ſet quatuor denarios à Marca, pro ſecundo anno moræ ſuæ, vix optinere valebant.

De quodam milite facineroſo Gilberto de Midelton.

ACCIDIT interea, quod ille G. de Middelton antedictus, poſt multos inſultus & gravamina, vicinis ſuis et etiam Prioratui de Tynemutha per ipſum & ſuos complices ſæpius illata, cum multos de convicinis ſuos captivos in dicto caſtro uſque ad gravem redemptionem detineret, quidam nobiles de patria, eorum detentionem moleſte ferentes, ſimilemque injuriam futuram ſibi fore metuentes, quaſi pro ipſorum

1 *F.* illata & irrogata, ſibimet imputare deberent, cum.

liberatione ad ipſum ſub ſalvo conductu accedebant, et, poſt multa verba & cavillationes hinc inde factas, certo precio pro eis conſtituto, quoſdam tunc liberabant, & quoſdam uſque ad plenam pecuniæ ſolutionem in hoſtagio dimittebant. Finalis igitur ſolutionis die adveniente, & tempore expectato, quo ſatellites ejuſdem G. pro prædis & rapinis agendis diverſis locis vagarentur, venerunt qui ſolutionem facere debuerant cum eo locuturi, dicentes, ſe pecuniam in villa ſecretius habere, pro qua quærenda liberum exitum & introitum ſibi concedi petebant. quibus conceſſis, cum ad portam caſtri, quaſi exituri, accederent, janitoribus in momento jugulatis, [1] multitudine armatorum, foras latentium, inducebant, qui ſubito irruentes in eum nil tale cogitantem, & plagis inpoſitis vinculis ferreis eum acriter conſtrinxerunt. Ceteri vero iniquitatis filii, qui ſibi gratum in ſua nequitia famulatum [2] inpendabant, cum prædis [3] hominum animalium ad caſtrum redeuntes, & dominum ſuum captum eſſe perpendentes, ad Walterum de Seleby, totius maliciæ conſortem, qui in [4] pelo de Horton latuit, ſimilem injuriam ejus vicinis inferens, fugiebant. Dictus vero G. cum fratre ſuo carnali vinctus apud novum caſtellum deducitur, ubi, juxta merita, ab incolis admittitur, &, poſt dies paucos, in quadam navi in portu de Tyne poſitus, ventum congruum expectans, pro dampnis & injuriis, ſancto Oſwino et ſuis per ipſum frequenter irrogatis, veniam invitus poſtulavit. Vento tandem boreali fortiter flante, & mari horribiliter intumeſcente, Grimmesby, vix vita comite, perducitur. ubi, pe-

1 *L.* multitudinem. *Vide Tho. Walſingh. Hiſt. Angl. p.* 87. 2 *L.* inpendebant. 3 *F.* hominum & animalium. 4 Refortiuncula ſua de Horton *Tho. Walſingh. p.* 87.

di-

dibus ſub equino ventre copulatis, Londonias, mercedem pro meritis ſuſcepturus, deducitur, et, judicio in eum lato, caudis equorum funibus innexus, furcas uſque diſtraitur, & totum jus cum dominio, quod ipſe vel fratres ſui in Comitatu Northumbriæ habere clamitabant, ſuſpendio eorundem terminatur.

De congreſſu contra Scotos.

ANNO Domini 1318, Anglia, pro diſcordia inter regem & comitem mota, aliiſque diverſis cauſis, periclitante, Scotiſque partes boreales uſque Eboracum, & occidentales fere uſque Lancaſtriam, abſque obſtaculo, in igne & gladio conſumentibus, et ulterius ire comminantibus, Deus, ſua benigna miſeratione, cordibus prælatorum inſtillavit, ut una cum Cardinalibus regem adirent, & inducerent, quatinus articulos, tociens pro ſtatu eccleſiæ & regni petitos & conceſſos, bona fide confirmaret, & in uſu & opere ſtabiles eſſe permitteret, ne ſibi & regno gravius periculum immineret. Ad quod faciendum dies circa feſtum S. Johannis Baptiſtæ apud Leiceſtriam aſſignatur. ubi pace inter regem & comitem quodammodo reformata, articuliſque priſtino more conceſſis, Cardinales licentiati ab Anglia receſſerunt. Anno Domini 1318, & ad parliamentum, quod ad feſtum S. Michaëlis proximo ſequens tenebatur, ordinatum erat, quod haberet in auxilium contra Scotorum agreſſus, homines electos de qualibet bona villa Angliæ. Qui quidem cum apud Eboracum in [1] magna apparatu & nobili armatura veniſſent, exortis ibidem quibuſdam impedimentis, infecto negocio ad propria licentiati repedarunt. Et ut

1 *L.* magno.

posteris liqueat de numero eorum, à civitate Londoniarum exierunt ducenti juvenes ad ungues armati, de Cantuaria vero 40, & de villa S. Albani 10. & sic de singulis villis Angliæ juxta suum valorem.

De filia Regis nata.

EODEM anno nata est domino regi filia tali die apud Wodestoke, & [1]vocatur

De terræ motu.

EODEM anno accidit terræ motus in crastino Sancti Bricii, unde multi terrebantur, post gallicinium.

De occisione Edwardi le Brus.

EODEM anno per fideles homines regis in Hibernia Edwardus le Brus decollatur, qui triennio elapso auctoritate propria in eadem coronabatur.

De obsidione Berewyci.

EODEM anno, qui fuit annus regis 12, rex tenuit curiam suam apud Beverlacum, & in autumpno sequente de exercitu copioso sibi providebat, ut superbiam Scotorum refrenaret, & civitatem Berewicensem, per seditionem cujusdam Petri de Spalding eisdem, pecunia mediante, nuper redditam, in manu forti recuperaret. Qui dum circa dictæ civitatis captionem operam daret, Scoti, collecto grandi exercitu (ad 20 milia hominum) Angliam intraverunt, & reginam, in quadam villa parvula juxta Eboracum minus caute quam decuit perendinantem, per quosdam falsos An-

1 *Adde*, Alienora.

gli-

glicos accepta pecunia ſibi venditam, clam occupare ſtuduerunt. Set benedictus Deus, qui non dedit eam in captionem dentibus eorum, per [1]explorato-[ſic] præmunita, à laqueo venantium ocius fugiebat. Dicti quidem Scotti, cum ſe deluſos eſſe perpenderent, contriſtati ſunt nimis, quod tam caro mercimonio, prædaque tam preciabili & tantum concupita, caruerant, advindictam ſe accingebant, & diſcurrentes per patriam, quæque ſibi obvia in igne & gladio conſumebant.

De confuſione Anglicorum apud Miton.

ANNO Domini 1319, Scotis in Anglia ſævientibus, exierunt à civitate Eboraci, cum paucis de patria, qui ab exercitu regis remanſerant, ad 10 milia hominum, & juxta villam de Miton ſuper Swale ad prœliandum cum eis ſe optulerunt. Scoti quidem, quorum duces feroces erant, & in militari conflictu à longo tempore experti, & quorum cunei die ac nocte ad bellandum erant diſpoſiti, irruebant in eos, inordinate & ſine duce attendentes, ad tria milia hominum in ore gladii in momento trucidarunt, quoſdam vero, per fugam elapſos, in flumen de Swale fugaverunt, & qui à gladio fugerant in aqua perierunt. Commiſſum fuit hoc prœlium in locis [2]prædictus in vigilia S. Mathæi Apoſtoli, anno Domini 1319, et (ut quidam aſſerebant) multi viri religioſi huic nefandæ congreſſioni armati interfuerunt. Cumque hujuſmodi rumor auribus regis, & aliorum, qui circa obſeſſionem Berewyci ſolliciti fuerant, increbeſceret, exinde receſſerunt, ut Scotis in terra Angliæ obviare poſſent non ſegniter advolantes. Et cum eis per partes orientales, juxta novum

1 *L.* exploratos. 2 *F.* prædictis.

vum monaſterium, occurrere diſponerent, ecce! Scoti cum laude pompoſa, prædaque hominum & animalium non modica, per aliam viam reverſi ſunt in regionem ſuam, favillas & cineres cum vapore fumi, & corpora occiſorum inhumata, in omni villa, per quam tranſierant, in ſuæ perverſitatis memoriam, poſt ſe relinquentes.

Sequitur de Treugis.

POST multa igitur bella, dampna & homicidia, utrobique illata, nec ſciri potuit, cui finaliter victoria perveniret, captæ ſunt inter eos treugæ biennales, intra quod tempus ſi pax non fuerit plenius reformata, ad experientiam gladii revertantur.

De peſte animalium.

SUB ejuſdem anni curriculo tam peſtifera armentorum mortalitas per totam Angliam invaluit, quantam ullus ſe meminit prævidiſſe. In qua peſte hoc evenit mirabile, quod de pecorum mortuorum cadaveribus etiam canes & corvi qui veſcebantur illico intumuerunt, & infecti obierunt. Unde nullus erat hominum, qui carnes bovinas guſtare præſumebat, ne forte de morticiniis eorum intoxicatus ſuccumberet. Tempore quidem paſcali in Eſſexia incepit, & per annum integrum duravit. Dictum eſt etiam, quod tota Gallia eadem labe per idem tempus extitit coinquinata.

De conſecratione epiſcopi Wintonienſis.

ANNO Domini 1320, cum ad aures ſummi pontificis perveniſſet, quod eccleſia Wintonienſis per deceſſum domini Johannis de Cenedele, Wintonienſis epiſcopi, paſtore careret, ejuſdem eccleſiæ dignitatem

tem ſuæ collationi protinus reſervavit. Set monachi dicti loci, reſervatione prædicta non obſtante, obtenta à rege licentia, ad electionem procedentes, virum quidem eminentis literaturæ, multarumque virtutum inſigniis redimitum, de ſuo monaſterio monachum unanimi conſenſu elegerunt. Set rumore, ſuper electione ſic facta, in aure domini papæ tinniente, electionem illam nullam eſſe pronuncians, caſſato electo, domino [1]Rigaudo, clerico ſuo ſpeciali, epiſcopatum conferebat antedictum. qui, tanto honore adepto, cum domini regis gratiam, poſt longas reluctationes, optinuiſſet, nec ab Archiepiſcopo Cantuarienſi conſecrari voluiſſet, in monaſterio S. Albani, ad Romanam eccleſiam pertinente, munus conſecrationis, juxta facultatem à domino papa ſibi conceſſam, accipere præelegit. Optenta igitur ab ejuſdem loci abbate & conventu licentia, per manus epiſcopi Londonienſis, in præſentia [2]Elienſis, Roſenſis epiſcoporum, ad majus altare S. Albani, in die Sancti Edmundi Archipræſulis, anno Domini 1320, dignitatem epiſcopalem ſuſcepit. et, ne ipſius conſecratio futuris temporibus privilegiis S. Albani aliquod præjudicium afferre poſſet, literas ſuper indempnitate privilegiorum ſub hac forma confecit.

Litera epiſcopi Wintonienſis.

RIGAUDUS, permiſſione divina, epiſcopus Wintonienſis, venerabilibus & religioſis viris Abbati Monaſterii de Sancto Albano ſacroſanctæ ſedis Apoſtolicæ immediate ſubjectis, & ejuſdem loci conventui, Salutem in gra-

ſic

1 *Vel*, Rigando. *Reginaldum autem appellant alii.* 2 *F.* Elienſis & Roſenſis.

tia

tia Salvatoris. Cum nos, juxta facultatem, nobis per ſanctiſſimum in Chriſto patrem, dominum J. divina providentia papam 22, ad conſecrationis munus recipiendum à quocumque epiſcopo catholico, gratiam ſedis Apoſtolicæ optinente, ad idem munus nobis impendendum, conceſſam, munus conſecrationis die dominica S. Edmundi, Cantuarienſis Archiepiſcopi, anno Domini 1320 in exempto monaſterio veſtro de S. Albano recepiſſemus, veſtra benevolentia ſpeciali, Nolentes, quod in dubium poſet revocari, quod, vos à veſtrorum privilegiorum effectu, vobis à ſede Apoſtolica indultorum, dici valeat receſſiſe tacite vel expreſe, aut per hoc privilegiis veſtris aliqualiter derogetur, vel derogari poſſet in futurum, proteſtamur & confitemur, hæc omnia acta et facta fuiſſe de voluntate veſtra, privilegiis veſtris & immunitate vobis expreſſe ſalvis. In quorum omnium teſtimonium has literas noſtras, ſigillo noſtro ſignatas, fecimus vobis fieri patentes. Dat. apud S. Albanum die & anno ſupradictis.

De gravi diſſidio inter Regem, Comites & Barones.

ANNO Domini 1321 erat quidam dominus Willelmus de Brewes, verſus partes marchiæ Walliæ Baro magnus, quandam portionem terræ habens, quæ terra de Gowers nuncupatur, quam multis dominis optulit venalem. Et quia terra illa terris Comitis Herefordiæ contigua fuit in multis locis & conjuncta, idem Comes pro quadam ſumma pecuniæ ſecum convenit, et, licentia à rege optenta, terram illam ingredi diſponebat. Duo etiam domini de Mortuo mari, tam avunculus quam nepos, eadem cauſa moti, ad dictum dominum accedentes, & certa forma inter eos de dicta terra habenda ordinata, quandam ſecuritatem reportarunt. Dominus vero Johannes de Moubray, qui filiam dicti domini acceperat in uxorem, quia

quia filium aut alium heredem præter illam non habuit, de tota illa terra, tanquam uxori ſuæ jure hereditario debita, ſecurior exiſtebat. Præterea dominus [1]H. Diſpenſator junior, videns illam terram ſibi fore utilem, & terris ſuis undique vicinam, quia domini regis Camerarius erat, ampliorem gratiam à rege de illa terra comparanda præ ceteris optinuit, &, ſpeciali à domino dictæ terræ adepto favore, illam maledictam, omnibus aliis excluſis, finaliter comparavit. præfati quidem magnates, ſe per eundem H. circumventos & à ſuo propoſito penitus fraudatos eſſe perpendentes, ad Thomam, Comitem Lancaſtriæ, qui inimicus Hugonis ſenioris à longo tempore fuerat, accedebant, prædictum caſum ex ordine referentes. qui ſimul confœderati, et juramento aſtricti, multos Barones, & totius Angliæ fere nobiliores, apud Schireborne in [2]Elemed ad ſuum conſilium evocabant. ubi quibuſdam articulis in proſcriptionem dictorum H. & H. compoſitis, vias tamen juris æquitatis ommittentes, impetus animorum furioſe exequentes, terras eorum, et omnium eis aliquo fœdere vel affinitate convicinorum violenter invadebant, maneria eorum comburentes, caſtra capientes, cuſtodes occidentes, et multa enormia (quæ in proceſſu judicii, contra eos lato, diſtincte & aperte recitantur) contra regni & coronæ pacem committebant, in hoc tantummodo dolentes, quod perſonas eorum invenire minime potuerunt. Prædicta furia adhuc durante, verſus S. Albanum iter ſuum armati cum vexillis explicatis dirigebant, victualia, invitis poſſeſſoribus, ubique capientes, in quo quidem itinere quidam, malo ſpiritu ducti, vovebant,

1 Hugo. 2 *Vel*, Elmedon. *Vide Tho. Walſingh. p.* 91.

quod monaſterium S. Albani & ejus monachos gravare pro viribus & dampnificare deberent. Set ille, qui hujus maliciæ auctor fuerat & incentor, apud Ayleſbury hoſpitatus, tam gravi morbo ſubito percutitur, quod in furia converſus, propriis manibus ſeipſum diſcerpens, boſt biduum expiravit. ceteri vero, ipſius exemplo [1] perteriti, caſum hunc pro miraculo reputantes, ab executione voti, magis timore quam caritatis fervore, ſe ſubtrahebant. Quidam tamen Sathanæ ſatellites, ultionem Dei non formidantes, in camera Abbatis ſecretiori ſeipſos hoſpitantes, quorum capitaneus erat quidam miles, Robertus Walkefare nomine, ſeris & repagulis ferreis diruptis, hoſtiorum loca ſecretiora dictæ cameræ furtive ſunt ingreſſi, loricas ferreas, & cetera arma Abbatis, quibus ſervitium ſuum pro Baronia ſua in guerra regis faceret, ad cuſtodiendum ibidem depoſita, aſportarunt. quorum omnes, præcipue qui de tanto facinore non ſatisfecerint, ultore beato martire, cui tanta injuria fuerat irrogata, miſerabilem vitæ fecerunt conſummationem. [2] Idem igitur magnates, cum maxima pompa & ſtrepitu armorum per triduum apud S. Albanum exiſtentes, ſolempnes nuncios, viz. Londonienſem, Sarisbirienſem, Elienſem, Herefordenſem & Ciſtrienſem epiſcopos, qui ad pacem formandam venerant, domino regi, Londoniis commoranti, deſtinabant, poſtulantes, quatinus dictos H. & H. per communitatem terræ in multis articulis condempnatos, exilium ſubire permitteret, ac ſibi ipſis, & omnibus qui in eorum comitiva fuerant, ne pro tranſgreſſionibus præmiſſis à rege, ſeu quovis alio futuris temporibus, punirentur, literas in-

1 *Sic.* 2 *Vel*, iidem.

dem-

dempnitatis concederet. Rex, ſuper hiis conſultus, reſpondit, quod eorum petitio tam juris quam rationis fundamento carebat, cum dicti H. & H. omnibus, de ſe querelantibus, in forma juris reſpondere, &, ſi in aliquo articulo contra ſtatuta terræ probari queat eos offendiſſe, ſatisfacturos, legitime ſe offerunt cum effectu; ulterius adiciens, quod juramentum, quod de legibus terræ & ſtatu coronæ manu tenendis fecerat, nullo modo permitteret, quod pro tot offenſis, in perſonæ ſuæ contemptum, regnique & coronæ ſuæ læſionem, tam notorie commiſſis, litteras indulgentiæ eis exhiberet. Ipſi igitur magnates, vix reſponſum expectantes, diverſa indumenta ſuper arma ad cognoſcendas turmas ſibi providentes, viz. pro militibus cotucas, Anglice **Quartleys**, pro armigeris vero **Bendes**. quibus quidem indumentis, ſicut diſploide, confuſione ſua in judiciis ſuis ſunt induti, diverſis pœnis et poſtea judicati, de reſponſo nimis indignati, Londonias pompoſe adeuntes, in ſuburbio pacifice manebant, donec licentiam civitatem ingrediendi à rege optinerent. Ingreſſu tandem eis à rege conceſſo, magnates in ſua petitione fortiter ſteterunt. unde, adjuvante regina, prædicti nuncii regem inducebant, quatinus, propter guerræ periculum evitandum, paciſque ſecuritatem in regno ſuo nutriendam, rancorem cordis ſui emolliret, petitionibus eorum aurem benevolam inclinaret. Rex autem, prædictis ex cauſis motus, & inportunitate nunciorum magnatumque totius regni inſtantia devictus, cum alia via evadendi non ſuberat, niſi quod oportuit vel eis ſatisfacere, vel in manus eorum incidere, minus malum elegit, & petitiones eorum plene conceſſit. Edicto ſuper hiis per comitem Herefordiæ in Aula Weſtmonaſterii puplicato, Hugo

ſenior exilium ſubiit, ſet junior diverſis locis latitans in Anglia et in mari permanſit. Literis autem, pacem domini regis continentibus, acceptis, magnates receſſerunt, de ſecuritate pacis & domini regis benevolentia in parte diffidentes, armati ſemper incedentes, loca tuta quærebant.

De obſidione & captione caſtri de Ledes in Cantia.

ACCIDIT interea caſus, eiſdem magnatibus nimis dampnoſus, et totius anguſtiæ ſubſequentis motivus. Domina ſiquidem regina, quæ ſemper nutrix pacis & concordiæ inter dominum ſuum regem & barones fuerat, verſus Cantuariam tendens, in Caſtro de Ledes hoſpitari & pernoctare diſpoſuit. Quod quidem caſtrum dominus Bartholomæus de Batleſmere, dum ſeneſcallus regis fuerat, ab eodem domino rege in excambium pro aliis terris ſibi & ſuis heredibus impetravit, in quo uxorem ſuam cum parvulis et magna theſauri copia dimiſit, dum, fidem regis deſerendo, baronibus adhæſit. Præmiſſis igitur dominæ reginæ mareſcallis, ut contra ipſius adventum in dicto caſtro neceſſaria providerent, reſpondit domina Caſtri, vel alius pro ea, quod alibi providentias ſuas facerent, quia, ſine literis domini ſui, reginæ vel aliis ingreſſum dicti caſtri nullo modo concederet. Hoc ad aures reginæ ocius perlato, perſonaliter illuc acceſſit, ut videret, an verum eſſet in opere, quod divulgatum erat ex multorum clamore & relatione. ſet cum nulla ſpes de [1]ingreſſo habendo in reſponſis, extra caſtrum ſibi miſſis, inveniri poterat, vetitum ſibi factum domino ſuo plenius nunciabat. Rex autem, ex hoc graviter pro-

1 *Vel*, ingreſſu.

vo-

vocatus, collectis pluribus armatorum, cum multis Londonienſibus, ad dictum caſtrum perſonaliter acceſſit, & caſtrum ſibi reddi præcepit, denegatum obſedit, obſeſſum tandem in manu forti accepit. mulieres, in eo incluſas, ad turrim Londoniarum mandavit, milites vero & ſervientes, contra ipſum rebellantes, diverſis pœnis multavit. theſauros, ibidem inventos, copioſos & arma ſibi retinuit. milites & ſervientes, pro dicto caſtro ad opus ſuum cuſtodiendo, certos deputavit. Hiis igitur victorioſe finitis, verſus Cireceſtriam (ubi tenuit natale ſuum) caſtra multa baronum in itinere capiendo, iter maturavit.

De morte Comitis Lancaſtriæ & ceterorum nobilium.

ANNO Domini 1322 ſolempnitate natalis Domini noſtri apud Cireceſtriam ibidem, quo decuit, celebrata, exercitum tunc grandem, contra Comites iturus, colligere rex incepit. quod multi adverſariorum ſuorum videntes, [1] perteriti, ad gratiam ejus & pacem feſtinabant. Inter quos duo Rogeri de mortuo mari, viri utique [2] ſtrenues et bellicoſi, per aliquos intermeantes inducti, qui acriores in principio fuerant, & quaſi totius diſcordiæ incentores præcipui, ipſius gratiæ præ ceteris penitus ſe ſupponebant. Qui redditi, ad turrim Londoniarum, donec conſideratum eſſet quid de eis rex ageret, ſunt tranſmiſſi. quorum vitam quam duxerant, & quam finem fecerant, diligens in ſequentibus reperiet indagator. Comites quidem & Barones reſidui, hæc perpendentes, ad partes Gloverniæ ſe diverterunt, & ſicut in recordo & proceſſu judicii, apud pontem fractum contra eos lati, ma-

1 *Sic.* 2 *Vel,* ſtrenui.

ni-

nifeſte recitatur, per omnia ſe habuerunt. qui quidem proceſſus ſic incipit.

De Recordo Regis contra T. de Lancaſtria.

EDWARDUS &c. *omnibus, ad quos præſentes litteræ pervenerint, Salutem. Inſpeximus Recordum & proceſſum judicii, in præſentia noſtra contra Thomam nuper Comitem Lancaſtriæ, & quoſdam alios inimicos noſtros & rebelles, redditi, in hæc verba:*

"*Placita* [1] *coronæ coram domino Ed. rege, filio domini*
"*E. regis, tenta in præſentia ipſius domini Regis apud pon-*
"*tem fractum, die lunæ proximo ante feſtum annunciationis*
"*beatæ Mariæ virginis, R. 15°.*

"*Cum* [2] *T. Lancaſtriæ, captus pro proditionibus, homici-*
"*diis, roberiis, incendiis, & aliis diverſis depræ dationibus,*
"[3] *feloniis, ductus eſſet coram ipſo Domino R. præſentibus*
"*Edmundo Comite Kente,* [4] *H. Comite Wyntoniæ,* [5] *Adamaro*
"*Comite Penbroke, Johanne de Warenn̄ comite de Suth-*
"*reia, Edmundo Comite Arundel, David Comite* [6] *Atheſel.*
"*Roberto Comite de Anegos, Baronibus & aliis magnati-*
"*bus regni, dominus rex recordatur, quod idem Thomas ho-*
"*mo ligeus ipſius domini regis venit Burton ſuper Trentam,*
"[7] *ſcil. cum Humfrido Boun, nuper Comite Herefordiæ,*
"*proditore regis & regni invento cum vexillis explicatis apud*
"*pontem Burgi in bello contra regem, & ibidem interfecto,*
"*& Rogero Dammory, proditore adjudicato, & quibuſdam*
"*aliis proditoribus & inimicis R. & regni, cum vexillis ex-*
"*plicatis, ut de guerra, hoſtiliter reſiſtebat, & impedivit*
"*ipſum dominum R. homines & familiares ſuos, per tres*

---

1 *Vide Bradii Hiſt. Angl. Vol.* IV. *p.* 56. *in Appendice.* 2 *Vel,* Thomas, Comes Lancaſtriæ. 3 *Sive,* ac feloniis. 4 Hugone. 5 *Vel,* Audomaro. *Vulgo* Aymer. 6 *Sive,* Athol. 7 *Vel,* ſimul.

"*dies*

"*dies continuos, quo minus pontem dictæ villæ de Burton*
"*tranſire potuerunt ut debuerunt, & quoſdam homines ipſius*
"*domini Regis felonice interfecit, ob quod dominus rex, pro-*
"*pter prædictam maliciam & reſiſtentiam prædicti Comitis*
"*& aliorum reprimendas, & pro tranquilitate & pace po-*
"*puli ſui & regni, & [1] juris coronæ ſuæ manutenend. &*
"*ad repellendum & amovendum vim prædictam, ſeditioſe*
"*congregatam, tranſitum quæſivit aliunde ultra aquam de*
"*Trente, & potenter exinde equitavit verſus prædictos Co-*
"*mites & alios. Et prædictus Thomas, hoc perpendens, [2] ſcil.*
"*cum aliis prædictis [3] proditoribus, exiit villam prædictam*
"*uſque in campum ibidem vexillis explicatis, & acies ſuas*
"*bellicoſas direxit hoſtiliter ad debellandum ipſum dominum*
"*R. contra homagium, fidelitatem & lieganciam ſuam,*
"*quibus eidem domino erat aſtrictus, expectando adventum*
"*ipſius domini R. in eodem campo. Et ſuper hoc cum dictus*
"*Thomas Comes perpendiſſet, ipſum dominum R. venire, &*
"*ipſis appropinquare cum magna potentia, idem Thomas Co-*
"*mes fugit confuſus cum aliis comproditoribus ſuis, & ſic*
"*in fugiendo, domino rege ipſos potenter proſequente, fecit*
"*diverſas depradationes, quouſque idem Thomas Comes*
"*[4] cum vexillis explicatis venit ad pontem Burgi, ubi [5] qui-*
"*dam domini R. plenam poteſtatem R. habentes ad reſiſten-*
"*dum inimicis & proditoribus domini R. modis & viis omni-*
"*bus, quibus poſſent, pro domino Rege interfuerunt. Et*
"*prædictus Thomas Comes, [6] ſcil. cum aliis proditoribus, cum*

---

1 *Vel*, jure coronæ ſuæ manutenendo. 2 *Vel*, ſimul. 3 Proditoribus, ut proditor & inimicus regis et regni, poſuit ignem in villa de Burton prædicta, et partem domorum et bonorum ejuſdem villæ felonice combuſſit, et extunc prædictus Comes, ſimul cum aliis prædictis proditoribus, exiit villam prædictam *al.* 4 Cum prædictis proditoribus, cum equis et armis ac vexillis explicatis *al.* 5 Quidam fideles domini *al.* 6 Simul *al.*

"*equis*

" *equis & armis et vexillis explicatis fecit inſultum hoſtiliter*
" *in ipſos fideles domini R. ibidem exiſtentes, & quoſdam*
" *de ipſis fidelibus felonice interfecit, & eos debellavit, quo-*
" *uſque idem Thomas Comes,* [1] *ſil. cum aliis proditoribus*
" *prædictis, ibidem confuſus captus fuit. Et quidam ex il-*
" *lis proditoribus capti, & quidam interfecti fuerunt, & qui-*
" *dam fugam fecerunt. Et ſic non remanſit in prædicto Tho-*
" *ma Comite, quin ipſe* [2] *ſcil. cum aliis comproditoribus ſuis,*
" *ipſum dominum R. ſuperaſſet & deviciſſet. Quæ quidem*
" *proditiones & homicidia, combuſtiones, deprædationes et*
" *debellationes hoſtiles, cum equis & armis & vexillis expli-*
" *catis,* [3] *manifeſtæ ſunt & notæ Comitibus & Baronibus &*
" *aliis magnatibus Regni. Et ideo conſideratum eſt, quod*
" *prædictus Thomas Comes* [4] *pro proditione trahatur, & præ-*
" *dictis homicidiis, deprædationibus, incendiis,* [5] *roberiis ſuſ-*
" *pendatur, & pro prædicta fuga in hac parte decapitetur.*
" *Et ſuper hoc, licet prædictus Comes temporibus retroactis*
" *nequiter & malicioſe, contra homagium, fidelitatem &*
" [6] *leoganciam ſuam, pluries male ſe geſſerit & habuerit*
" *verſus dominum R. ſcil. cum dominus R. habuiſſet apud*
" *novum caſtrum ſuper Tynam victualia, equos, armaturas,*
" *jocalia, & alia diverſa bona ad magnam ſummam & quan-*
" *titatem. quæ quidem bona prædictus Thomas Comes, cum*
" *equis, & armis, & magna multitudine armatorum, cepit,*
" *& deprædavit, & aſportavit. Quam quidem deprædatio-*
" *nem & tranſgreſſionem ejuſdem dominus R. de gratia ſua*
" *ſpeciali, remiſit & perdonavit prædicto Thomæ Comiti, &*
" *aliis malefactoribus ejuſdem deprædationis, ad trahendum*
" *propoſitum ipſius Thomæ in melius. Ac inſuper prædictus*
" *Thomas Comes, colligatis ſibi diverſis hominibus, vi armata*

---

1 Simul *al.* 2 Simul *al.* 3 Manifeſta ſunt & nota *al.* 4 Pro prædicta proditione trahatur, & pro prædictis *al.* 5 Et roberiis *al.* 6 Ligeantiam *al.*

" *ve-*

"venit ad diverſa parliamenta domini R. & pluries impe-
"divit ipſum dominum R. tenere parliamenta ſua, prout
"decuit ad ipſum & coronam ſuam tenere, & pluries ad hu-
"juſmodi parliamenta, juxta mandata domini R. venire
"non curavit, ſet inobedienter contempſit, ac etiam diverſas
"congregationes & conventiculas illicitas contra dominum
"R. ſæpius fecit per loca diverſa & contra prohibitionem
"domini R. Item, cum plures malefactores & pacis domini
"regis perturbatores, quos dictus Thomas ſibi attraxerat et
"colligaverat, homicidia & depræadationes et alias diverſas
"felonias feciſſent, per quod judicium mortis ſubiſſe merue-
"runt, et idem T. Comes, [1] cum manutenentia & rece-
"ptamento eorundem, conſimile [2] judicium meruit, ſecundum
"leges & conſuetudines regni. Item, cum Thomas Comes
"poſtea, veniens ad parliamentum domini R. apud Eborum
"cum magna multitudine armatorum, induxit dictum R.
"ad perdonandum ſectam pacis ſuæ verſus ipſum & malefa-
"ctores prædictos in [3] præmiſſis, circiter numerum mille per-
"ſonarum, quamvis idem T. Comes prius juraverat de qui-
"buſdam ordinationibus tenendis, ne dominus R. ſectam pa-
"cis ſuæ remitteret in hujuſmodi caſibus emergentibus de
"morte hominis. Item, cum dominus R. pro attrahendo
"ipſum T. Comitem in bonum (ut prædicitur) ei toto poſſe
"ſuo [4] contrarientem, diverſa dona magna de terris, domi-
"niis et libertatibus optuliſſet per plures vices, & quædam
"dona, diverſas gratias & perdonationes per cartas ſuas ei-
"dem T. Comiti feciſet; idem tamen T. Comes contra R.
"rebellis extitit & inobediens, ſemper in malicia ſua per-
"ſeverans. Item, idem T. Comes miſit quoſdam milites de
"familia ſua [5] apud civitatem Eborum, ad attrahendum
"communitatem ejuſdem civitatis & cuſtodiam ejuſdem in

1 Pro manutenentia *al.* 2 Judicium ſubiiſſe meruit, *al.* 3 Præmiſſis, uſque circiter *al.* 4 *Vel,* contrariantem. 5 Ad *al.*

" *manus ipſius T. Comitis. Ac etiam idem T. Comes regа-*
" *lem poteſtatem diverſimode ſibi uſurpavit & uſurpare nite-*
" *batur, ad* [1] *exheredendum pro poſſe ſuo dominum R. in hac*
" *parte. Item, cum dominus R. nuper exiſtens apud Ebo-*
" *rum, mandaſſet diverſis magnatibus & aliis regni, cum*
" *quibus conſilium voluit habuiſſe, quod veniſſent apud Ebo-*
" *rum, ad tractandum de profectione ipſius domini R.* [2] *in*
" *Scotia; dictus T. Comes, tunc exiſtens in caſtro ſuo apud*
" *pontem fractum cum magna multitudine armatorum, miſit*
" *homines ſuos ad impediendum tranſitum juxta pontem fra-*
" *ctum, tam per vias quam per pontes, quo minus conſiliarii*
" *domini R. ad mandatum ejuſdem venire potuerunt apud*
" *Eborum, ad proximandum dominum R. Et cum dominus*
" *R. à partibus Eborum ſe divertiſſet verſus partes auſtra-*
" *les, & veniſſet cum familia ſua juxta pontem fractum, di-*
" *ctus T. Comes & homines ſui exierunt caſtrum, & ad de-*
" *ſpiciendum dominum R. declamaverunt in ipſum dominum*
" *R. viliſſime & contemptibiliter cum magno tumultu, in*
" *maximum contemptum ipſius domini R. ac ſi dominus R.*
" *eorum fuiſſet inimicus, & non rex neque eorum dominus.*
" *Item, cum dictus T. Comes,* [3] *ſcil. cum Comite Hereford-*
" *diæ, & aliis comproditoribus ſuis, nitebatur habuiſſe & fe-*
" *ciſſe confœderationem & alligationem cum Roberto Brus,*
" *Thoma* [4] *Randoſt, Jacobo Duglas, & aliis inimicis regis &*
" *regni,* [5] *&c de modo & forma ipſius confœderationis inven-*
" *ta fuit quædam indentura penes dictum Comitem Here-*
" *fordiæ,* [6] *quum occiſus fuit, in hæc verba.* La creaunce,
" qe Johan Denom deit dire a Robert Roy de Eſ-
" choce, & a monſieur Thomas Randulf Counte de
" Morrif Seneſchal de Eſchoce, & a monſieur James

1 Exheredandum *al.* 2 Ad partes Scotiæ, *al.* 3 Simul *al.* 4 *L.* Randolf. 5 *Omittitur apud Bradium, pag.* 58. *in Appendice.* 6 Quando *al.*

" Du-

"Duglas, ou a queux de ceux, qe ſerra plus tot troue
"de part le Countes de Lancaſtr̄ & de Hereford &
"lur alliez. Ceo eſt a ſauer, qe le dit Roy de Eſ-
"choce, & le dit Counte de Morrif le ſeneſchal, &
"monſieur James Duglas, ou lour poer, uendrount a
"ditz countis de Lancaſtre & de Hereford, & a lur
"aliez, quel houre qil ſerrount garniz au certein lieu,
"ou il puiſſent aſſembler & damagerunt touz iceux,
"qe le dit Counte de Lancaſtre & de Hereford & lur
"aliez uoillent damager, & ſaluer touz iceaux de da-
"mage, qil uoillent a auer ſauez a lur poer. Enſe-
"ment vendrount as ditz Countes de Lancaſtre & de
"Hereford, en tous lieus, la ou ill uoillent qil vein-
"guent en Engletere, en Galis & en Irland, a uiure
"& morir en meintenaunce de lur querele, oueqes
"eaux ſaunz clamer conqueſte ou ſeygnurie en les
"ditz terres. E ſi le dit Roy de Eſcoce, ou ſes au-
"tres, auaunt nomes pur eux, & pur lur poair, uoil-
"lent ceſte choſe aſſeurer & faire. Ou ſi le roy de
"Eſcoce ſeit deſtourbe meimes par maladie, ou par
"autre encheſoun grant, par quei il ne puiſſe en pro-
"pre perſone uenir, qe les auaunt ditz Counte de
"Morrif le Seneſchal, & Monſr James Duglas, ou
"lour poair auaunt dit aſſeurent & facent ceo queſt de
"ſur diſt les auaunt ditz Counte de Lancaſtre & de
"Hereford, aſſeurerunt, qe iammes ne chiuacherunt
"ſur eaux en eide le roy de Engletere. E quel houre,
"qe les auaunt ditz Counte de Lancaſtre & de Here-
"ford, et lur alliez, eint lur querele finit il mectrent
"le pein qe bon pes ſe fra entre les deu terres de En-
"gletere & de Eſcoce a lur poair. iſſint qil tendrount
"lur tere deſcoce anſi peiſiblement com eux front lur
"terre de Engletere.

" *Et deinde, cum prædicti proditores ipſius Thomæ Comi-*
" *tis de Lancaſtre caſtrum & villam domini regis Glouce-*
" *ſtriæ cum exercitu ſuo, vi & armis nuper ingreſſi fuiſſent,*
" *& eadem caſtrum & villam contra voluntatem domini R.*
" *occupaſſent, & apud villam de Brigenorth deprædationes,*
" *incendia, homicidia & alia enormia perpetraſſent,* [1] *de iſ-*
" *dem proditores timentes appropinquantem adventum do-*
" *mini R. ſuper* [2] *eos, dicta* [3] *caſtra & villam reliquerunt,*
" *deinde diverterunt ſe in fugam, ad prædictum Thomam Co-*
" *mitem* [4] *feſtinantes, tanquam ad principale refugium ſuum*
" *& capitaneum manutenentem, acceſſerunt. Qui quidem*
" *Thomas Comes,* [5] *ſeditionem ſuam & manutenentiam in*
" *hac parte notorie manifeſtans, ipſos* [6] *proditores receptavit,*
" *et eis ſe* [7] *injunxit ad debellandum ipſum dominum R. &*
" *ad guerram movendam in regno ſuo, ut prædicitur. Et*
" *miſit homines ſuos, una cum prædictis comproditoribus, ad*
" *obſidendum caſtrum domini R. de Tykul, & quædam* [8] *in-*
ſic
" *genua, ad proiciendum petras groſſas ſuper caſtrum præ-*
" *dictum & homines in eodem caſtro ex parte domini R. exi-*
" *ſtentes. Qui quidem proditores caſtrum illud per tres ſe-*
" *ptimanas continue inſultando & debellando obſederunt, &*
" *quoſdam homines Regis ibidem interfecerunt. Et poſt-*
" *modum prædictus Thomas Comes, præfatis iniquitatibus,*
" *ſceleribus & criminibus (ſicut prædictum eſt) perpetra-*
" *tis, prædictam fugam fecit, iter arripiendo verſus Sco-*
" *tos, inimicos domini R. & regni, quouſque pervenit ad*
" *pontem Burgi, ubi captus fuit, ut prædictum eſt. Unde*
" *dominus rex, habito reſpectu ad tanta dicti Thomæ facino-*

---

1 Ac iidem proditores *al.* 2 Ipſos *al.* 3 Caſtrum & villam de Glouceſtria reliquerunt, & exinde divertentes *al.* 4 Feſtinanter, *al.* 5 Proditionem *al.* 6 Comproditores ſuos receptavit, *al.* 7 Adjunxit *al.* 8 Ingenia, *al.* Engines *Anglice.*

" *ra*

"ra & iniquitates et ejus maximam ingratitudinem, nullam "habet cauſam ad aliquam gratiam eidem T. Comiti, de "pœnis prædictis, ſuper ipſum [1]judicatis, perdonandis, in "præmiſſis faciendum. Quia tamen idem Comes de paren- "tela excellenti & nobiliſima procreatus eſt, dominus R. "ob reverentiam dictæ parentelæ, remittit, de gratia ſua ſpe- "ciali, prædicto Thomæ Comiti executionem duarum pœna- "rum, ſibi adjudicatarum (ſicut prædictum eſt) ſcil. quod "idem Thomas Comes non trahatur neque ſuſpendatur, ſet "quod executio tantummodo fiat ſuper ipſum quod decapite- "tur. Item, cum Warinus de Inſula, Willelmus Tochet, "Thomas Maudit, Henricus de Bradebourne, Willelmus fi- "lius Willelmi, & Willelmus Cheine, ſimiliter capti cum "Comite, pro proditionibus, homicidiis, incendiis & depræ- "dationibus, et aliis diverſis feloniis, per Mareſcallum du- "cti fuiſſent coram ipſo domino R. præſentibus Comitibus & "Baronibus, & aliis magnatibus regni, prædictus dominus "R. recordatur, quod prædictus Warinus & alii prædicti ve- "nerunt cum prædicto T. Comite, et aliis proditoribus & ini- "micis regis & regni, apud Burton ſuper Trentam, cum ve- "xillis explicatis, ut de guerra, & hoſtiliter reſiſtebant & "impedierunt ipſum dominum R. homines & familiares, per "tres dies continuos, quo minus pontem dictæ villæ de Bur- "ton tranſire poterant, & quoſdam homines regis ibidem wl- "neraverunt, & quoſdam interfecerunt felonice. Et cum "vidiſſent ipſum dominum R. tranſire ultra aquam de Trente "verſus eos cum magna potentia, ipſi proditores ignem in "prædicta villa de Burton poſuerunt, & partem domorum & "bonorum ibidem felonice combuſſerunt, & in comitiva præ- "dicti T. & aliorum prædictorum, ad campum ſe traxerunt, "& ibidem cum vexillis explicatis in aciebus ejuſdem T. &

---

1 Adjudicatis, *al.*

"alio-

" *aliorum proditorum ſe poſuerunt, ad expectandum adven-*
" *tum domini R. ad ipſum hoſtiliter debellandum, contra ho-*
" *magium, fidelitatem & ligeancias ſuas. Et exinde fuge-*
" *runt, cum prædicto T. & aliis, uſque ad pontem Burgi,*
" *homines ligeos domini R. & patriam ante eos felonice de-*
" *prædando, & ad pontem Burgi prædictum in homines li-*
" *geos ipſius domini R. habentes poteſtatem à domino R. ad*
" *reſiſtendum proditoribus, cum equis & armis & vexillis ex-*
" *plicatis hoſtiliter inſultum fecerunt, & quoſdam felonice*
" *wlneraverunt, contra homageum, fidelitatem & ligeancias*
" *ſuas. Et ſic non remanſit in prædicto Warino & aliis,*
" *quin ipſi* [1]*ſcil. cum prædicto T. & aliis comproditoribus,*
" *ipſum dominum R. ſuperaſſent & devicißent. Qua qui-*
" *dem proditiones, homicidia, combuſtiones, depradationes &*
" *debellationes hoſtiles, cum armis & vexillis explicatis, ma-*
" *nifeſtæ ſunt & notoriæ & notæ Comitibus & Baronibus &*
" *aliis magnatibus regni & populo. Ideo conſideratum eſt,*
" *quod prædicti Warinus & alii, pro prædictis proditioni-*
" *bus, homicidiis, incendiis, depradationibus, roberiis, tra-*
" *hantur & ſuſpendantur. Nos autem, ad majorem notitiam*
" *inimicitiæ & rebellionis prædicti T. & aliorum inimico-*
" *rum prædictorum noſtrorum, et ut alii ſubditi noſtri in fu-*
" *turum magis timeant talia facere, prædicta recordum &*
" *proceßus tenore præſentium duximus exemplificandum. In*
" *cujus rei teſtimonium, has litteras noſtras fieri fecimus pa-*
" *tentes. T. me ipſo apud Eborum 2 die Maii, anno regni*
" *noſtri quinto decimo.*

De congreſſu contra Scotos, anno regni R. E. 15°.

HUMFRIDO de Boum, [2] Comiti quondam Herefordiæ, apud pontem Burgi (ut præmittitur)

1 *Vel*, ſimul. 2 *Vel*, Comite.

in-

interfecto, Thomaque Lancaſtriæ Comite, actu & nacione glorioſo, [1]judiciū decollato, Rogero [2]Daumiori ante judicium de medio ſullato, aliiſque multis, in ipſo conflictu captis, (domino viz. Johanne de Moubray, domino Rogero de Clifford, cujus pater, in bello de Baumkesburn contra Scotos dimicans, occubuit, domino Garino de Inſula, domino Willelmo Tuchet, domino Johanne Gifford, domino Thoma Maudut, domino Henrico de Bradeburn, Willelmo filio Willelmi, domino Willelmo Cheyne, domino Bartholomæo de Batleſmere, domino Gocelino Deyuile, domino Henrico Tyeis) diverſis Angliæ partibus tractis & ſuſpenſis, quibuſdam etiam carceribus mancipatis, ceteriſque potentiſſimis viris devictis & ſuperatis, diverſiſque pœnis traditis et afflictis, Rex, de tanta gaudens victoria, retentis quibuſdam armis & potentia præmunitis, exercitum magnum & grandem, quantus à longo tempore non eſt viſus, contra Scotos profecturus congregavit. quibus abſque victualibus in gravi & pompoſa multitudine in partibus borealibus adunatis, & ad novum caſtrum ſuper Tynam congregatis, Rex cum ſuis regnum Scotiæ hoſtiliter eſt ingreſſus. Peragratis igitur dicti regni quibuſdam partibus lentis cum paſſibus, & dictis Scotis cum bonis ſuis à facie eorum ad loca tuta confugientibus, præter patrias penitus devaſtatas, & loca omnibus vacuata bonis, Anglici, per ſeditionem vel per fata ſic ducti, nullos ſibi reſiſtentes invenerunt. Expenditis ſiquidem victualibus per terram, & per mare ubique deficientibus, maxima copia exercitus fame tabefacta, numeroſaque multitudine, præ victus inopia (proth! dolor!) penitus extincta:

ſic

1 *F.* per judicium. 2 *Sive*, Damory.

(Un-

(Unde Vegetius de re militari ſic ait: *Sæpius enim penuria quam pugna conſumit exercitum, & ferro ſævior fames eſt.*) Rex tandem, plebi ſuæ, [1] dolente pereunti, pie compatiens, quocumque negocio commendabili infecto, ad regnum Angliæ dolens & anxius eſt reverſus. Omnibus igitur cito diſperſis, rex in confinio demoratus eſt regnorum. Et nonnulli, cum ad propria venerant, copiamque ciborum hauſerant, aut cito diruptis viſceribus moriebantur, aut, natura penitus conſumpti, quaſi inermes ſemper & inbecilles vixerunt, vireſque naturales præhabitas nunquam recuperare valuerunt.

De miſerabili caſu regi contingente.

ACCIDIT non multo poſt, quod, cum Rex, cum quibuſdam comitibus, in partibus borealibus in loco, qui dicitur *realis vallis*, per aliqua tempora minus caute demoraretur, ecce! nefandi Scoti, exploratores habentes cautos, Angliam ſubito ſunt ingreſſi, regem cum ſuis uſque Abbathiam de Byland, quæ vicina eſt, viriliter inſequebantur. Supervenientibus igitur adeo repente Scotis, quod, vix aſſumptis armis paucis, theſauro ſuo & omnibus victualibus & utenſilibus ibidem relictis, Rex uſque Eboracum in fugam eſt converſus. Patriam ſiquidem, cum habitatoribus ſuis, gladio & flammis Scoti undique devaſtantes, multoſque [2] multoſque captivatos, inter quos nominatiſſimus erat dominus Johannes de Britayne Comes Richemund, ſecum ducentes, cum ſpoliis multis, qui tam ſanguinis quam [3] divitiis famelici venerant & ſitibundi, ad ſua ſunt reverſi onuſti & ſaginati.

---

1 *F.* dolenter. 2 *Sic Apogr. Sed delend.* 3 *Vel*, divitiarum.

De

De morte Andreæ de Hertele.

ANNO Domini 1323, inter cetera, quæ hujus regis tempore acciderant, admiranda, poſt illam, quam apud *realem vallem* Rex paſſus eſt, ruinam, quod de quodam nobili milite Andrea de Hertele, vocabulo probitatem in ignobilitatem (proth! dolor!) commutando, anno regni ejuſdem regis 16°, æſtimo memoriæ fore commendandum. Cum igitur præfatus rex ſuos Barones (de quibus ſupra diximus) inſequeretur, accepto à rege ſufficiente mandato, hoſtilem exercitum virorum orientalium congregavit, & Comiti Lancaſtriæ & Herefordiæ, ceteriſque baronibus, quaſi totius regni potentioribus, à facie regis, quaſi à facie leonis poſt catulos perditos [1] rugientis, apud pontem Burgi intrepidus obviavit, & eos viriliter expugnavit. In cujus pugnæ congreſſu Humfridus de Boun, Comes Herefordiæ, ſeditioſe, viz. per haſtarum & lancearum confoſſionem, erat interfectus. Comes vero Lancaſtriæ, videns populum diſperſum, & ſe à ſuis proditum & derelictum, præfato Andreæ ſe reddebat, ceteroſque barones (miſerabiliter in fugam converſos) quaſi inermes capiebat, captos etiam ad regem apud pontem fractum cum præfato Comite catenatos deducebat. Adductiſque prædictis captivatis, Rex de tam ſimplicis viri magnanimitate, & de tam gratioſa admirabatur & congratulabatur victoria, ex tunc inmenſum ſibi facere ſtatuit honorem. Nam non multo poſt propriis manibus cum gladio precioſo cinxit militari, & ei comitatum de Carleolo, cujus civitatis & caſtri diu ſteterat conſtabularius & cuſtos, cum multis prædiis & terris liberaliter conferebat. Quo honore recepto,

1 *Deeſt vox* fugientibus, *aut quid ſimile.*

pro rancore, quem habuit erga Hugonem diſpenſatorem, domini regis camerarium, contra ſuam ligeanciam, domino ſuo regi debitam fidelitatem, iniquis Scotorum conſiliis ſe junxit & adhæſit, qui mox cum tanta hilaritate & gaudio receptus eſt, pro eo quod ſemper eis fuerat infeſtus, & in confinio regnorum continuus expugnator, quod regis Scotorum ſoror ſibi nominabatur in ducendam uxorem. Quibus compertis & ad aures regis perventis, à quodam famoſo milite, [1]Antonino Lucy nomine, apud Carleolum in ſuo dominio captus eſt, & cito poſt, ſedentibus ibidem pro eo judicibus, depoſitis inſigniis gradatim militaribus, ſub quadruplici pœna, viz. tractationis, ſuſpenſionis, decapitationis, & demum capite Londonias delato, in futurorum exemplar proditorum, in quatuor partes diviſus, vitam ſuam miſerabiliter conſummavit.

Huc uſque ſcripſit frater Johannes de Trokelowe.

---

1 *Vel*, Antonio.

HENRICI DE BLANEFORDE
CHRONICA.

E CODICE MS. IN BIBLIOTHECA COTTONIANA.



Bibl. Cotton. Claud. D. VI. 9.
Folio 210.

Incipiunt Cronica fratris Henrici de Blaneforde.

Sequitur de Treugis inter Scotos & Anglos.

SUMMA Dei providentia, ex innata bonitate, in omnium primordio creaturarum ſuam oſtendentis omnipotentiam, noſtrum prothoplauſtum ad ymmaginem & ſimilitudinem ſuam conformavit, omniaque ſubcœleſtia ſuis uſibus & dominio potenter ſubjugavit, eumque prælatum omnibus terrigenis in paradiſi amœnitate collocavit. Cujus felicitati hoſtis humani generis mox invidens, per tortuoſum ſerpentem, ceteris animantibus callidiorem, diræ temptationis inmittens aculeum, eum de

de facili ſuperavit, ſuaſionibus conſortis ſuæ dolenter inclinatum, prævaricatorem divini præcepti & tranſgreſſorem, cum tota poſteritate ſua, uſque ad finem mundi propaganda, adeo commaculavit, quod ab immortali effectus mortalis, juſto Dei judicio à jocunditate deliciarum expulſus, perpetuæ ſervituti obnoxius, laboribus, ærumpnis & doloribus, tribulationibus variis & anguſtiis miſerabiliter meruit ſubjugari, teſtante ſcriptura quæ ait, *In ſudore vultus tui veſcêris pane tuo.* et alibi, *Homo ad laborem, aviſque naſcitur ad volatum.* Set juſtus & miſericors Dominus ſuper omnia opera ejus, licet hominem corporaliter puniri permiſerit, nolens mortem peccatoris, ſet ut magis convertatur & vivat, ideo punit corporaliter, ut æternaliter non condempnet. juſte viſitat & miſericorditer affligendo caſtigat, percutit & ſanat, deprimit & ſublevat, ut convertantur ad eum & non pereant peccatores; languores & peſtilentias inmittit, quandoque & fames, bella oriri permittit, diſſenſiones & guerras, peccatis noſtris exigentibus,quibus impugnamur. Inter quas mundi tempeſtates, Regnum ſiquidem Angliæ, (Albion inſula primitus vocata, & à gigantibus præoccupata, quibus devictis, à Bruto & Corineo, ceteriſque ſuis complicibus, Diana conſulente, applicantibus, nomen Britanniæ, quaſi à triumphatore, ſortita,) Pictos, Danos, Romanos & Scotos, ceteraſque mundi nationes, contra ipſum dimicantes, pluries ſuperare & glorioſe triumphare ſolebat. Nunc vero novis guerris, diſſenſionibus & bellis multipliciter eſt afflictum temporibus iſtis & miſerabiliter deſolatum. Nimirum quia omne regnum, in ſe diviſum, deſolabitur. quia non ſolum contra Scotos ſuperbos & rebelles (quorum terræ dominium & principatus, ex diſtricto examine majo-

jorum & probatiſſimorum virorum utriuſque regni, tempore excellentiſſimi Principis, domini Edwardi primi à conquæſtu, regis Angliæ illuſtriſſimi, ſibi & ſucceſſoribus ſuis jure hereditario quandoque fuerat adjudicatum) jam in diverſis congreſſionibus hoſtilibus putibunde ſubcumbimus, verum etiam vicinus in vicinum, proximus in proximum, et, quod amarius eſt, conſanguineus in conſanguineum, frater in fratrem, truculenter ſævientes, unde in præcedentibus miſerabilis, & in ſequentibus mirabilis ſubſequitur proceſſus & tractatus ad remedium Treugarum, quarum ſubſequntur articuli, per tredecim annorum curricula, ex aſſenſu utriuſque regni, conceſſarum. Anglici convolantur licet inviti. Set quia in eiſdem articulis continetur, quod medio tempore de pace perpetua tractandum eſt & concordia finali, immenſam exinde ſperamus futuris temporibus conſolationem, ut cum ipſe Deus noſter pro peccatis noſtris juſte iratus fuerit, conſuetæ ſuæ miſericordiæ quandoque recordetur, peſtilentiis & malis ceſſantibus, afflictis conſolationem tribuat, & maxime diſcordantibus unitatem; quam pacem & unitatem Deus pacis & dilectionis, converſo furore ſuo, largiatur, regnorum & terrarum ipſarum & gubernacula dirigat, Anglicis tranquilitatem concedat & reſtituat, concordiam continuet & reformet, ad laudem & gloriam nominis ſui, & ad incrementum eccleſiaſtici juris & regni Anglicani.

Sequitur de Treugis & earum Articulis.

EDWARDUS, Dei gratia, Rex Angliæ, dominus Hiberniæ & dux Aquitaniæ, omnibus, præſentes literas viſuris vel audituris, Salutem. Noveritis, quod, cum dominus Robertus de Brus per litteras ſuas

Nos

Nos nuper requiſivit per dominum de Suly de treugis habendis & pace finali ſuper guerris, motis inter nos ex parte una & dictum dominum Robertum de Brus & ſibi adhærentes ex altera: Et ſuper hoc dilecti & fideles noſtri Adomarus de Valentia Comes Penebrochiæ, dilectus conſanguineus noſter Hugo le Deſpenſer filius, magiſter Robertus de Baudake Archidiaconus Middelſexiæ, Willelmus de Herle miles, Willelmus de Ayrmine Canonicus Eboraci & Gaufridus de Scrop nuncii noſtri, et venerabilis pater dominus Willelmus Dei gratia Epiſcopus S. Andreæ, Thomas Randulf comes de Morrif, Johannes de Menthez, Robertus de Lowether pater, milites, et magiſter Walterus de Twinham clericus, nuncii dicti Roberti de Brus, conveniſſent ad villam noſtram de novo caſtro ſuper Tynam, et ſuper pace finali dictarum guerrarum ibidem tractaſſent, & propter diverſas difficultates ad pacem finalem tunc temporis non poterant concordare, iidem nuncii, habentes reſpectum, quod tam arduum et excellens negotium infra tam breve tempus commode non poſſet expediri, ulterius tractarunt tantummodo de Treugis, hac intentione, quod infra dictas Treugas poſſet tractari ſuper negotio memorato, viz. de pace finali. Et ventilatis ibidem eiſdem negotiis inter conſilium noſtrum ex parte una, & dictos nuncios Scotiæ ex altera, 30 die Maii, anno gratiæ 1323, et regni noſtri 16, ex aſſenſu Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Comitum, Baronum & Procerum regni noſtri, inter nos concordatum eſt, pro nobis et terris noſtris Angliæ, Walliæ, [1] Waſconum & Hiberniæ, cum ſuis pertinenciis, pro ſubjectis noſtris & nobis adhærentibus

1 *F.* Waſconiæ.

&

& ſuffragantibus ex parte una, & dictos nuncios Scotiæ, pro dicto domino Roberto de Brus, ſuis ſubjectis et ſibi adhærentibus, & pro terra Scotiæ cum pertinentiis, ex altera, induciæ guerrarum & treugarum conceſſæ ſunt uſque ad 12 diem Junii proxime futurum duraturæ. Et ab hac die pro 13 annis ſequentibus plene completis, ultima die dictorum 13 annorum infra dictas treugas incluſa & inducias ad plenius tractandum interim de pace finali, ſicut ſuperius dictum eſt, juxta conſuetudines quæ ſequntur.

Primus Articulus, videlicet, quod dictæ induciæ & treugæ bene teneantur & plene cuſtodiantur inter nos, ſubjectos noſtros, nobis adhærentes & ſuffragantes ex parte una, & dictum dominum Robertum de Brus, ſibi ſubjectos, adhærentes & ſuffragantes ex altera. Et ſi de nobis, aut de dicto domino Roberto, ſive de altero noſtrorum, interim humanitus contingat, dictæ induciæ nihilominus & treugæ perſeverabunt inter terras Angliæ, Walliæ, Waſconiæ, & Hiberniæ, & populum illarum partium ex parte una, & dictam terram Scotiæ & populum ſuum ex altera, uſque ad finem dictorum 13 annorum plene complet̄.

Secundus Articulus. Item concordatum eſt, quod omnes purpreſturæ ſimul & occupationes omnimodæ, in dictis terris noſtris Angliæ, Walliæ, Waſconiæ & Hiberniæ, ſeu in aliquibus ſuis pertinentiis, per dictum dominum R. ſeu per ſuos; Et modo conſimili in dicta terra Scotiæ, & in ſuis pertinentiis, per nos, aut per noſtros, factæ, amoveantur & penitus deleantur infra 12 diem Junii ſupraſcriptum.

Tertius Articulus. Item, ſi ullus punctus aut Articulus, qui ad obſervationem dictarum induciarum ſeu treugarum pertiñeant, ſint obſcuri, bona fide & ſine di-

dilatione per cuſtodes dictarum treugarum conjunctim clarificentur et elucidentur ex utraque parte. Et ſi per eos fieri non poſſit, nobis aut dicto Roberto celeriter referatur, & per nos & per conſilia noſtra, aut per aliquos per nos ad hoc deputatos, expediatur hujuſmodi negocium, dictis treugis & induciis ſemper in ſuo perſeverantibus vigore.

Quartus Articulus. Item, quod nullum caſtellum aut municipium reædificetur ex aliqua parte, viz. in terris contentis inter Scotiam & introitum Tyne, in mari & inſuper ſuper aquam Tyne, uſque ad Suthtyne, neque in terra de Tyndale, aut in terra de Cumberland, infra libertatem aut extra: Et verſus Scotiam in Comitatibus Berewike, Rokesburghe & Doumfriz, infra libertatem aut extra, illis tantummodo exceptis, quæ modo fiunt aut ſunt in faciendo.

Quintus Articulus. Item, quod nullus unius partis, vel alterius, ad invicem communicet, niſi per licentiam & conductum, cuſtodibus treugarum exceptis, qui communicare poterunt in confiniis terrarum, ubi eos tranſire continget, ſua officia executuri, abſque licentia ſeu conductu petitis vel petendis.

Sextus Articulus. Item, ſi contingat, aliquas naves Scotiæ, per marinas tempeſtates fugatas, in poteſtate noſtra rumpi & inveniri, & bona earundem ad nos, ſive ad noſtros, ratione juris maritimi, quod Wreck dicitur, pertineant, ex tunc hujuſmodi naves, ſic fugatæ & ruptæ, pariter cum omnibus ſuis bonis, hominibus de Scotia, quorum ſunt, plene liberentur, ſine impedimento aut vendicatione corporum aut bonorum navium prædictarum. Et ſi aliqua navis non de Scotia, in qua tamen homines Scotiæ fuerint, cujuſcumque conditionis extiterint, vel aliquis Scotus bona in

eadem habuerit ſive mercimonia, fugetur, aut in poteſtate noſtra rumpatur, vel ſuper mare per aliquem de noſtris capiatur, homines & catalla, quæ de Scotia rationabiliter fuerint, abſque impedimento liberentur, licet ad nos aut noſtros lege maritima pertinere dinoſcantur, ſicut prædictum eſt. Et fiat modo conſimili de mercatoribus, in Scotia forte reſidentibus, cujuſcumque nationis fuerint, & de bonis eorundem, viz. quod hujuſmodi mercatores licite poſſint officia ſua exercere, & ſalvo morari, donec commode abinde poſſint tranſire.

7us. *Articulus.* Item, quod nullus mercator alienus impediatur cum ſuis mercimoniis venire in una terra ſive in altera, niſi de hujuſmodi terra fuerit, quæ repugnans aut guerrans fuerit contra terras Angliæ vel Scotiæ.

8us. *Articulus.* Item, ſi nullus gravetur ex aliqua parte ad exequendam querimoniam ſuam, quod ſalvo poſſit ibi morari & redire, & hujuſmodi tranſgreſſionis fiat lex communis ſicut in tempore pacis.

9us. *Articulus.* Item, quod de omnibus, conſuetudinem Mercatorum tangentibus, fiat ſicut in tempore pacis fieri conſuevit. Item ſine impedimento [1] permittemus, quod dictus dominus Robertus de Brus, & ceteri de regno Scotiæ erga dominum papam inſtare poſſint, pro abſolutione optinenda ſuper ſententiis excommunicationis & proceſſibus, ſuper eos & contra eos factis, latis toto tempore induciarum & treugarum duratur̄. Ita quod non cedat in dampnum aut præjudicium nobis, aut noſtris, poſt dictas treugas tranſactas, minime vergatur; ſet quod extunc dictæ ſen-

1 *F.* permittimus.

ten-

tentiæ & dicti proceſſus ſuum habeant in omnibus, ſicut in præſenti, vigorem, ſi pax interim non iniatur finalis, ſalvo tunc [1] tempore jure cujuſcunque.

10us. *Articulus.* Item, durantibus treugis prædictis, ſi [2] nulla perſona, cujuſcunque conditionis fuerit, dictum R. aut ſibi adhærentes, hoſtiliter proſequatur, hujuſmodi perſonæ nullum conſilium aut auxilium [3] præſtemus, nec in aliqua parte poteſtatis noſtræ eum recipiemus, nec aliquem partis dictum R. aut ſibi adhærentes, [4] infeſtantem, conjunctione inter nos & regem Franciæ tantummodo excepta.

11us. *Articulus.* Item, ſi dictus Robertus de Brus tranſmittat nuncios, tranſituros per medium dominii noſtri regii, tranſeant per conductum noſtrum, & in iſto caſu volumus & concedimus, quod à nobis ſalvum & ſufficiens habeant conductum, quandocunque fuerimus requiſiti. Item, ſi dictus Robertus tranſmittere velit nuncios ad nos nobiſcum tractaturos, primo veniant ad cuſtodes treugarum, & verificent & doceant, ſe fore nuncios dicti R. volumus & concedimus, quod per dictos cuſtodes ſufficiens conductum eis tribuatur veniendi & redeundi ſalvo & ſecure.

12. *Articulus.* Item bonos & ſufficientes cuſtodes pro dictis treugis & induciis aſſignabimus obſervandis. Et omnes articulos videbimus & ſine dilatione corrigemus, & omnes exceſſus & præſumptiones ultra dictas treugas reparabimus, per nos aut noſtros quoquo modo factas.

13. *Articulus.* Item, ad tenendum, conſervandum & perficiendum omnia præſcripta, & quamlibet partem eorum, dilectus conſanguineus noſter Comes Pem-

1 *F.* temporis. 2 *F.* ulla. 3 *Poteſt etiam legi* præſtabimus. 4 *F.* infeſtantis.

brochiæ, præcepto noſtro, in anima noſtra ad ſacra Dei euangelia corporale præſtitit ſacramentum, et eodem modo alios Comites & Barones fecimus jurare. In quorum omnium teſtimonium has litteras fieri fecimus patentes, ſigillo noſtro ſignatas. Dat. apud Thorp, juxta Eboracum, 30 die Maii, Anno Domini 1323. et Regni noſtri 16°.

De fractione Caſtri Walingfordiæ.

ANNO Regni Regis ejuſdem 16° inopinabilis in regno caſus ſive actus contigit præſumptuoſus. Nam multis, tam de majoribus quam mediocribus, qui in conflictu cum Baronibus nuper ſteterant, in vinculis carceralibus per diverſa caſtella regni detentis, quidam dictorum [1] bũnoli (ſic) captivorum ad invicem conſpirabant, ut omnes per totum regnum hujuſmodi incarceratos una eademque nocte eripuiſſent, et de ſuis vinculis exolviſſent. Cujus ſocietatis aliqui caſtrum Walingfordiæ, in quo viri nominatiſſimi detinebantur, viz. domini Mauricius de Berkeley & Hugo [2] Daudele pater, per poſticum verſus Tamiſiam aquam latenter ſunt ingreſſi, ut, quod prius ordinaverant, opere compleviſſent. Quibus ſic intratis, ſtatim clamor factus eſt immoderatus & tumultus per totam villam, & commota eſt tota patria ex rumore eminus divulgato, & in obſeſſum ejuſdem congregata eſt armorum non modica multitudo. Tandem cum vidiſſent, ſe hujuſmodi obſidium non poſſe diutius ſuſtinere, ſuo propoſito pe-

1 *Id eſt, ut mihi videtur,* benivoli. *Nempe innuit Blaneſordius, quſdam ex amicis captivorum inter ſe invicem benivole conſpiraſſe, ad omnes per totum regnum ejuſmodi captivos à carceribus liberandos.* 2 *Vel,* de Audeley.

ni-

nitus impediti, ante adventum Comitum Cantiæ & Wintoniæ, qui ad obſidium cum maximo exercitu properabant, cuidam militi caſtrum reddebant, & pro refugio habendo ad capellam dicti caſtri unanimiter confugiebant. Et licet Decanus & ceteri dictæ capellæ miniſtri, ob libertatem ſanctæ Eccleſiæ, in quantum valuerunt eos defendebant, modicum immo nichil eis profecit eorum defenſio, violenter abſtracti ſunt ab eadem. Et quibuſdam, qui majores hujus præſumptionis fuerant incentores, domino regi poſtea tranſmiſſis, omnes diverſis pœnis defecerunt, ceteriſque per diverſa caſtra captivatis cauſam facientes ut tenerentur arctius compediti.

Sequitur de feſto Natalis & Parliamento.

SUB hoc tempore, poſt Treugas inter Anglos & Scotos firmiter roboratas, Comitatus Eboraci [1] & Lancaſtriæ villas civitates verſus Marchiam Walliæ rex perluſtrans, omnes pacis perturbatores, & maxime ductores patriæ communem populum opprimentes, juxta ſuæ merita pravitatis punivit, &, antiquis erroribus exulatis, legem terræ præcepit in locis omnibus obſervari. Deinde apud caſtrum de Keneleſworth eodem anno, viz. anno regni ſui ſeptimo decimo, ſua Dominicæ nativitatis ſollempnia celebravit. Et in Quadrageſima ſequenti omnes regni proceres apud Weſtmonaſterium, ad tractandum ſuper utilitate regni, edicto puplico convocavit. Quibus tunc collectis, inter cetera regni negotia, tractatum eſt de tranſitu regis in Francia, qui pluries vocatus fuerat ad faciendum homagium regi Franciæ pro Vaſconia, & ceteris terris

1 *F.* & Lancaſtriæ, villaſque & civitates verſus.

ſuis

ſuis conſtitutis in regno prædicto, ſuper quo, ex conſenſu procerum omnium & prælatorum, decretum fuerit & proviſum, ſollempnes nuncios prius fore mandandos, ſi quod per eos hac vice de non comparendo rex habere poſſet excuſationis remedium ſive dilationis. Rex inſuper tam de clero quam de populo, pro redemptione nobilis viri Johannis de Britayne, Comitis Richemendiæ, nuper capti in congreſſu Scotorum apud Biland, & in Scotiam deducti, infinitam pecuniam exegit. quæ quidem exactio monſtrabatur multis rationibus non eſſe complenda; ſet demum quaſi voce puplica & communi extitit penitus denegata, cum tantummodo pro rege, regina & filio eorum primogenito redimendis, ſi quo captivitatis laqueo inciderint, eſſet ab omnibus contribuenda pecunia.

De epiſcopo Herefordenſi.

ACCIDIT & alius caſus in dicto parliamento, Eccleſiæ Sanctæ Dei libertati ſuiſque prælatis ſive miniſtris dampnoſus nimiumque præjudicialis. Nam venerabilis pater [1] epiſcopus Herefordenſis, coram rege & cunctis regni proceribus conſtitutus, arrannatus extitit & examinatus de proditione, quaſi de crimine læſæ majeſtatis. [2] Cui quidem impoſitum fuerat, quod quoſdam inimicos regis et regni, ſciens eorum præcogitatam maliciam, [3] hoſpitaſſe, foviſſe, copiam armatorum, auxilium & conſilium debuit impen-

---

1 *Adamus de Orlton.* 2 Impoſitum nempe fuit ſibi, quod quoſdam inimicos nuncios regios ſuſcepiſſet, & foviſſet in magna copia armatorum, & quod eis impendit auxilium, conſilium & favorem *Tho. Walſingham. Hiſt. Angl. p.* 98. *Ed. Park.* 3 *Conjeceram fere,* hoſpitaſſet ac foviſſet, copiamque armatorum, contra quos auxilium & conſilium debuit impendiſſe, collegiſſet. ſuper quibus.

diſſe.

diſſe. ſuper quibus & aliis convitiis irrogatis pulſatus, ut erat vir maturus, et literali ſcientia excellenter ornatus, aliquamdiu hujuſmodi opprobria patienter ſuſtinuit obmuteſcens, tandem altiſſimo judici, cujus ſe fatebatur fore miniſtrum, cauſam committens, in hujuſmodi reſponſum prorupit. *Domine Rex (veſtra regia majeſtatis reverentia in omnibus ſemper ſalva) ego, Eccleſiæ ſanctæ Dei humilis miniſter, membrum ejus, et epiſcopus conſecratus (licet indignus) ad tam ardua, nobis inpoſita,* [1]*nequimus, ſicut nec debemus, abſque Archiepiſcopi Cantuarienſis, cujus* [2]*ſumus ſuffraganeus, poſt ſummum pontificem mei directi judicis, auctoritate, & aliorum parium meorum epiſcoporum conſenſu, aliqualiter reſpondere.* Quo dato reſponſo, Archiepiſcopi ceterique ſuffraganei mox ſurgentes, regiam clementiam humiliter implorarunt. Set rege exinde in nullo placato aut de iracundia mitigato, tanquam membrum Eccleſiæ conſecratum totus clerus dictum epiſcopum vendicavit. Et ſic Archiepiſcopo extitit liberatus uſque ad aliud tempus, pro libito regis, ſuper objectis & aliâs obiciendis reſponſurus. Certo ſiquidem adveniente die non multo poſt rex aliâs, ut prius, prædictum epiſcopum convenit. Quo rumore ad aures epiſcoporum perlato, mox Cantuarienſis, Eboracenſis, Dublinenſis Archiepiſcopi, concomitantibus aliis ſuffraganeis decem, cum crucibus elevatis ad locum judicii cum omni celeritate unanimiter acceſſerunt, & confratrem eorum epiſcopum ſtantem ſolum, & nimis (ut præmittitur) deſolatum, in protectionem eorum ſumentes, & abſque ullo dato reſponſo eum illico abduxerunt, omnibus, qui aderant, ex parte Dei firmiter injungentes, & ſub inter-

1 Nequeo, ſicut nec debeo, *al. Vide Tho. Walſingh. Hiſt. A. p.* 98.
2 Sum *al.*

mi-

minatione Anathematis, ne quis in eum manus præſumeret inicere violentas. Quo abducto, rex iratus de tanta cleri audacia graviter & commotus, quaſi ex officio judicis, ſuper objectis fieri præcepit inquiſitio. Patria vero illico convocata, plus regis terreni, quam æterni, indignationem præcaventes ſive ultionem, abſentem epiſcopum reum fuiſſe de omnibus ſibi inpoſitis præſentarunt jurati. Quibus peractis, rex omnes terras ſuas & redditus confiſcavit. nec hiis contentus, ſet (quod amarius eſt) omnibus ſuis victualibus & utenſilibus in vico projectis & diſperſis, pluribuſque abductis, eum permiſit truculenter ſpoliari. Et ſic, exemplo beati Job, nudus effectus, & omni ſolatio deſtitutus, omnia pertulit patienter, cum Archiepiſcopo remanſit Cantuarienſi, regis expectans gratiam uberiorem. Epiſcopus [1] vero Lincolnienſis, cujus per biennium, & amplius, in manu regis mobilia tenebantur, adepta regis benevolentia, ſuis erat integre tunc temporis reſtitutus. Quidam inſuper, cautela injecta excellenter inſtructus, videns confuſionem cleri, & perturbationem non modicam prælatorum, hos veridicos verſus protulit in hæc verba:

Noſtri cornuti ſunt conſilio quaſi muti,
Et quia non tuti, nequeunt ſermonibus uti,
Sunt quaſi confuſi, decreto legis abuſi.
Sic perit eccleſia, juris & ipſa via.

} Verſus optimi.

Terra vero & poſſeſſiones quæcunque quondam templariorum, aſſenſu communi (cleri viz. & populi) in dicto parliamento hoſpitaliariis conceduntur, jure perpetuo per omnes regni partes & provincias poſſidendæ.

1 *Henricus Burwaſh.*

De

De injuria irrogata Archiepiſcopo Eboracenſi.

ARCHIEPISCOPUS [1] inſuper Eboracenſis, Angliæ primas, regis fultus præſidio, ſimulataque pace inter ipſum et Cantuarienſem Archiepiſcopum [2], primatem Angliæ totius, in dicto parliamento & aliis locis, per quæ ipſum fore contingeret tranſiturum, ſuam crucem patenter & manifeſte geſtavit. Quod à longo tempore non eſt viſum, præſertim cum Cantuarienſis primas ſit totius, erectio crucis Eboracenſis in maximum videatur verti præjudicium libertatis & manifeſtam Cantuarienſis Eccleſiæ læſionem, ſcriptura, qua dicitur, penitus oblita, *Nemo mittere falcem debet in meſſem alienam.*

Sequitur de proceſſu Waſconiæ.

PERACTIS plurimis in ſupradicto proximo parliamento articulis, eliguntur viri generoſi aſſenſu communi, Comes viz. Cantiæ germanus regis dominus Edmundus de Wodeſtok (ætate juvenis, magnis tamen viribus præpotens) & Archiepiſcopus Dublinenſis, ad excuſationem regis, ſuper paſſagio ſuo in Francia faciendo, ſive dilationem aliquam ſuper dicto negotio impetrandam. Transfretatis igitur dictis proceribus, & ad præſentiam regis Franciæ omni, qua poterant, celeritate properantibus, dictus comes, cum eſſet magnificus, cum ſuis receptus eſt ſummo, quo decebat, honore. Poſt wltus vero placabiles, familiariaque colloquia impenſa mutuis partibus, tandem explicata ſunt negotia, pro quibus venerant, pro loco & tempore oportunis. Quibus explicatis, rex Franciæ mi-

1 *Guilielmus de Melton.* 2 *Gualterum Raynold.*

nime adquievit petitionibus nunciorum, donec de quadam tranſgreſſione, in Aquitania regno ſuo & ſibi facta, juxta decretum Curiæ Francorum ſibi foret plenarie ſatisfactum. Et ne in eventu lateat hujuſmodi tranſgreſſionis materia, inde veridicam expedit facere mentionem. Erat ſiquidem in Aquitania apud **ſancte ſacerdotis** quidam religioſus, largam habens & gratam planiciem, quam rex Franciæ in excambium alterius terræ, propter ejus amœnitatem, corditer præoptavit. Adepta igitur ſua in hac parte voluntate, quoddam municipium in eadem & villam in circuitu cum ædificiis ſumptuoſis ædificari præcepit, dictumque locum populo, in brevi inibi multiplicato, ſatagebat totis viribus venuſtare. Populus inſuper dicti loci, in inefrenatam & ſubitam ſe erigens [1] melacom, tamen, propter ſupremum dominium tanti principis, ſub quo viriliter militabant, tum propter ſpem inanem divitiarum, quibus feliciter habundabant, non ſolum leges & decreta populi Aquitannici obſervare ſpernebant, verum etiam Seneſcallum regis Angliæ (dictum dominum Radulfum Baſſet) ceteroſque ejuſdem regis miniſtros, leges & monita eorundem, contemtibiliter neglexerunt. Et cum hujuſmodi opprobria à dicto populo cervicoſo aliquamdiu pertuliſſet, pro eo quod communibus ſubici noluit legibus, ſet in ſua contumacia perduravit continua, velud expugnator magnificus, collecto exercitu copioſo ſuperbum populum viriliter diſpoſuit ſubjugare. Qui omnes in brevi inibi reſiſtentes aut in fugam convertit perpetuam, aut in ore gladii, nulli parcens ætati vel ſexui, vitam ſingulorum abſque miſericordia conſumavit. nec hiis contentus, combuſtis omni-

1 *F.* elacionem.

bus

bus ædificiis & proſtratis, dictum locum ſolo tenus integraliter complanavit. Super quibus dictus Seneſcallus, & ceteri hujus rei tranſgreſſores, vocati ad curiam & citati ſunt Francorum, coram paribus & ſapientibus regni ſuper præmiſſis tranſgreſſionibus reſponſuri, & juxta eorum decreta & juris exigentiam ſatisfacturi. Quibus hujuſmodi citationi minime parentibus, præfatus Seneſcallus pro omnibus refertur taliter reſpondiſſe, ſe nichil aliud in hac parte egiſſe, quam quod ſui officii debitum exigebat. Super quo vero reſponſo Franci, multo plus quam prius commoti, contra eos proceſſum egerunt, vocatoſque & non comparentes, exules, & extra regnum Franciæ proſcribendos imperpetuum, decreverunt. Præfatus ſiquidem Seneſcallus ex hujuſmodi decreto vim ſibi timuit inferri, ad quoddam caſtrum, Monpeſade nominatum, ſufficienterque munitum, fugit cum ſuis, Francorum inſidias præcavendo. Rex vero Francorum præfatum Seneſcallum, & ceteros hujuſmodi ſceleris præſertim actores, una cum caſtro ad quod confugerant, à ſupradictis nunciis inſtanter petivit ſibi liberandos, & juxta decretum Curiæ Francorum plectendos. Set præfati nuncii laici, in aſſenſu præbendo nimis præcipites, regis Francorum petitionibus in multis articulis aſſenſum præbebant. Archiepiſcopus vero [1] nuncii clerici, vicium irregularitatis timentes forſitan incurriſſe, ſi conſenſum facilem tribuiſſent, quatenus eos negotium contingebat, de liberandis corporibus minime conſentiebant, Rege Anglorum ſuper præmiſſis & regnicolis inconſultis. Mittuntur igitur nuncii Regi Anglorum per præfatum comitem, certificantes eundem, quid

1 *Sic. Quid ſi vero* & nuncii clerici *legatur, ut & de aliis etiam clericis, qui comitabantur archiepiſcopum, accipiatur?*

egerant in præmiſſis, ſuper quibus rex Angliæ conſultus, impetuoſum eorum conſenſum penitus revocavit.

De evaſione cujuſdam extra turrim Londoniarum.

ANNO Domini [1]1344, in feſto S. Petri quod dicitur ad vincula, nobilis vir dominus Rogerus de mortuo mari, dominus de Wigemor, in eminentiori & arctiori loco turris Londoniarum, cum domino R. Avunculo ſuo, & cum ceteris regni nobilibus, qui à conflictu inter regem & barones ſupra memorato redeuntes, gratiæ regis ſe ſubmiſerant, minus civiliter quam decuit detentus et detruſus, à ſeculis inaudibilem & inexcogitabilem, ex profundiſſimo cordis ingenio, ſuam ordinavit clandeſtinam liberationem. Nam intempeſtæ noctis ſilentio dictæ feſtivitatis, tam cuſtodibus caſtri quam ceteris multis, per quendam peſtiferum potum, eis miniſtratum, nocturno quieti ac ſopori deditis, repentine, non per hoſtium cameræ ſuæ, quod multis ſeris & repagulis fuerat obſeratum, ſed aliunde per ruptionem muri, venit in [2]coquina, palatio regis annexa, per cujus ſummitatem exiens, per unam caſtri devenit cuſtodiam, deinde per cordas, ad modum Scalæ ingenioſe compoſitas, per quendam amicum ſuum proviſas, & ſibi ſecrete prius allatas, ad aliam caſtri cuſtodiam cum non modico timore pervenit. Et (ſicut beatus Petrus, in vinculis Neronis detentus, Angelo ducente, primam & ſecundam tranſivit cuſtodiam) cum maxima difficultate tandem venit ad aquam Tamiſiæ, ibi quandam fragilem cimbam reperiens, quam cum adjutore ſuo, & aliis duobus de conſilio ſuo, intravit, & dictam aquam, Deo volente,

1 *Sic Apogr. Lege*, 1324. 2 *Sic.*

con-

concito tranſmearunt. Et cum omni feſtinatione ad mare properantes, pupplicas ſtratas ſemper in itinere devitarunt. nec ceſſare voluerunt, donec ad quendam portum unanimes pervenirent. Quo vero in loco, ab omnibus ignoti, navem, aliquamdiu eos ibidem expectantem, prope portum promptum ibidem reperientes, quam cum omni feſtinatione intraverunt, & proſperam auram eis Deo miniſtrante, ad Gallicana regna concito pervenerunt. In quibus vero partibus, quorundam regni procerum, conſanguinitate vel affinitate ſibi conjunctorum, fultus præſidio, vitam ducens diutinam, reconciliationis domino ſuo regi Angliæ gratiam expectavit. Rogerus vero avunculus, fere per quinquennium ſqualore carcerali ibidem minus civiliter, quam decuit, maceratus, tandem anno Domini 1326 diem clauſit extremum, apud Briſtolliam delatus, et patribus ſuis appoſitus eſt ibidem. Rogerus vero junior, cum per biennium & amplius moram traxiſſet in partibus tranſmarinis, 8 Kal. Octob. anno incarnacionis Domini ſupra dicto, cum domina regina & aliis exulibus rediit, ſuis plene terris & prædiis reſtitutis.

De Epiſcopo Wintonienſi.

SUB hoc tempore obiit in Curia Romana dominus [1]Rigandus de Aſſerio, epiſcopus nuper factus Wintoniæ, & in Eccleſia Sancti Albani auctoritate papali per Londonienſem epiſcopum conſecratus. Erat enim, ante ſuſceptionem illius dignitatis, Canonicus Aurelianenſis, & per quatuor annos, vel amplius, domini Papæ in Anglia nuncius, modico tempore in gradu

1 *Sive* Reginaldus *vel* Rigaudus. *Obiit autem Apr.* 12. 1323. *Vide Whartoni Angl. Sacr. Part.* I. *p.* 316.

epi-

epiſcopali ſuperſtes, vix tres complevit annos, ad geneale ſolum, & ad curiam Romanam, pro exequendis regni, ut credebatur, negociis transfretavit, in qua non diu vivens, ſet ante ætatis debitam maturitatem viam univerſæ carnis, prout Deo placuit, eſt ingreſſus. Cui vir magnæ auctoritatis & prudentiæ, juris civilis doctor eximius, magiſter Johannes de Stratford, Anglicus natione, ſucceſſit. Qui cum [1] Decanus London exiſtens in artibus, inter omnes clericos hujus facultatis regni Anglicani reputaretur et eſſet excellentiſſimus, pro quibuſdam regiis negotiis exequendis ad curiam Romanam extitit deſtinatus. Sub quo tempore dicta ſede Wintonienſi, per mortem domini præfati Rigandi, vacante, perpendens dominus Papa Johannes 22 ſcientiam & valorem tanti viri & Regis Angliæ nuncii, non prece aut pretio, prout per literas ſuas teſtificavit bullatas, præfato magiſtro Johanni ſuo pleno jure memoratum contulit epiſcopatum intuitu caritatis. Credidit tamen Papa ex hoc grates promeruiſſe ſpeciales à rege prædicto. Set cum conſtaret regi de vacatione dictæ ſedis, præ omnibus regni clericis, erga magiſtrum Robertum de Baldok, Archidiaconum de Middelſexia & regni cancellarium, pro dicto epiſcopatu optinendo indeſinenter cor ſuum rex habuit inclinatum, litteras ſuas deprecatorias mox ſummo direxit pontifici, ſuper dicti negocii completione. Sed papa, hujuſmodi collationem (tam rite, tam canonice factam) nolens, ſicut nec decuit, irritare, quin immo plus eam ratificavit,& præfatum magiſtrum Johannem in Epiſcopum Wintonienſem in eadem Curia conſecrari manda-

1 *Decanus nempe erat curiæ arcuatæ, quam vocant, Londoniis, cui ob peritiam jure optimo præfecerat Walterus Raynoldus, Archiepiſcopus Cantuarienſis, ſicut memoriæ proditum eſt à Godwino de Præſ. p.*152.

vit.

vit. Quibus omnibus rite peractis, litteras papales, tam regi quam Cantuarienſi Archiepiſcopo & aliis, quorum intererat, de ipſo ſuſcipiendo, & omnibus ſibi liberandis, quæ ad dictam ſedem ſpectabant, recipiens exhibendas, ad regnum ſe divertit Anglicanum, ut prædicitur, expeditus. Quo pervento, ab Archiepiſcopo Cantuarienſi reverenter admiſſus eſt, & ſuis ſpiritualibus reſtitutus: ſet rex, ſuo propoſito in hac parte fruſtratus, diverſos articulos proponens contra eum, cum in rei veritate nichil horum reus fuerat aut conſcius, eum non admiſit, ſet, omnibus temporalibus, epiſcopatui pertinentibus, confiſcatis, in omnibus collegiis procerum & prælatorum multo tempore à ſua præſentia ſequeſtravit, nec eum videre aut audire curavit, ſet cum pluries accidat in effectu, quod per ſapientem nobis refertur in metro, poſt inimicitias clarior eſt et amor, tandem, gratia reſpirante Divina, ipſoque pacis auctore cor regis viſitante, epiſcopum gratanter admiſit, admiſſum temporalibus ſuis reſtituit, reſtitutum de conſilio ſuo privato juratum, ceteris de cetero tenuit cariorem.

Sequitur de proceſſu Waſconiæ.

SUB hoc tempore digreditur interim [1] Comes, cum omni, qua poterat, velocitate, verſus Aquitaniam greſſus ſuos indubitanter cum ſuis militibus dirigebat. Quo cum perveniſſet, et ecce Aquitannici, timentes Francigenis ſubjugari, ad Comitem, tanquam ad Capitaneum expugnatorem, unanimiter confluebant. Retractis pluribus in maximam dilectionem, patriam perluſtrando Caſtella munivit, urbium & civitatum muros dirutos reædificavit, et, quomodo Francigenis po-

1 *Subintellige*, Cantiæ.

ten-

tenter reſiſteret, vi, arte & ingenio, velud magnificus deliberavit bellator. Quod cum audiſſent Francigeni, Anglos cum Aquitanenſibus pluribus confœderatos paratoſque ad pugnam, & ecce Karolus magnus regis Franciæ avunculus, collecta maxima multitudine bellatorum, illuc direxit exercitum grandem & fortem, populum & patriam dominio Francorum firmiter proponens in animo ſubjugare. Intrantes igitur Francigeni ducatum Aquitanniæ, patriam & populum Agenenſium hoſtiliter invadentes, dictum populum, à fidelitate Anglorum de facili recedentem, Gallici ſuperabant, caſtellis, villis & locis quibuſdam in poteſtatem eorum receptis, prædictum populum ſubjugabant. Et contra Anglici, cum Aquitanicis confœderati, Francorum feritatem minime reformidantes, Caſtra, villas & civitates majores fortiter munierunt, &, tranſmiſſa ab Anglia multitudine bellatorum, ſicut viri ſtrenues & bellicoſi Gallicis reſiſtere decreverunt.

De morte Comitis Penebrok.

DURANTE igitur inter reges & regna prædicta hujuſmodi diſſidio diuturno, diverſi diverſis temporibus proceres hinc inde, ad tractandum ſuper forma pacis, nuncii diriguntur. Inter quos nominatiſſimus vir, dominus Adomarus, Comes Penebrok, ad regem Franciæ nuncius deſtinatus, cauſa legationis ſuæ conceſſa, ſed minime confirmata, in quadam villula ſua, juxta ſanctum Richerium, inopinato languore detentus, in vigilia S. Johannis Baptiſtæ, inter brachia domeſticorum, ſubito expiravit, cujus terræ & poſſeſſiones, juxta legitimam ſucceſſionem [1] illarum, ad quos

[1] *Sic Apogr.*

per-

pertinebant de jure, de regni consuetudine sunt divisæ.

Sequitur de aliis Nunciis.

ERAT siquidem alius alio tempore transmissus nuncius, natione Francus, dominus Johannes de Suliaco nominatus, qui inter Reges & Regna se miscuit pro pace formanda. Qui cum ad præsentiam Regis se offerret, suspenso penitus legationis officio, super quadam transgressione notabili protinus accusatus, pro qua, nisi regina Francorum pro eo rogasset, mortem miserabilem subire fuisset compulsus. Collega vero suus quidam clericus, impetrato usque ad mare salvo conductu, litteris non admissis, infecto negotio repedare jubetur indempnis.

De diversis injuriis, pluribus irrogatis durante guerra.

NEGOTIATORES utriusque terræ mutua feritate adeo premebantur, quod neque Franci in Anglia, seu Anglici in Francia sua permittebantur venalia exercere. Et, quod magis dolendum est, universi & singuli familiæ reginæ Anglorum, cujuscunque conditionis, status & sexus extiterant, sine spe revertendi exulare sub eodem tempore in Francorum odium cogebantur. Terræ etiam & castella ejusdem Reginæ in manibus regis fuerant integraliter seisita, certis stipendiis diatim dictæ reginæ ex bursa regia parte concessis. Et ut fervor iracundiæ, qua Anglorum animus torquebatur, crudelius adversus universam gentem Francorum sæviret, et ecce viri ecclesiastici, tam religiosi quam ceteri, extranei beneficiati sub tanta difficultate degebant, quod omnibus terris eorum, redditibus & possessionibus confiscatis, omni ministerio se-

queſtrato, præter exilem victum & veſtitum, per magnum tempus de ſuis dominiis nichil penitus reportarunt.

Sequitur de proceſſu.

[1]HÆC, propter hujuſmodi oppreſſiones, mutuis partibus irrogatis, Galli & Anglici, in Vaſconia commorantes, à continuo bellorum diſſidio nequaquam ceſſabant, donec Galli, guerrarum periti, viderent inde oportunitatem yemis appropinquare, quo adveniente conceſſa eſt treuga à Gallicis, attamen impetrata uſque ad proximum paſcha inviolabiliter obſervanda. Et poſitis cuſtodibus in omnibus locis per eos æquitatis, & remanentibus Anglicis in villis majoribus licet paucis, Gallici ad propria remearunt. Interim dominus Papa, pacis zelator, Archiepiſcopum Vienenſem & epiſcopum Auriacenſem ad utriuſque Regni principes deſtinavit, ad tranquilitatem pacis pro viribus reformandam. Qui minime in ſuis propoſitis proficientes, facto tallagio in clero, viz. de ſingulis marcis quadrantibus pro expenſis eorundem, [2]infeſto negotio revertebant. Treugis inſuper prælocutis inter Scotos & Anglos apud Eboracum per ſapientes utriuſque regni firmiter roboratis, Rex Angliæ apud Notingham ſuum natale cum Regni proceribus celebravit. Quo feſto ſolempniter celebrato, rex uſque London tendebat, et apud Weſtmonaſterium in octabis Sancti Illarii ſuum tenuit parliamentum. Quo vero in loco tractantibus regni proceribus ſuper utilitate Regni, & maxime ſuper ſalvatione Ducatus Aquitaniæ, eliguntur nuncii ſolempniores prioribus, viz. Wintoñienſis, Norwycenſis epiſcopi & dominus Johannes de

1 *F.* hiis *ſive* his. 2 *Sic Apogr. L.* infecto.

Bri-

Britannia, Comes Richemundiæ, pro pace formanda inter Regna & regnicolas tranſmittendi. Applicatis igitur præfatis nunciis, diverſiſque cauſis, rationibus, excuſationibus hinc inde prolatis, pluribuſque gravaminibus, injuriis, oppreſſionibus mutuis partibus irrogatis, hujuſmodi in fine à Gallicis recepere reſponſum, viz. quod rex Angliæ omni juri ſuo, quod in Comitatu de Puntyf̄ ſe habere aliqualiter contendebat, ſuo proprio renunciaret . . . . . .

MONACHI CUJUSDAM

MALMESBURIENSIS

VITA

EDVARDI II.

E Codice MS. penes JACOBUM WESTUM, Armigerum.



[1]MONACHI CUJUSDAM MALMESBURIENSIS VITA EDVARDI II.[11]

EDWARDUS poſt conquæſtum primus, anno regni ſui XXXV°, in die Tranſlacionis Sancti Thomæ, naturæ debitum ſolvens, ſucepit regnum filius ejus Edwardus ſecundus, juvenis & fortis robore, ætatis ſuæ annum agens circiter viceſimum tercium. Hic propoſitum patris ſui non dum [2]conſumavit, ſet in alia conſilium mutavit. Petrum de Gaveſton, qui nuper, præcepto patris Regis, terram Angliæ abjuraverat, revocavit. fuerat autem dictus Petrus, vivente rege E. ſene, juvenis Edwardi, tunc principis Walliæ, camerarius familiariſſimus, & A. D. 1307.

1 *Addidi.* 2 *Sic.*

val-

A.D. 1307. valde dilectus, quod manifeſte ſatis apparuit non multo poſt. Dominus enim rex juvenis domino Petro, ab exilio reverſo, de conſilio & aſſenſu quorundam magnatum terræ (videlicet Henrici de Lacy Comitis Lincolniæ, & aliorum) Comitatum Cornubiæ contulit & donavit. Ipſe etenim Comes Henricus de Lacy, cum dubitaretur, an rex prædictum Comitatum à jure, quod cum corona habebat, poſſet ſeparare, propoſuit, regem poſſe. nam ſic & alii reges bis antea fecerant. Major tamen pars baronum terræ non conſenſit, tum quia Petrus alienigena erat, à Vaſconia oriundus, tum propter invidiam. Invidebant enim ei magnates terræ, quia ipſe ſolus haberet graciam in oculis regis, & quaſi ſecundus rex dominaretur, cui ſubeſſent omnes, & par nullus. Invidebat etiam illi quaſi tota terra, major & minor & ſenex, & mala de eo prædicabant. Unde & nomen ejus valde diffamatum eſt. Nec tamen voluntatem Regis à Petro poterant ſeparare, quin eciam, quando plura audiret rex quæ gratiam ejus conarentur extinguere, tanto magis invaleſcebat amor & creſcebat affectio Regis erga Petrum. In tantum eciam, ut, ad partem Petri fortificandam & amicis ſtipandam, filiam [1] ſororis ſuæ [2], quæ fuit [3] filia quondam Gilberti Comitis Glouceſtriæ, dominus Rex dicto Petro collocavit [4] matrimonium. Sane hæc copulacio matrimonialis partem ejus non modicum vallabat. favorem namque amicorum ſibi vehementer augebat, & odium baronum refrenabat.

Interea convocati ſunt Archiepiſcopi, Comites, & ceteri terræ magnates, ad ſepeliendum corpus Regis

---

1 *Margaretam. Vide Dugd. Bar. Tom.* II. *p.* 42. 2 *Johannæ de Acres. Vide Dugd. ib.* 3 *F.* uxor. 4 *F.* in matrimonium *ſive* in matrimonio.

nu-

nuper defuncti, & ſepultus eſt dictus Rex honorifice Londoniis apud Weſtmonaſterium, juxta patrem ſuum Henricum tercium. A. D. 1307. Poſt hæc, ad majorem Petri famam augendam & nomen celebrandum, auxiliante & conſulente Domino Rege, nomine domini Petri proclamatum eſt celebriter quoddam torneamentum, in villa videlicet Walyngfordiæ, quæ eſt de dominico Comitis Cornubiæ. dies eciam præfigitur, dies ſ. Sabbati proxima poſt feſtum Sancti Andreæ. Hoc itaque torneamentum Comites & barones in odium Petri magis excitabat. Adveniente igitur die præfixo, ex una parte [1] cõiuncti ſunt Comites tres vel quatuor, cum manu valida, Comes videlicet Warenniæ, Comes Herfordiæ, Comes de Arundel, & barones non pauci; ex parte domini Petri Comes nullus erat nominatus expreſſus, ſet omnes fere milites juniores & robuſtiores regni, qui prece vel precio poterant conduci, partem domini Petri juvabant. unde & in illo torneamento pars ejus ſuperiorem manum habebat, ac optata reportabat, quamvis campus alteri parti remaneret. Nam ipſius ludi lex eſſe dinoſcitur, quod qui plus perdit, & qui ſæpius ab equo deicitur, probior & forcior judicatur.

Ex hiis & aliis in dies creſcebat odium. Erat enim Petrus homo valde elatus & ſuperbus in geſtu. Nam omnes, quos ſibi pares regni conſuetudo eſſe dictabat, humiles & abjectos, nec ipſum in probitate quicquam attingere poſſe, reputabat. E contra, Comites & barones Angliæ ipſum Petrum, quia alienigenam, & humilem quondam armigerum, ad tantum decus & honorem provectum, nec ſui prioris ſtatus memorem, diſpiciebant. Unde & apud omnes fere, qui in regno

1 *F.* conjuncti.

A. D. 1307. erant, pro ludibrio habebatur. Rex autem continuum amorem erga eum habebat, in tantum, ut exiret à curia Regis præceptum publicum, nequis eum nomine proprio vocaret, videlicet dominum Petrum de Gavestō, set Comitem Cornubiæ nominaret. Deinde cum

A. D. 1308. rediissent nuncii, qui ad dominum Philippum, Regem Franciæ, missi fuerant, pro matrimonio copulando inter filiam dicti Regis Franciæ & Regem Angliæ, ac optata reportassent, dominus Rex Angliæ ad transfretandum se paravit, &, navigio parato, mare cum suis intravit. Regnum autem in manu Petri in custodia deputatur. Mira res, qui nuper ab Anglia exul erat & ejectus, ejusdem terræ jam factus est gubernator & custos. Celebratis itaque de more nupciis, Rex Angliæ cum conjuge sua lætus in Angliam est reversus.

Post hæc fiunt præparatoria Coronacioni Regis. Vocantur Archiepiscopi, Episcopi, Comites & barones. Venerunt igitur omnes, set burgenses singularum Civitatum aderant. Die Sancti Mathiæ apostoli coronati & consecrati sunt rex & regina. Episcopus Wyntonienſis coronam capiti regis appossuit, set hoc de mandato & consensu Archiepiscopi Cantuariensis, cum ad ejus dignitatem & ecclesiæ suæ noscatur pertinere, factum est, ipso Archiepiscopo, quominus adesset, vel infirmitate præpedito, vel nondum à transmarinis partibus in Angliam reverso. Finita igitur solempnitate, & festive celebrato convivio, rediit unusquisque ad propria.

Nunc primum insurrexerunt contra Petrum de Gavestō omnes fere comites & barones Angliæ, invicemque jurejurando astricti sunt, à cœptis nunquam desistere, donec Petrus terram Angliæ evacuaret, & Comitatum Cornubiæ dimitteret; nullusque magnatum

tum partem Petri ſuſtinuit, excepto rege & Hugone le Deſpenſer. Comes autem Glouceſtriæ neutram partem promovit. Cum Petro non fuit, ne pares ſuos offenderet. Cum baronibus eſſe non potuit, quia fratrem ſuum in lege expungnare non decuit. Set & prædictus Hugo de Spenſer omnibus baronibus exoſus factus eſt, eo quod ipſos, pro communi utilitate regni laborantes, deſeruerat, & magis ſtudio placendi & cupiditate lucrandi, quam ex alia juſta cauſa, parti Petri adhæſerat. Ille vero qui Petrum prius favore & amicicia præ ceteris, excepto Rege, foverat & dilexerat, inter omnes barones maximus ejus inimicus factus eſt & perſecutor. hic erat Henricus de Lacy Comes Lyncolniæ, & hæc non ex vicio Comitis, ſet ex ingratitudine ipſius Petri, noſcitur accidiſſe. A. D. 1308.

Hæc ſedicioſa diſſencio, inter dominum Regem & Barones orta, per totam Angliam jam divulgata eſt; ſet & tota terra pro tali tumultu valde deſolata eſt. *omne* enim *regnum, in ſe diviſum, deſolabitur*. Homines mediocres pacifici, pacis amatores, guerram & pacis exilium valde formidabant; prædones vero, qui prædam captabant, & ad aliena manum extendêre, bellum non pacem affectabant. Rex vero civitates ſuas & caſtra muniri fecit & reparari, ſet magnates ex parte ſua hoc idem fecerunt. Per totam terram vero in Comitatibus, hundredis, civitatibus, burgis & villis, convocaciones & [1] inproviſiones factæ ſunt, &, quibus quilibet armis (neceſſitate inveniente) uteretur, ex debito proviſum eſt & ordinatum. Certiſſime enim putabatur, diſcencionem, jam cœptam, ſine magna ruina ſedari non poſſe.

1 *Idem quod* proviſiones, *ſicut* infucatus *haud aliud eſt atque* fucatus.

A. D. 1308. Poſt hæc, videntes hii, qui ex conſilio Regis erant, ex tali diſcordia toti terræ [1]imminere diſcrimen, & præcaventes in futurum, ne furor ad huc recens radices ſuas ita extenderet, quod inveteratus defacili extingui non poſſit, elaboratum eſt ab eiſdem, ut rex & barones ſui in amiciciam & concordiam revocarentur. De communi igitur conſilio vocantur comites, barones, & alii magnates rerræ, [2]tractatus de pace, conveniuntque Londoniis non ſine manu armata, prodicionem metuentes, ubi rex eos exſpectabat. Igitur cum diu res ipſa voluta & revoluta eſſet, nec tamen finem accipere (multi enim, volentes utrique parti placere, vacillabant, ex quorum conſilio & diſcrecione negocium dependebat) tandem, poſt multos & varios circuitus, cum in aliud conſentire non poſſent, promiſſum eſt & conceſſum baronibus per Regem, quod Petrus de Gaveſton̄ terram Angliæ egrederetur. Per Archiepiſcopos eciam & Epiſcopos [3]ſentencia excommunicacionis in Petrum lata eſt, ſi ultra terminum ſtatutum in partibus Angliæ moraretur. Terminus itaque poſitus eſt, dies videlicet Sancti Johannis Baptiſtæ, quo & eodem feſto per anni revolucionem elapſo idem Petrus eandem terram prius abjuraverat. Adveniente igitur die præfixo, dominus rex & Petrus, cum multo comitatu, ad portum Briſtolliæ ſunt profecti, ibidemque poſt modicum à rege licenciatus Petrus cum multa familia in partes Hiberniæ ſe tranſtulit & recepit, totaque terra, ex præcepto domini Regis Angliæ, ſuæ dominacioni & poteſtati ſubdita eſt.

Hiis itaque peractis, nec ad huc verus amor ſucceſſit, nec vera concordia. Æſtimabant enim comites, in omnibus geſtis ad huc ſe eſſe circumventos, & priorem

1 Imnre *MS.* 2 *F.* tractaturi. 3 Sentenciam *MS.*

la-

laborem inanem & caſſum propoſitum. namque eorum exitum non ſumpſit optatum. Voluiſſent certe Comites, quod Petrus Anglia receſſiſſet, ita quod amplius in familiaritate Regis non permanſiſſet, nec terra diucius ſumptibus ſuis, ſicut prius, gravaretur. antecedebat enim fere Regem in expenſis. Defecit itaque propoſitum Comitum. Nam Petrus, in Hibernia jam moram faciens, omnes redditus illius terræ, qui ad regem Angliæ [1] pertinebant, ex voluntate Regis & præcepto, in ſuos uſus ſumpſit & conſumpſit, ſicque noviſſimus error priore factus eſt pejor. A. D. 1308.

Interea Gilbertus, Comes Glouceſtriæ, filius quondam Comitis Gilberti, filiam Comitis de Holueſtere duxit in uxorem. Ad nupcias convenerunt multi magnates & nobiles, propoſuerantque rotundam tabulam ibidem tenuiſſe; ſet pavor circumvencionis, timorque prodicionis, quoſdam invaſit, fecitque quominus cœpta procederent.

Videns itaque rex, barones ſuos, quaſi murum, exadverſo conſiſtere, & propter hoc propoſitum ſuum non poſſe procedere, conatus eſt fœdus eorum rumpere, & potenciores ad ſe inclinare. Igitur, paterna & patriæ [2] fretus cautela (blandiuntur enim Anglici, cum vires oneri ſufficere non vident) unum poſt alium donis, promiſſis & blandiciis ad ſuum nutum reduxit in tantum, ut vix unus ex baronibus remaneret, qui prius decreta & conceſſa defenderet. Solus autem Comes de Warewyk flecti non potuit. Dicebat enim, ſana conſciencia ſe à placitis recedere non poſſe. Set cum omnes diſſimularent, ipſe ſolus ſtare non potuit. nec tamen expreſſe conſenſit. Interea multi tractatus &

1 Pertinebat, *MS.* 2 Fetus *MS.*

con-

A. D. 1308. consilia habita sunt de defencione terræ Scociæ, & expugnacione Roberti de Brutz, cujus tamen effectus fuerunt, nec in palam venit, neque de facto apparuit.

Dum hæc ita agerentur, & jam appropinquaret Autumpnus, viderenturque barones cum Rege unanimes, Petrus de Gavestō clam, propter insidias adversariorum, per partes Walliæ ab Hibernia in Angliam reversus est. Sentencia vero, quæ contra eum lata erat, si amplius in Anglia moraretur, procurante Rege, auctoritate apostolica remissa est.

A. D. 1309. Rex itaque, sciens Petrum jam rediisse, obviam illi venit ad Cestriam, ibique de reditu suo lætus, gratanter valde eum, tamquam fratrem suum, honorifice suscepit. revera fratrem suum semper appellaverat. Nullus autem baronum ausus est amplius vel contra eum manum extendere, vel de reditu suo querelam deponere. claudicabat enim cœtus eorum, & pars eorum, in se divisa, infirmata est.

Sic igitur qui bis antea dampnatus erat in exilium, jam exultat reversus ad solium. Comes autem Lincolniæ, qui anno præterito inter omnes barones exilium Petri maxime procuraverat, amicabilis compositor jam factus est & mediator, ad cujus preces solicitas & continuas Comes de Warenna (qui ab eo tempore, quo torneamentum de Walyngford finem accepit, hillarem wltum Petro nunquam exhibuit) necessarius amicus jam factus est & fidelis adjutor. Ecce! quam frequens & subita magnatum mutacio! Quibus [1] sine fide adhibemus in borea, contrarium reperimus in [2] Auster. Amor magnatum quasi ludus in alea, & vota divitum pernis similima.

---

1 *F.* sane fidem. 2 *F.* Austro.

Pe-

Petrus vero ad priſtinum ſtatum jam reverſus, deterius ſe cœpit habere quam prius. Comites & Barones diſpiciebat, & turpia cognomina ſimiliter addebat. Officia & poteſtates ab aliis auferebat, & ſuis familiaribus pro libito [1] conferebat. Unde magnates terræ cœperunt hæc pro malo habere, & præcipue Comes Lancaſtriæ, quia unus ex familiaribus ſuis, procurante Petro, ejectus erat ab officio ſuo. Iccirco cave tibi, Petre, quia Comes Lancaſtriæ retribuet tibi ſimile. A. D. 1309.

Ipſe igitur dominus Rex de præſencia Petri valde gaviſus eſt; quaſi qui recepit amicum ex longa peregrinacione revertentem, lætos dies agitabat. Inſtante vero nativitate Domini, dominus Rex & Petrus ad locum, quem Rex ipſe valde dilexit, cum tota familia iter [2] direxit. locus autem ille *Langeleye* dicitur, qui juxta villam Sancti Albani ſituatur. In hoc igitur loco feſta natalicia celebrarunt, cotidie colloquentes, ac mutua converſacione & diu affectata præſencia priorem abſenciam plene redimentes.

Tranſacto natali ſolacio, conveniunt Londoniis edicto regio Barones univerſi, qui cum ad locum conſuetum parliamenti noſtri venire differrent, & Rex inconſuetæ moræ cauſſam requireret, nunciis Regis tale dederunt reſponſum, dicentes, quod, ad mandatum Regis & domini naturalis, venire tenebantur ex debito, ſet dum capitalis inimicus eorum, qui regnum turbaverat & ipſos, regio lateret in thalamo, acceſſum eorum non fore ſecurum, ac hoc, nec in hoc Regis præcepto fore parendum, uno ore proteſtabantur, addentes, quod, ſi ſe regio conſpectui repræſentare oporteret, omnimodo non inermes, ut facere ſolebant, ſet ar- A. D. 1310.

1 Conferrebat *MS.* 2 *F.* direxerunt.

mati

A. D. 1310. mati copiam ſui facere promiſerunt. nec ob hoc offenſam ſe regia majeſtas ſentiret, aut læſam, dum unuſquiſque naturali viam affectu tenetur eligere tuciorem.

Tandem Rex, de ſuorum conſilio, Petrum ad ſatis tuta loca [1] profectum dimiſit ad tempus, ut cœptum negocium vel finem caperet optatum, vel ſaltem mora ejus non faceret inperfectum. Extunc convenerunt Comites & Barones, cauſamque vocacionis audituri, regem audierunt, inter quos multa interlocutoria habita ſunt, quæ non in communem venere noticiam. Set cum per multos dies protelatum eſſet conſilium, hoc demum ex parte baronum audivi fuiſſe petitum, ſcilicet, quod, cum ſtatus Regis & regni, à tempore quo bonæ memoriæ Edwardus rex ſenior diem clauſit extremum, valde declinaſſet in devium, ac per hoc totum regnum læderetur non modicum, petebant, quod, ex conſenſu & aſſenſu domini Regis & ſuorum Baronum, eligerentur duodecim viri diſcreti, bonæ opinionis, & potentes, quorum arbitrio & decreto ſtatus reformaretur & conſolidaretur. Et ſiquid in regni gravamen redundaret, eorum ordinacio deſtrueret; ſi vel in aliquo caſu regno eſſet proſpectum, eorum diſcrecione plenarie foret conſultum.

Rex igitur, ſuper hiis habita deliberacione, quia videbantur ſibi in quibuſdam ſuſpecta, diucius differebat inexpedita; ſet Barones unanimes viriliter inſtabant, multa allegantes, plurima minantes, ac demum, quaſi uno ore, in hiis reſidebant, dicentes, quod, niſi Rex petita concederet, jam non ipſum pro Rege haberent, nec fidelitatem juratam ſibi ſervarent, maxime cum ipſe jusjurandum, in ſua coronacione præſtitum,

---

1 Præfectum *MS. Neſcio an* profecturum *reponi debeat.*

[1] ſervaret, cum in lege & naturali racione caveatur, quod *frangenti fidem fides frangatur eidem.* Hiis & aliis allegatis, Rex, arciori habito conſilio, cum videret, rem jam in arto poſitam, nec ſine diſcrimine, vel ſcandalo, neceſſitatem poſſe evitari, elecciones, ordinaciones, & quicquid, ſalvo honore regio, pro communi utilitate regni crederent, ſtatuendum expreſſe conceſſit, & ſcriptis, ſigillo ſuo roboratis, confirmavit. A. D. 1310.

Electi ſunt igitur ordinatores de potencioribus & diſcrecioribus tocius regni, & Epiſcopis juriſdiccionis ſive ordinacionis faciendæ & publicandæ limitatum eſt. Quibus ſub tali forma conceſſis, & conſilio finito, ſeceſſit unuſquiſque ad propria.

Poſt paucos dies, dominus Rex, de conſilio ſuo, Robertum de Brutz expugnare diſpoſuit. Fecit enim edicto regio per totum regnum proclamari, quod videlicet omnes, qui [2] Regis exercitum ducenti ad bellum certum patrocinium ferre tenebantur, die Sancti Johannis Baptiſtæ apud Berewyk ſuper Twede præſto Regi aſſiſterent, debitum ſervicium & auxilium ibidem impenſuri. Unde viri eccleſiaſtici Epiſcopi, Abbates & Priores, qui pro baroniis, quas de Rege tenebant in capite, & pro quibus ad diverſa ſervicia domino Regi, ex fidelitate & homagio præſtitis, [3] tenebantur aſtricti, pro talibus oneribus [4] præcipue compenſabant non modicum theſaurum, ſet, prout quiſque convenire poterat cum theſauro Regis, infundentes [5] erario.

Quidam autem Comitum & Baronum huic præcepto Regis minime obtemperarunt. Comes enim Lincolnienſis cuſtodiam terræ à Rege acceperat, iccirco

1 *F.* non ſervaret. 2 *F.* Regi, exercitum ducenti ad bellum, certum. 3 Tenebatur *MS.* 4 Præcipuum *MS.* 5 *Sic.*

A. D. 1310. A. D. 1311. venire non poterat. Comes de Warewyk & alii barones, circa ordinaciones prædictas occupati, quominus adeſſent fuerant impediti. Comes vero de Lancaſtre, Comes de Penbrok & Comes de Hereford, in odium Petri præ ceteris invecti, Regem in Scociam non ſunt ſecuti. Profectus eſt igitur Rex, à tribus Comitibus tantum comitatus, Comite videlicet Glouverniæ, Comite Warenniæ, & Comite Cornubiæ, qui vocatur Petrus. Alii tamen barones & milites, & peditum turba copioſa Walenſium & Anglicorum, qui animum ad quæſtum habebant intentum, Regem eveſtigiò ſequebantur ad bellum. Revera, ut dicebatur, ſimulatum erat hoc Regis opus & fictum. Non enim acceſſit rex finaliter in Scociam, ut Robertum de Brutz expugnaret, ſet ut mandatum Regis Franciæ caute declinaret. Mandaverat enim Rex Franciæ Regi Angliæ, ut pro terris, quas in partibus tranſmarinis ab ipſo tenebat, veniret ſibi, ut domino ſuo, fidelitatem facturus, [1] ut pro eiſdem terris debita & conſueta ſervicia ſimiliter impenſurus. Set timuit Rex. conniciebat pro certo, quod, ſi, ad mandatum Regis Franciæ explendum, accederet, Petro ſuo in Anglia, inter inimicos ſuos dimiſſo, mors, carcer, vel ſiquid deterius eſt, forſan eveniret. Talia prædicabantur in populo. ſi vera vel falſa ſint, Deus [2] ſcit, neſcio.

Intravit rex autem Scociam cum exercitu ſuo, nullusque ei [3] rebellis inventus eſt, qui vel Regi manum apponeret, vel hominibus Regis inſidias pararet, niſi forſan contingeret, aliquos de exercitu cauſa foragii vel prædæ capiendæ longius abſcedere. Tunc enim Robertus de Brutz, qui in inſidiis ſemper latebat, omne

1 *F.* et. 2 Sit, *MS.* 3 Rebellus *MS.*

ma-

malum, quod poterat, eis inferebat. Nam quadam die, A. D.
dum ſic quidam Anglorum & Walenſium, qui parati 1311.
ſunt ad prædam, cauſa deprædacionis exiſſent, necnon & equites quamplurimi ſimul cum eis pro tutela ab exercitu diſceſſiſſent, ſubito ſupervenerunt homines Roberti de Brutz, qui in ſpeluncis & locis nemoroſis latuerant, ac gravem inſultum noſtris hominibus dederunt. Videntes autem equites noſtri, quod [1]eis ſuccurrere non poſſent, horrendo clamore ad exercitum reverſi ſunt, ſtatimque proſilierunt omnes ad arma, & ad ſuccurrendum ſuis, inter hoſtes relictis, unanimiter properabant; ſet ſera fuit defencio, quam noſtrorum præceſſit occiſio. Nam *ſero ſeram ponis ſtabulo poſt furta latronis.* Antequam enim milites noſtri venirent, trucidati ſunt de Walenſis & Anglicis uſque ad [2] trecentum animas, hoſteſque reverſi ſunt ad ſpeluncas ſuas.

Ex talibus inſidiis frequenter invenerunt homines noſtri multa mala. Robertus enim de Brutz, ſciens ſe tam ex viribus, quam ex fortuna ſua, Regis Angliæ imparem, decrevit ſibi magis expedire, contra Regem noſtrum arma latenter movere, quam in bello campeſtri de jure ſuo contendere. Revera dominum Robertum de Brutz affectarem laudibus extollere, niſi reatus homicidii, & nota prodicionis cogerent me tacere. Reatus autem excludit omnem honorem. Verumtamen quo jure Regnum Scociæ ad ſe pertinere contendit, in brevibus apparebit. poſt finem Alexandri, Regis Scociæ, in dubium venerat, quis ei deberet ſuccedere? erantque duo vel tres, quorum quilibet ſe verum & proximum heredem aſſeruit, ſet, ex decreto magnatum utriuſque regni, [3] Johannes de Baillol [4] & proximus

1 Ei *MS.* 2 *Sic, pro* tercentum, *niſi* trecentas *malis.* 3 Johannis *MS.* 4 *F.* ut proximus.

A. D. 1311. heres Alexandro ſucceſſit, quem Rex Angliæ, debita ſervicia negantem, & fidem non ſervantem, regno privavit, receptiſque fidelitatibus & homagiis à magnatibus illius terræ, regnum in brevi totum occupavit. Porro, Johanne de [1] Bailiol excluſo, Robertus de Brutz, Comes de Carryk, jus ſuccedendi, ad ſe devolutum, viſus eſt vendicare, ac diadema ſibi imponens, contra Regem & dominum ſuum, cui fidelitatem præſtiterat, cervicem cœpit erigere, quem Rex Edwardus cum exercitu ſuo diu perſecutus eſt. Set capto Willelmo Waleys, [2] Symone Fryſel, Johanne de Arſeles, & aliis quampluribus, hic ſolus evaſit, &, mediante probitate & induſtria ſua, decreto Regis noſtri ſuo tempore ſubici non potuit. Hic alter Æneas, à captivitate Trojana ſolus effugiens,

Laudibus Æneæ, niſi crimina nota necarent,
Attolli meruit, ſet eas mala tot macularunt.

Perhendinavit itaque Rex in Scocia per totam hiemem, & uſque ad Nativitatem Sancti Johannis Baptiſtæ, & Caſtra ſua ex omnibus neceſſariis muniri fecit & reſtaurari. Circuivitque per Civitates, villas & Caſtra, & omnium optinuit municiones. Robertus autem de Brutz ſtetit à longe, ut videret finem. Non enim in tali vicinio videbatur ſibi locus eſſe ſecurus, ſet ſemper, apropinquante exercitu, tenebat loca montana in via aquoſa, ad quæ non poterat talis exercitus faciliter pervenire. Et certe, quamvis Rex Angliæ tam brevi manu per ſeptennium Scociam obſideret, [3] Robertum de Brutz ſuo carceri nequaquam manciparet. Verum occupatus erat rex circa duo, unum circa expungnacionem Roberti de Brutz, in quo [4] remiſſus

1 Boiliol *MS.* 2 Symon *MS.* 3 Roberto *MS.* 4 *Malim,* remiſſius.

age-

agebat, pro eo quod major pars Baronum Angliæ ad istud negocium non ferebat auxilium: aliud erat circa retencionem Petri de Gavestoñ, ad cujus expulsionem & exilium omnes fere Barones Angliæ unanimiter laborabant. In hiis duobus Rex, anxius & satis afflictus, unum ob aliud non est consecutus. Versus: A. D. 1311.

Nam [1] *qui binas lepores una sectabitur hora,*
Uno quandoque, quandoque carebit utroque.

Quæret autem aliquis, unde tantam indignacionem baronum meruerat Petrus? quæ causa odii, quid seminarium iræ & invidiæ exstiterit, vehementer forsan admirabitur, cum in omnium fere magnatum domibus optentum sit hodie, ut unus aliquis de familia dominicæ dileccionis gaudeat prærogativa. Sane ut reprobacio unius alios instruat, & ruina reprobati ad aliorum cedat documentum, causas odii & invidiæ pro posse meo curabo exprimere.

Hic Petrus, à Wasconia oriundus, filius fuit cujusdam Militis, Regis Edwardi senioris quondam familiaris. Dum autem Edwardus Junior ad huc esset princeps Walliæ, dictus Petrus armiger juvenis in familiarem domus ejus assumptus est, & grata [2] exhibicione obsequiorum apud dominum suum summi favoris apicem optinuit in brevi. Et, ut paucis verbis multa concludam, Rex noster, cum, mortuo patre suo, regnum Angliæ jam esset adeptus, Petrum de Gavestoñ Comitem fecit Cornubiæ; set Petrus, jam Comes Cornubiæ, olim se fuisse Petrum & humilem armigerum noluit intelligere. Nullum suum comitem, nullum suum parem reputabat Petrus, nisi solum Regem. Re-

1 *Perinde ac si per* e *scriptum esset, efferebant. Cujusmodi pronunciationem & alibi itidem observare est.* 2 Exhibucione *MS.*

ve-

A. D. 1311. vera wltus ejus majorem reverenciam exigebat, quam Regis. Erat igitur baronibus faſtus ejus [1] intollerabilis, & prima cauſa odii ſimul & rancoris. Nam wlgariter dicitur:

Si tibi copia, ſi ſapiencia, formaque detur,
Sola ſuperbia deſtruit omnia, ſi comitetur.

Credo igitur & conſtanter teneo, quia ſi Petrus ab inicio prudenter & humiliter erga magnates terræ ſe geſiſſet, nunquam eorum aliquem ſibi contrarium habuiſſet. Erat enim cauſa odii ſecundaria hæc, quod, cum ab antiquo omnibus [2] deſiderabile exſtiterit habere graciam in oculis Regum, ſolus Petrus graciam & wltum hillarem Regis habuit & favorem, in tantum, ut, ſi Comes vel baro, colloquium habiturus cum Rege, Cameram Regis intraret in præſencia Petri, nulli Rex verba dirigebat, nulli faciem hillarem oſtendebat, niſi ſoli Petro. Et revera ex talibus frequenter oriri ſolet invidia. Sane non memini, me audiſſe, unum alterum ita dilexiſſe. Jonathas dilexit David, Achilles Patroclum amavit, ſet illi [3] modum exceſſiſſe non leguntur. Modum autem dileccionis Rex noſter habere non potuit, & propter eum ſui oblitus eſſe diceretur, & ob hoc Petrus malificus putaretur eſſe.

Cauſa autem, quare à Comitatu Cornubiæ nitebantur eum expellere, fuit hæc. Dominus Edwardus Rex ſenior uni ex filiis ſuis, Thomæ vel Edmundo, Comitatum Cornubiæ contuliſſe decreverat; ſet mors amara præveniens, factum, quod erat conveniens, fecit inperfectum. Unde barones, junioris Regis ingratitudinem videntes, quia ignotum noto, extraneum germano, & advenam incolæ, conabatur præferre, domi-

1 *Sic.* 2 Deſiderabilem *MS.* 3 Modus *MS.*

num

num illegittimum, Comitem ſuperbum velle conſilio prævium, niſi ſunt mittere in exterminium. Hiis maxime de cauſis excitata erat contra Petrum indignacio baronum, & Petrus nihilominus magnanimus, tumidus & elatus permanſit. Set vereor, ne ſuperbia in ruinam & præcipicium ipſum devolvat. Scriptum eſt enim, *ante ruinam exaltabitur cor, ille, qui in altis habitat & humilia reſpicit, ſuperbiam ſuper omnia deteſtatur.* Hæc Luciferum, miræ claritudinis [1]Angelum, ad yma dejecit. Hæc reginam Vaſti à ſolio regni ſimiliter abjecit. Nec mirum, ſi in ſuperbia ſua nec Deo nec homini foret acceptus. Nam in ſuperbia & in abuſione ſublimes oculos diſtorquens in faſtum, quadam pompoſa & ſupercilioſa facie deſpexit univerſos, & omnia quaſi pro imperio agens, magnates terræ, quibus [2]neceſſarius eſſe non potuit, quin eorum auxilio magis indigeret, vix aliquando & indignantiſſime reſpexit. Et certe in filio Regis ſatis eſſet intollerabile ſupercilium, quod prætendit. Publice tamen ſcitur, quod non erat filius Regis, nec regalem proſapiam quicquid attingens.

A.D. 1311.

[3]Imminente feſtivitate Sancti Johannis Baptiſtæ, conveniunt Londoniis ordinatores, quibus anno præterito commiſſa fuit poteſtas ordinandi, corrigendi & ad meliorem ſtatum reducendi, ſiquid contra leges regni, vel in commune diſpendium, fuiſſet attemptatum. Poteſtas enim eorum limitem habuit proximum futurum feſtum beati Michaëlis. Ut ergo, antequam expiraret eorum jurediccio, ſtatuta & ordinata per eos in publicum venirent, vocaverunt dominum Regem, & alios magnates terræ, ut coram eis recitata vel infirmarentur vel approbarentur. Quod enim omnes tangit, ab omni-

1 Angelorum, *MS.* 2 Neceſſariis *MS.* 3 Iminente *MS.*

bus

A. D. 1311. bus debet approbari. Receſſit igitur Rex à Scocia, & venit Londonias, & apud fratres prædicatores hoſpicio ſe recepit. Cum quidam autem procerum moram facerent, ſine quorum præſencia res expediri non poſſet, dominus Rex ſacra loca viſitare Cantuariam proficiſcitur, ac demum circa finem menſis Auguſti revertitur.

Omnibus itaque, quorum intereſſe [1] vertebatur, adunatis, profertur in medium labor annalis, & capitula ſingillatim recitantur, & Regis conſiliariis copia porrigitur. Rex autem de conſilio ſuo quædam ſibi incommoda, quædam in odium ſuum adinventa proteſtatur, & ſe hiis aſſenſum præbere non teneri arguit & cauſatur, cum in Commiſſione conceſſa regia mageſtas fuiſſet [2] excepta. Sciebant tamen barones, Regis excuſaciones frivolas eſſe & fictas, & ad exquirendas dilaciones ſemper intentas, unde & ipſi viriliter inſtabant, & cum omnium [3] incomodo Regis magis commodum compenſabant. Fuit autem, inter ordinaciones illas, una quædam, quæ magis, inter ceteras, Regem affligebat, videlicet expulſio Petri de Gaveſton̄ & ejus exilium; ſet Rex ad hoc nullo ſenſu inclinari potuit vel induci. Ut tamen baronibus ſatisfaceret, hoc offerebat. *Quacunque* (inquid) *ordinata ſunt, quæcunque ſtatuta, quantumcunque in meum privatum incomodum redundent, ad peticionem veſtram valeant atque perpetuo ſubſiſtant. verum à perſecucione fratris mei Petri deſiſtatis, & Comitatum Cornubiæ habere permittatis.* Hoc ſæpe & ſæpius petebat ſic Rex, nunc illos blandiciis palpans, nunc autem minas adiciens; ſet barones viriliter inſtabant, plurima allegantes, ut fideles Regis Regi con-

1 *F.* videbatur. 2 Eccepta *MS.* 3 *Sic.*

ſu-

ſulentes, ac demum, quaſi uno animo & una voce, hoc in calce ſermonis adiciebant, quod autem Petrus juxta arbitrium ordinatorum exilium ſubiret, aut unuſquiſque de capite proprio defendendo ſibi conſuleret. Videntes igitur hii, qui de conſilio Regis erant, quod, ſi dominus Rex ordinatorum decretis & placitis non acquieſceret, turbaretur regnum, & pacis ſequeretur exilium; ſcientes eciam, quod civile bellum nunquam finem habuiſſet acceptum, de quo bellum de Lewes manifeſtum reliquid exemplum, & bellum de Eueſham æternam ſervabat memoriam, in quo pro tempore juſticiæ nobilis ille Comes Leyceſtriæ Symon occubuit; conſiderabant eciam, quam dura inter Regem & barones ſuos, & quam periculoſa foret diſſencio, quod tocius terræ ſequeretur deſolacio, quod inter dubios eventus vix evitaretur Regis capcio, &, ſicut Roboam, qui, conſilium ſeniorum reſpuens, conſilio Juvenum adhæſit, incaute ſolio forſan privaretur & regno: Hæc & hiis ſimilia conſiderantes, qui conſulares Regis eſſe dicebantur, attencius inſtare cœperunt, pro regno, pro populo, pro [1] ſemetipſo Regem interpellantes, quatinus ſuorum [2] dignaretur acceptare conſilium, inevitabile proteſtantes evenire periculum, quod ſibi & ſuis perpetuum afferret obprobrium, niſi decretis baronum aſſentiret, niſi ordinaciones eorum ſine fraude concederet. A. D. 1311.

Rex igitur, ſuorum monitis & precibus inductus, ordinaciones, proviſiones & ſtatuta, quocunque nomine cenſeantur, pro ſe & ſuis ſucceſſoribus inviolabiliter & imperpetuum rata teneri conſencit. Directa eſt igitur copia ordinacionum ſub magno ſigillo ad quemlibet comitatum, & ibidem publice proclamantur, & ab

1 *F.* ſemetipſis. 2 Digneretur *MS.*

A. D. 1311. omnibus proclamari præcipiuntur. Quas hîc ideo interſerere nolui, quia ſeriem hujus materiæ [1] reſcinderem, vel faſtidium legentibus [2] auferrem; ſet ſiquis eas ſibi dixerit ignotas, inter alia ſtatuta ſuo loco reperiet inſertas. Verum quia ordinacio illa, quæ Petrum de Gaveſton̄ ejecit ab Anglia, [3] pluribus q; inter alias magis videbatur accepta, (inſpicientes enim ordinaciones, ſtatim ad illam recurſum habebant, cum tamen in ordine prima non eſſet, ſet decimum vel ulteriorem locum optineret) & ut, ipſa ordinacione perlecta, manifeſte appareat ipſius exilii cauſa, iccirco in hac meæ narracionis ſerie (quia multum concordat materiæ ſtatutum illud) de verbo ad verbum, prout fuerat in audiencia publicatum, interſerui ſub forma, quæ ſequitur:

Quia notum eſt, & per examinacionem prælatorum, comitum, baronum, militum, & aliorum bonorum & legalium hominum regni, repertum, quod Petrus de Gaveſton̄ dominum Regem male duxit, domino Regi male [4] *conſuluit, & ipſum ad male faciendum deceptorie & multiformiter induxit, contractando ſibi totum theſaurum Regis, quem eciam extra regnum elongavit, attrahendo ſibi homines, qui ſecum morarentur, contra omnes gentes, & per theſaurum Regis, quem ſic adquiſivit, de die in diem dominando ſupra ſtatum Regis & coronæ, in deſtruccione Regis & regni:*

Specialiter elongando cor domini Regis à ſuis legiis hominibus, conſilia eorum deſpiciendo, bonos miniſtros legem facere non permittendo, & bonos miniſtros amovendo, tales autem de ſua familiaritate, tam alienigenas quam alios, conſtituendo, qui ad ſuum præceptum & velle juſticiam offendunt le-

1 Reſcindere, *MS.* 2 *F.* afferrem. 3 *Id eſt*, pluribuſque. *Sed existimarem, vel* que *delend. eſſe, vel potius*, pluribus quam aliæ, *reponend.* 4 Conſiluit, *MS.*

gem

gem terræ. *Acceptando terras & tenementa, contra ſuum homagium, de Corona, nedum ante ordinaciones, ad profectum Regis & regni, ab ordinatoribus conceſſas, ſet eciam poſt contra dictorum ordinatorum proviſiones & decreta.* A. D. 1311.

Suſtinet eciam prædones & homicidas, ipſiſque cartas domini Regis de pace adquirit, & ſic aliis malefactoribus magis delinquendi præbet audaciam. Conducit Regem in terram guerræ, ſine communi conſenſu ſuorum baronum, in periculum Regis & deſtruccionem regni: Albas cartas ſub magno ſigillo Regis facit conſignari, in capcionem & exheredacionem Regis & Coronæ; & callide, falſe & proditorie fecit hæc omnia prædicta, in magnum [1] *dedicus & dampnum regni, exheredacionem coronæ, in deſtruccionem populi multimode.*

Inſuper habentes reſpectum ad facta nobiliſſimi Regis, patris domini noſtri Regis qui nunc eſt, edicto dictus Petrus regnum Angliæ abjuravit & exulavit, qui & voluit, quod dominus noſter Rex, filius ſuus, pro omni tempore ſocietatem illius abjuraſſet.

Inſpicientes eciam, quod poſt ea, communi aſſenſu tocius regni pariter & Regis, proſpectum erat, quod Petrus idem regnum evacuaret & evacuavit, & quod per communem aſſenſum non rediit, ſet duntaxat per conſenſum aliquorum, qui ſub condicione, ſi poſt regreſſum ſuum bene ſe gereret, ad hoc conſenciebant; et nunc certiſſime repertus eſt male geſſiſſe:

Quamobrem, & propter ſua malefacta prædicta, & propter alia, quæ veriſimiliter domino Regi & populo contingere poſſent, & ad bonam concordiam inter dominum Regem & ſuos ſubditos nutriendam, & multimodas diſcordias & pericula evitanda, Nos ordinatores, ut ordinatores, & virtute dictæ Commiſſionis regiæ, conceßimus, quod Petrus de Gaveſton, tanquam publicus hoſtis Regis & regni, à regno penitus

1 *Sic.*

A. D. 1311. *eiciatur & exuletur, nedum ab Anglia, ſet eciam Wallia, Scocia, Hibernia, Waſconia, & ab omni terra, tam ultra mare quam citra mare, dominacioni Regis Angliæ ſubjecta, pro omni die & ſine reditu. Et quod citra feſtum Omnium Sanctorum proxime futurum regnum Angliæ, & [1] omne regnum domū relinquat & penitus evacuet, & portum apud Dovere ſibi damus in forma prædicta: Nec liceat ſibi alibi terram exire, vel in alio ſinu maris portum arripere. Et ſi dictus Petrus in regno Angliæ, vel alibi in dominio Regis noſtri, ultra ſtatutum diem faciat moram, extunc [2] faciat de ipſo, tanquam de inimico regni Regis & populi. Et quicunque contra hanc ordinacionem venerit, ad tardacionem dicti exilii, fiat de ipſis prout viſum fuerit expedire, cum ſuper hoc fuerint convicti.* Et Petri quidem exilium ex decreto ordinatorum ſic erat.

Poſt feſtum Omnium Sanctorum, quia rex ordinacionibus baronum ſtare juraverat, Petrum in exilium ire diſpoſuit, quia in brevi ſatis competenter ſibi providere propoſuit. Antequam tamen Petrus terram Angliæ egrederetur, de conſilio quorundam, qui parti ſuæ adhærebant, litteras Regis bonæ converſacionis & fidelitatis teſtimoniales à Rege impetravit & optinuit, & hiis litteris Rex ſigillum ſuum appoſuit, & multi magnates ſimiliter fecerunt, qui magis reprehenſione digni quam ex hoc facto laudandi fuerunt. Inter quos Comes Glouceſtriæ Gilbertus juvenis & precibus Regis inductus prædictis litteris teſtimonium præbuit. nam & illas ſigillo ſuo roboravit, ſet poſtea ſaniori ductus conſilio, & prætextu minoris ætatis excuſatus, errorem ſuum revocavit, & impreſſionem ſigilli ſui à litteris illis extorſit.

---

1 *F.* omne regni dominium. 2 *F.* fiat.

Pe-

Petrus igitur, tali teſtimonio munitus, clam, propter adverſarios, ſeceſſit in Flandriam, omni fere populo ignorante, ad quas partes divertiſſet. Poſt hæc Comites, juxta ordinaciones domini Regis ulterius diſponere volentes, complices & fautores Petri à Curia Regis, ſub pœna incarceracionis, recedere decreverunt, ne & ipſi animum Regis, ad revocandum Petrum, de cetero inſtigarent. Ad hæc, rex, ultra modum commotus, quod nec unum familiarem juxta proprium votum retinere ſibi liceret, ſet, ſicut providetur fatuo, tocius domus ſuæ ordinacio ex alieno dependeret arbitrio, in odio Comitum revocavit Petrum, per animam Dei jurans ex ſolito, quod libere proprio uteretur arbitrio. A. D. 1311.

Et Petrus quidem, ad regis mandatum, ſtatim reverſus eſt in Angliam, quia Regem Franciæ ſuſpectum habebat per Flandriam. Set quamvis periculoſa ſibi foret Francia, periculoſior futura ſibi fuit Anglia. Evenit enim ſibi quod quidam ait:

Incidit in Scillam cupiens vitare Caribdim.

Reverſus igitur Petrus caute ambulabat, & nunc in Camera Regis, nunc apud Walyngford, nunc in Caſtello de Tyntagel latere putabatur.

Cum autem appropinquaret Natale Domini, dominus Rex & Petrus ad partes boriales ſunt profecti, & apud Eboracum facta natalicia celebrarunt. Et dominus rex ſtudioſe indies cum omni conſilio ſuo de ſtatu Petri & pace tractabat. & quia non erat Petro tutus locus in Anglia, Hibernia, Wallia, Waſconia, nec Francia, de mora Petri tractare diſpoſuit in Scocia, donec impetus baronum ceſſaret, vel Petro decencius & alibi provideret; ſet inane ſtudium vix habuit inicium. Cum enim Robertus de Brutz de fidelitate Petro ſervan-

A. D. 1311. vanda,& condicione pacis, requireretur & invitaretur; cum eciam ſibi multa [1] offerrentur, ac demum [2] ipſum Regem Scociæ tranquille & imperpetuo domino Roberto promitteretur, hoc modo regis mandato fertur reſpondiſſe: *Quomodo Rex Angliæ pactum michi ſervaret, qui legiis ſuis hominibus, quorum fidelitatem & homagia recepit, quibus eciam mutuo fidem ſervare tenetur, promiſſa eciam juramento vallata non cuſtodit? Non eſt adhibenda fides homini tam vario, non me decipiet ſua promiſſio.* Sic caſſata ſpes regia, ſic eluduntur Regis promiſſa.

A. D. 1312. Audientes autem Comites, & pro certo jam ſcientes, quod rediiſſet Petrus; videntes autem, quod non procederet ordinacio, quam ſtatuerant, circa eum congregati ſunt cum [3] Primate ſuo Roberto [4], Cantuarienſi Archiepiſcopo. Et primas [5] quidem, ſicut erat, ſpiritu fervens, & pacem regni zelans, gladium ſuum arripuit, & Petrum anathemate percuſſit, ut ſic, lata ſentencia, evacuaretur gracia. Nam qui juſte ligatur, raro efficaciter operatur. Et barones ex parte ſua non minus laborant, ad quærendum remedia, fueruntque ad [6] defenſionem ordinacionum principaliter intenti, & invicem jurejurando ſimiliter aſtricti, Comites ſubſcripti, Thomas Comes Lancaſtriæ, Adolmarus Comes Penbroke, Humfridus Comes [7] Herfordiæ, Edmundus Comes Darundel, & Guydo Comes Warewyke. Hii quinque Comites, armis ſtrenui, genere præclari, & copioſa armatorum multitudine vallati, circa capcionem Petri unanimiter conſultant. Quid autem in illo conſilio fuerit decretum, vel quibus inſidiis molirentur in Petrum, diu quidem latuit: ſet quid ibidem

1 Offerentur, *MS.* 2 *Sic.* Fore *autem, aut quid ſimile, ſubintelligendum eſt.* 3 Primato *MS.* 4 *Winchelſey.* 5 Quid, *MS.* 6 Defencionem *MS.* 7 *Sive* Herefordiæ.

actum

actum fuerit, ex poſt factis ſatis apparuit; & caute quidem & provide actum, ut ita lateret eorum propoſitum, ne divulgata intencio immunem præſtaret [1] inicio. Seceſſerunt igitur Comites ab invicem unuſquiſque in viam ſuam, & Comes Glouverniæ, quamvis in hoc propoſito ſocius non eſſet, ratum tamen habere promiſit, quicquid Comites facerent, quicquid in hac expedicione diſponerent. Comes autem Lancaſtriæ ad partes boriales ſe tranſtulit, & ceteri Comites, ne, ex viſu armorum, terreretur provincia, fecerunt per diverſa loca proclamari torneamenta, ut, ſub tali prætextu, colligerent, quos ſibi neceſſarios [2] eſſe, & ſic moverunt ſe de loco ad locum, donec tranſſirent Eboracum, & Comes Lancaſtriæ circa ſolis occaſum aggreſſus eſt iter ſuum. A. D. 1312.

Sic Thomas de nocte volat, ſub luce moratur,
Ut lateat, modicum curſum ne fama loquatur,

& hac cautela viſus, ad novum Caſtrum ſubito venit & inproviſus, niſi dextrarii & magni Caballi ipſius Petri, vel verius domini Regis, morabantur. Erat eciam ibidem copioſa multitudo armorum, in quibus erat [3] fiducia Petri defendendi & reſiſtendi ſe. Set hæc omnia cepit Comes, &, cuſtodibus ejectis, ſuis hominibus & hæc omnia cuſtodienda mandavit, ut regis erant fideliter reſtituerentur & Regi.

Accidit itaque modicum poſt hæc, ut dominus Rex & Petrus ab invicem ſepararentur. unus apud Scardeburghe, alter apud Knaresbrugg morabatur. Quod cum perpendiſſet Comes Lancaſtriæ, diſpoſuit ſe in medio eſſe, ne unus ad alterum poſſet habere regreſſum, & ceteri Comitum interim obſiderent Petrum. Cum

1 Innicio *MS.* 2 *Subaudi*, exiſtimarunt. 3 Fudicia *MS.*

igi-

A. D. 1312. igitur videret Petrus obsidionem jam cœptam, auxilium Regis interceptum, castrum victualibus destitutum, & socios minus sufficientes ad bellum, misit ad Comitem Penbrokiæ, se reddere volens sub condicione, & erat condicio hæc, videlicet, quod dictus Comes Petrum usque ad gulam [1] Augusti servaret illæsum, &, si placeret ei quod interim Comites disponerent, bene quidem, sin autem, restitueretur in pristinum statum, s. ad Castrum, unde exierat, & ad sororem, quam prius [2] reliquerat.

Comes autem, de hac capcione gavisus, sociis inconsultis, immo ex proprio capite sumpto consilio, cepit Petrum, & placuit condicio, & ad Petrum servandum sub forma prædicta obligavit Regi terras & tenementa. Nam & hujus rex conscius erat, quia de consilio Regis res ipsa prodierat. Speravit enim ante prædictum terminum sufficiens præstare Petro subsidium. Quia, si Petrus exspectasset Augustum, ad libitum (ut dicitur) rediisset arbitrium. Nam papa & Rex Franciæ ordinassent remedium. quia Rex Angliæ donasset Wasconiam eis in feodum.

Comes igitur Adolmarus cum vinculato suo Petro recessit à borea, ad [3] Angliæ tendens interiora, & cum circiter quinque dietas, vel amplius, peregisset, tandem in [4] Comitatum Northamtonienſem deveniens, vocato Petro, dixit, *fatigatus es ex itinere, & opus esset tibi recreacione. Est autem hîc juxta villa modica* [5], *locus amœnus & ampla ædificia. Ego vero* [6] *quædam negocia ad tempus recedam, ibidem morare donec veniam.* Et Petrus, quod Comes optulit, gratanter accepit, & misit eum

---

1 *Id est*, primum Augusti. *Vide Glossar. nostrum ad Roberti Glocestrienſis Chron. pag.* 679. 2 Relinquerat *MS.* 3 Angliam *MS.* 4 Comitatu *MS.* 5 Daddington *scilicet.* 6 *F.* circa quædam.

ad

ad dictam villam cum cuſtodia, ſet non vidit Comes Petrum amplius in Anglia. A.D. 1312.

Cum autem didiciſſet Comes Warewykye omnia, quæ agebantur circa Petrum, accepta manu valida, accita eciam tota patria, clam tendit ad locum, ubi cognovit eſſe Petrum, et valde mane una Sabbatorum veniens ad villam, intravit portam curiæ, & circumdedit Cameram. Exclamavit autem Comes voce magna, *ſurge, proditor, captus es.* Et Petrus audiens Comitem, videns eciam manum Comitis ſuperiorem, & cuſtodiam, cui deputatus, non reſiſtentem, induens veſtimenta ſua, deſcendit de Camera. Capitur igitur Petrus, & non ſicut Comes, immo ſicut latro producitur. Et qui ſolebat Palfridos aſcendere, jam pedes cogitur ire.

Cum autem tranſſiſſent à villa ad modicum, juſſit Comes præberi Petro jumentum, ut eo velocius maturaret iter [1] ſuum. Et Petrum ſequebantur cornua tonancia, populus clamans, & vox horrida. Jam Petrus depoſuit cingulum miliciæ, ſicut fur & proditor tendit Warewykye, & ibidem veniens, mittitur in Carcerem. Modo ſuis vinculis Petrum ſubjugavit, quem *canem Warewyk* Petrus appellavit.

Et Petrus quidem ſervabatur in Carcere, oracio autem fiebat ſine dilacione ab Adolmaro Comite ad Barones pro eo. Statim enim ut cognovit, captum eſſe Petrum, acceſſit ad Comitem Gloverniæ plorans & orans, quatinus injuriam ſibi illatam vindicaret, et Petrum omnimodo ſibi reſtitueret. Addidit eciam, quod, niſi Comes ſuccurreret, obprobium ſempiternum ſubiret, & terras, quas obligaverat, amitteret. Et Comes Gloverniæ ita fertur reſpondiſſe: *Domine Comes, inju-*

1 Suum & Et Petrum *MS.*

A. D. 1312. *ria, tibi illata, Comiti Guydoni non eſt imputanda. Quod enim fecit, conſilio & auxilio noſtro fecit, & ſi, ut tu dicis, terras tuas obligaſti, ipſas utique perdidiſti. Nichil ergo ulterioris reſtat conſilii, niſi ut diſcas, aliâs caucius negociari.*

Comes autem, ut vidit, preces ſuas ſic eſſe repulſas, confuſus abceſſit, & venit apud Oxoniam, congregatæ univerſitati clericorum oſtendit cauſam ſuam, & tranſcriptum obligacionis legi fecit coram omnibus clericis & burgenſibus ſimiliter adunatis, depoſuit querelam ſuam coram eis, ut vel ſic ad recuperandum Petrum conſilium communicarent & auxilium, vel ut juſticiam ſuam oſtenderet, nequis forſan de ſe aliter præſumeret. Habebatur enim apud quoſdam ſuſpectus, quaſi in capcione Petri tam durum peccatum dolo confirmaſſet, ut Petrum facilius morti traderet, quem longa obſidione forſan non cepiſſet. Set nec clerici nec burgenſes rem, ad ſe non pertinentem, tractare vel attemptare curabant.

Altera autem die, non longe poſt capcionem Petri, reliqui Comites Warewykye conveniunt, & de morte Petri tractantes, ſic tandem diffiniunt, quod, propter affinitatem Comitis Gloverniæ, nec ut fur ſuſpenderetur, nec ut proditor protraheretur, ſet ſicut nobilis & Civis Romanus capitalem pœnam pateretur. Comes autem Warewykye acutum nuncium emiſit ad Petrum, mandans ei, ut conſuleret animæ ſuæ, quia hæc foret dies ultima, quam viſurus eſſet in terra. Et nuncius accelerans mandatum, ſtatim acceſſit ad Petrum. *Conſule*, inquid, *tibi, domine, quia morte morieris hac die.* Et Petrus ubi nomen mortis audivit, modicum ſuſpirans, ingemuit:

O! inquit, *ubi ſunt dona mea, quibus tot familiares amicos acquiſieram, & quibus poteſtatem ſufficientem habuiſſe*

habuiſſe putaveram? Ubi ſunt amici mei, in quibus erat A. D.
[1]*fiducia mea, corporis tutela, & tota ſalutis ſubſtancia, quo-* 1312.
rum juventus valida, probitas invicta & virtus ad ardua ſemper accenſa? qui eciam in bello pro me ſtare, carcerem intrare, & mortem promiſerant non vitare? Certe ſuperbia mea, elacio (quam nutrivit eorum una promiſſio) Regis favor, & Regis Curia duxerunt me in hæc tædia. Non habeo ſubſidium, vacat omne remedium, fiat voluntas Comitum.

Circa horam terciam educitur Petrus de carcere, & Comes de Warewyk Petrum vinculatum reliquid Comiti Lancaſtriæ, & Petrus ut Comitem illum vidit, procidens in terram, oravit, dicens: *generoſe Comes, miſerere mei.* Et Comes, *tolle*, inquid, *tolle eum, per Deum perducetur.* Et qui viderunt, lacrimas continere non potuerunt. Quis enim continere ſe poſſet, cum videret Petrum, nuper [2]glorioſe militantem, nunc autem miſericordiam in tam flebili fine petentem? Eductus Petrus de Caſtro, properavit ad locum, ubi paſſurus erat ſupplicium, & ceteri Comites ſequebantur à longe, ut viderent finem, niſi quod Comes Guydo remanſit in Caſtro ſuo.

Cum autem veniſſent ad locum, qui **Blakelowe** dicitur, pertinens ad Comitem Lancaſtriæ, miſſus quidam à Comitis latere, juſſit Petrum in prædicto loco remanere, & ſtatim, juſſu Comitis, traditus eſt Walenſibus duobus, de quibus [3]tus fodit hic corpus, amputavit [4]illos caput. Et nunciatum eſt Comiti, quod res ſic ſe [5]haberet. Ille autem non credidit, donec caput ipſe videret, & poſt rem ſic conſummatam reverſi ſunt Comites in viam ſuam. Fratres autem [6]Jacobini [7]collegerunt Petrum, & capud corpori conſuen-

1 Fudicia *MS.* 2 Glorioſa *MS.* 3 *F.* confodit. 4 *F.* ille. 5 Habere *MS.* 6 *Sive Dominicani.* 7 Colligerunt *MS.*

A.D. 1312. tes, detulerunt illud Oxoniam; ſet quia innodatus erat ſentencia, non ſunt auſi ſepelire corpus in eccleſia.

Exitus hic Petri, qui dum conſcendit in altum,
Labitur in nichilum, qui fuit ante nichil.

Ecce! Petrus, nuper in Aula Regis ceteris nobilior, nunc, propter inportunitatem ſui geſtus, juſſu Comitis Lancaſtriæ jacet [1] decollatus. Videant amodo curiales Anglici, ne, de regio favore confiſi, barones deſpiciant. Sunt enim membrum Regis principale, ſine quo nil grande poterit Rex aggredi vel conſummare. Ergo qui barones parvipendunt, Regem utique contempnunt, & læſæ mageſtatis ſe reos oſtendunt.

Set quare juſſu Comitis Lancaſtriæ occiditur Petrus magis quam aliorum Comitum, dubitabit aliquis inpoſterum? Sciat autem, in occiſione Petri Comites Angliæ arduum negocium aſſumpſiſſe, nec diebus noſtris aliquando ſimile contigiſſe. Occiderunt enim magnum Comitem, quem Rex adoptaverat in fratrem, quem Rex dilexit ut filium, quem Rex habuit in ſocium & amicum. Opus ergo erat, ut ille magnus eſſet, qui tale factum defenderet. Unde Thomas Comes Lancaſtriæ, ſicut omnibus generoſior, ita & ceteris potencior, periculum hujus rei in ſe aſſumpſit, & Petrum, poſt tria exilia, quaſi poſt tres moniciones legittimas, non obtemperantem, occidi mandavit.

Hic Comes Thomas dominum Regem in ſecundo gradu conſanguinitatis contingebat, ut pote qui ex duobus fratribus, qui primum faciunt gradum, deſcendebant, ex Rege ſ. Edwardo ſeniore & fratre ejus Edmundo Comite Lancaſtriæ. Mater ejus erat Regina Navariæ, & ſoror ejus Regina Franciæ, & filia ſoro-

1 Decolatus *MS.*

ris

ris ſuæ Regina nunc eſt Angliæ; ſic utroque parente regios habens natales, generoſior apparet quam ceteri Comites. Per vires patrimonii potenciam ejus attendere potes. Habebat enim quinque Comitatus in Anglia, videlicet Comitatum Lancaſtriæ, Leyceſtriæ & Comitatum de Ferers ex parte patris, Comitatum Lyncolniæ & Saresburiæ ex parte uxoris. Ecce! dominacio tot Comitatuum olim nobilium redigitur in unum. Poteſt nunc ſolus Thomas quod aliquando Comes Edmundus, dominus de Longeſpeye, dominus de Lacy & dominus de Ferers ſingillatim potuerunt. Nec credo, ducem vel comitem, ſub imperio Romano militantem, de terrarum proventibus tantum facere poſſe, quantum Thomas Comes Lancaſtriæ. A. D. 1312.

Poſt conſummacionem Petri, cum vox publica mortem ejus auribus ſingulorum inculcaſſet, lætata eſt terra, gaviſi ſunt omnes habitantes in ea. Confidenter dicam, mortem unius hominis, niſi gravaſſet rem publicam, nunquam antea tot & tantis gratanter acceptam. Gaudet terra, gaudent incolæ Petro mortuo pacem inveniſſe, ſoli familiares ejus, & maxime quos ipſe promoverat, mortem domini ſui ægre ferebant. Nam multa multis contulit, de Stabulo ad Cameram quoſdam aſcendere fecit, de quibus quidam militant, qui nunquam militaſſe decreverant, &, ut paucis multa concludam, de cauſa Petri gaudent omnes inimici, atque dolent pauci, niſi qui ſunt ejus amici.

Poſt tres pluresve dies conveniunt Wygorniæ prædicti Comites, ut de prædictis tractarent, & adverſus futura conſulerent. Sciebant enim, quod, cum res in Regis veniret noticiam, tanquam ob illatam ſibi injuriam, ſi liceret ei, procederet ad vindictam. iccirco caute & provide inter eos proſpectum eſt, quod, ſi pro-

A. D. 1312. proceſſum eorum jure [1] teneri non poſſent, ſaltem ſe & ſua armorum ſuffragiis unanimiter defenderent. Nam vim vi repellere lege permittitur, & quod quis ob tutelam ſui fecerit, jure feciſſe videtur.

Poſtquam notificatum eſt autem Regi, quod mortuus eſt Petrus, contriſtatus valde condoluit, & poſt modicum aſtantibus dixit, *per animam Dei, ut fatuus egit? Nam de conſilio meo ad manus Comitum nunquam pervenit.* [2] *Hoc eſt quod ſemper inhibui. Nam & quæ nunc facta ſunt, priuſquam fierent excogitavi. Quid ſibi fuit de Comite de Warewyk, quem conſtat Petrum nunquam dilexiſſe? Sciebam certe, quod ſi eum apprehenderet, de manibus ejus nunquam evaderet.* Hoc verbum Regis, leniter prolatum, cum tandem deveniret in publicum, plures excitavit [3] riſum. Set certus ſum, Regem ita doluiſſe de Petro, ſicut aliquando dolet pater de filio. Nam quanto magis procedit dileccio, tanto magis dolet infortunio. In [4] planctu David ſuper Jonatan amor oſtenditur, quem dicitur ſuper amorem mulierum dilexiſſe. Fatetur & ſic Rex noſter. ſuperaddit, dum mortem Petri vindicare diſpoſuit. Nam, accitis conſiliariis ſuis, quærit conſilium, quid ſuper iſtis foret agendum, ratum tamen habens propoſitum, illos deſtruere qui occiderunt Petrum. Et erat cum Rege comes Penbrokyæ, cujus intererat Comites debellare, et dominus Hugo de Deſpenſer apud Regem latuit, qui pluſquam Petrus forte demeruit. Henricus de Beamount ad huc eſt in Curia, qui, juxta ordinaciones, recedere debuiſſet ab illa. Edmundus de Manlee, & alii milites, qui nuper fuerunt Petri familiares. Hii ſiquidem Regem inſtigabant, ut ex fidelibus ſuis

Rex proponit vindictam.

1 *F.* tueri, *niſi malis* tenere. 2 Hec *MS.* 3 *F.* ad riſum, *niſi* pluribus *reponas.* 4 Plactu *MS.*

exer-

exercitum colligeret, & adverſarios ſuos audacter impeteret. Nam triumphum ſecure reportaret, ex quo pro jure ſuo legittime tractaret. Addunt eciam, infideles vincere non poſſe, quos conſtat domino ſuo fidem non ſervare, proteſtantes, à ſeculo inauditum ſimile delictum in aliquem Regem eſſe commiſſum, & cum pro quovis [1] crimine poſſit ſatisfieri, crimen læſæ mageſtatis non poterit purgari. Alii vero ſanioris conſilii, bene ſcientes futura [2] metiri, nullo ſenſu præbebant aſſenſum, ut Rex cum baronibus iniret conflictum. Nam ſi Rex caperetur, hoc foret abſurdum. Nec Regi proficeret [3] diſtruccio Comitum, maxime cum Robertus de Brutz jam totam Scociam occupaverat, & terram Northumbrorum ad tributum compulerit. plus expediret terram defendere, quam terræ defenſores velle deſtruere. Placuit tamen Regi prius conſilium, quia magis [4] feceſſit ad votum ſuum. Quod enim juxta velle conſulitur, frequenter apud homines magis acceptatur. Ad hoc eciam naturaliter Regem inducebat indignacio, quam contra Comites pro morte Petri conceperat. Magnanimitas in paucis experta, & ſuggeſtio malorum hominum nimis aſſidua. Nam hii, qui, poſt mortem Petri, ad Regem confugerant, guerram magis quam pacem procurabant. Timebant enim, quod, ſi Rex placitis baronum adquieſceret, hoc in dampnum eorum forſan redundaret. Semper enim trepidat, qui ſibi conſcius exſtat. A. D. 1312.

Certe adulatorum figmenta milites decipiunt, & ad finem deſperatum frequenter perducunt. Bene cum magnatibus ageretur, ſi verum à falſo diſcernerent, ſi ſimulaciones à vero judicio ſepararent. Set, neſcio

1 Crimior̄ *MS.* 2 Meturi, *MS.* 3 *Sic.* 4 *F.* ſe geſſit.

qua

A. D. 1312. qua depravacione naturæ, aures divitum delicatæ gracius acceptant mendacis linguæ blandicias, quam apertæ teſtimonium veritatis. Nam, juxta Poëtam,

Cum quis adulator facile [1] *placaverit aurem,*
Continuo cunctos ſuperat cum vera loquentur.

Hujus peſtis deteſtanda frequencia hodie nimis regnat in Curia.

Rex igitur noſter in ulcionem Petri quoſdam de baronibus inpugnare proponit. Nam Comitem Warewyk aut capite privabit, aut bonis confiſcatis perpetuo deportabit. Milites vocat ad arma, milites conducit in Caſtra, foreſtarios & ſagittarios congregat, pedites in expedicionem pugnæ venire procurat.

Interim autem barones & Comites ad parliamentum ſuum publico citavit edicto. Ipſi vero, propriæ ſalutis non inmemores, ad parendum Regis mandato hoc modo ſe præparant. Comes Lancaſtriæ mille loricatos, [2] mille' & quingentos pedites ſecum adduxit. Comitiva Comitis Herfordiæ turba Wallenſium vallata, ſilveſtris & fera, non erat vilis nec modica. Comes Warewykye homines ſuos de Arderne animoſos valde præparanter mandavit adeſſe, & ceteri barones, qui erant ex parte Comitum, unuſquiſque pro poſſe ſuo, communem vallavit exercitum, & ſic profecti ſunt ad parliamentum. venientes [3] ſunt' Londonias, non ſtatim acceſſerunt ad Regem, ſet nuncios ſuos provide miſerunt, qui adventum eorum domino Regi nunciarent, & cauſam vocacionis humiliter inquirerent.

---

1 Placuerit *MS.* 2 *Sic MS. Forſitan tamen non deſunt, qui abeſſe malint.* 3 *F. delend.*

Cum

Cum ergo didiciſſet Rex adventum Comitum, & formam adventus eorum, conſilium ſuum convocat, ut inſtans negocium conſulte diſponat, volens eciam inquirere, an cum Comitibus expediret congredi, vincere ſperarent [1]unde? Quidam vero, quibus de viribus utriuſque partis jam liquide conſtabat, conflictum ad præſens penitus diſſuadebant. Nam quicquid de Rege accideret, pars Regis ſine dubio periret, cum [2]Regis exercitum pars adverſa in duplo ſuperaret. Et hoc forſitan ad terrorem dicebant, quia pacem bello præferre volebant. Et erant eodem tempore cum Rege Lodowycus frater Regis Franciæ, & quidam Cardinalis, qui ſecum venerat de partibus tranſmarinis. Hii omnem opem & operam concordiam formandi cotidie inhibebant. A. D. 1312.

Comes autem Glouceſtriæ mediatoris partes ſuſtinuit, & Regem, de pace & concordia erga Barones ſuos habenda, frequenter convenit. *Amici tui ſunt*, inquid Comes, *quos inimicos vocas. Amici tui ſunt, quos inprudenter expugnas. In commodum tuum cedit, quicquid faciunt. Pro commodo tuo multa ſatis expendunt. Rex, ſi barones tuos deſtruis, honorem tuum certe contempnis. Nec tamen hoc pati tenentur, nec in aliquo delinquunt, ſi propria jura tuentur.* Et rex Comiti ſic reſpondit: *Non eſt, qui vicem meam doleat. Non eſt, qui pro jure meo adverſus iſtos contendat. Tu vero nepos meus, & dux meus, & notus meus, avunculum tuum deſeris, & adverſariis ejus amicum te facis. Proteſtor, amicos meos non eſſe, qui res meas & jus meum nituntur expungnare. Si michi jure Regio ſicut aliis Regibus uti liceret, non hominem exulatum ex quacumque cauſa de regia poteſtate ad pacem poſſem revocare? Hoc*

1 Unde. c. quidam *MS.* *Sed c. eſt plane de nihilo.* 2 Rege *MS.*

A. D. 1312. *jure propria ſua auctoritate me privarunt. Nam cui pacem conceſſeram, crudeliter necarunt. Et Comes Lancaſtriæ, michi proximus agnatus (cui poſſent ſufficere quinque Comitatus, licet aliena non raperet) apud Novum Caſtrum homines meos invaſit, & quæ mei juris ſecum aſportavit. quod ſi minor aliquis feciſſet, furti poſſet argui, & vi bonorum raptorum judicio recte condempnari. Et Comites, ad parliamentum vocati, in dedecus regis cum magno exercitu veniunt armati. Unde cum mea rapuerint, & homines meos occiderint, ſatis eſt veriſimile, quod michi nolunt deferre, ſet coronam rapere, & alium ſibi Regem præficere.* Et Comes, *Domine, ſi quid* [1] *in injuriam tuam Comites præſumpſerint, decet emendari, &* [2] *ſibi ſatisfacere fuerint parati. Merito debent reconſiliari. Eſt enim ſententia* [3] *vulgaris, ut nemo in admittenda ſatisfaccione ſit* [4] *difficilis. Expedit igitur, Comites prius conveniri, & amicabiliter de gravaminibus, per eos vobis illatis, interpellari, ut ex reſponſione eorum appareat, an jure vel injuria res finem* [5] *acceperit. Eſt enim apud omnes conſuetudo, ut lenia permittantur, quæ ſi non proficiant, aſpera ſubſequantur.*

Et annuit Rex. Acceſſit ergo Comes ille mediator ad Comites, & querelam Regis, ac cauſas injuriarum, ſeriatim expoſuit. Ipſi vero ſuper hiis conſulti, ita reſponderunt: *Nos domini Regis noſtri Angliæ barones, &, ſecundum poſſibilitatem humanæ condicionis, per omnia fideles, in privacionem juris regalis nichil præſumpſimus, nichil attemptavimus, nec in præjudicium vel incommodum ejus unquam aliquid excogitavimus. Verum eſt, quod proditorem quendam exulantem, &, poſt exilii decretum, in terra latitantem, occidi mandavimus, & hoc non in dedecus Regis, nec contra pacem ejus, nec propria auctoritate hoc feci-*

1 *Omittit MS.* 2 *F.* tibi. 3 Wlgare, *MS.* 4 Dificilis *MS.* 5 Acceperat *MS.*

mus,

ſtus, ſet juxta ordinaciones legittimas, aſſenſu Regis & ſuorum baronum editas & promulgatas, proceſsimus, quas nec Rex ſola voluntate ſua revocare potuit vel immutare. Nichil enim ſine conſilio & communi aſſenſu domini Regis, & ſuorum baronum, poteſt ſtatui, igitur eadem racione nec diſſolvi. Nam, ſecundum leges Civiles, nichil tam naturale quam, unumquodque diſſolvi eo genere, quo ligatur, & alibi, [1]*Omnis res per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſolvitur. Patet igitur, quod pax regia, ipſi proditori conceſſa, non valuit, quia Rex ipſam pacem contra ordinaciones conceſſit, quas ſolo & proprio arbitrio tollere non potuit.* A. D. 1312.

Comes de Lancaſtre ad objecta ſibi per Regem reſpondit, *quod in prædam vel rapinam nunquam conceſſit, homines Regis non invaſit, bona Regis nequaquam aſportavit, ſet apud Novum Caſtrum veniens, multa, quæ ad Regem pertinere cognovit, quaſi pro derelicto habita, & occupare volentibus expoſita, ad dominum Regem conſervaret,* [2] *indempnem occupavit, & ad opus Regis, inventorio de omnibus confecto,* [3] *cuſtodienda mandavit.*

Ita reſponderunt omnes unanimiter, *quod non in contemptum Regis, ſet propter quoſdam, ſibi ſuſpectos, ad parliamentum muniti venerunt, cum, juxta conſilium ſapientis, nec nudi* [4] *debemus contendere, nec inhermes nos inimicis opponere. Ex hiis dictis ſatis apparere, in Coronam regiam ſe nichil deliquiſſe, proteſtantes, eis in mentem nunquam eveniſſe, alium Regem ſibi præficere voluiſſe.* Et in calce ſermonis hæc ſimul adiciunt: *Manifeſte* (inquiunt) *jam liquet, quia dominus Rex occaſiones quærit adverſus nos. Cum enim jam per quinquennium, & amplius, pro confirmacione regni, pro augmentacione honoris regii, ſatis ultra vires expenderimus, ſatis tamen incaſſum laboravimus. Quia do-*

1 Omnes *MS.* 2 *Neſcio, an,* indempnia. 3 Cuſtodiendo *MS.* 4 Debere *MS.*

A. D. 1312. *minus Rex, omnia in dedecus ejus excogitata, omnia in odium ejus adinventa, conqueritur, utinam dominus noſter,* [1] *quod bonum eſt in oculis, faciat, unum autem ſciat, quod, cum homines ejus ſimus, fidem ei ſervabimus; ſet quamvis à nobis fidelitatem receperit & homagium æquum, & ipſe nichilominus juramentum ſervare tenetur illæſum. Et ſi forſan ab hoc pacto vellet recedere, nos, abſque fidei læſione, nequaquam teneremur acquieſcere. Roboam, filius Regis Salamonis, quamvis regnum jure hereditario ſibi competeret, quia tamen barones ſuos, juſta petentes, non admiſit, decima parte regni contentus, reliquam partem penitus amiſit. Igitur, ſi dominus Rex affeccione, qua decet, Comites & barones ſuos tractaverit, ſi rancorem, quem contra nos ſine cauſa concepit, benigne remiſerit, & proditores à Curia ſua dimiſerit, ſibi, ut Regi, parebimus, ſibi, ut domino, ſerviemus.*

Sub tanto rerum ſtrepitu, dum varii rumores hinc inde volarent, dum unus pacem, alter guerram prædicaret, natus eſt Regi filius formoſus & dudum affectatus. Inpoſitum eſt autem ei (nomen patris ejus) nomen Edwardus, & natus puer iſte in feſto Sancti Briçii, quod annuatim celebratur poſt feſtum Sancti Martini. Hæc adoptata nativitas tempore accepto nobis advenit, quia duos effectus, Deo diſponente, feliciter implevit. Dolorem namque Regis, quem ex morte Petri conceperat, valde mitigavit, & certum heredem regno providit. Nam ſi rex deceſſiſſet ſine prole, pro certo manſiſſet corona ſub lite. Vivat igitur juvenis Edwardus, & [2] avitis patribus aſſimilatus, quod ſingulos ditabat ſolus optineat. Regis Henrici ſecundi ſectetur induſtriam, Regis Ricardi notam probitatem, ad Regis Henrici [3] perveniat ætatem, Regis Edwardi

1 Quid *MS.* 2 Amcis *MS.* 3 Proveniat *MS.*

re-

recolat ſapienciam, viribus & ſpecie referat cum corpore patrem. A. D. 1312.

Audiens igitur Rex reſponſiones Comitum, prudentes allegaciones & probabiles excuſaciones; eorum advertens eciam manum validam ex parte baronum, & per hoc ſuum impediri [1] propoſitum, ſimulatam affeccionem prætendit, & votis eorum parere promiſit. Unde, ne nil videretur egiſſe, mandat baronibus, ſub forma concordiæ, ut peticiones eorum exponerent, &, quicquid dictaret racio, indubitanter reportarent. At illi dixerunt, ſe nichil aliud petere velle, niſi ut Rex ordinaciones, quarum effectus in magna ſui parte jam erat ſuſpenſus, ſicut autem promiſerat, confirmaret, & mortem Petri proditoris ſuis fidelibus & legiis hominibus benigne remitteret.

Et dominus Rex ſic ad petita reſpondit: *Excepto fiſcali privilegio ordinaciones conceſſi, & ad hoc concedo; mortem Petri Comitibus remitto, ſet proditorem nequaquam appello.* Et Comites, *hanc Regis indulgenciam parvi momenti fore*, dixerunt. *Nam ſi Rex mortem Petri remittit, ſuam ſectam tamen non remittit, ſet uxori aut filiis accuſacionem non tollit. at ſi proditoris mencionem faceret, nulli ulterius ſecta competeret. Et ſi rex Comitatum Cornubiæ aliquo colore intendit repetere, profecto requiritur, ut Petrus tanquam proditor obiiſſe dicatur. Nam extra hunc caſum non poterit Rex Comitatum acquirere, niſi per Petrum, vel ſi deceſſiſſet ſine prole. Set neutra condicio poteſt proficere, quia Petrus moritur prole ſuperſtite. Igitur niſi proditor Petrus habeatur, ordinacionibus multum derogatur, nec Comitatum Cornubiæ poterit Rex de jure repetere.*

Set Rex baronibus ita reſpondit. *Regi* (inquit) *variare non convenit, nec ſine cauſa revocare, quod prius* [2] *in-*

1 Præpoſitum, *MS.* 2 Indulcitur *MS.*

dulgetur.

A. D. 1312. *dulgetur. Omne crimen per nos fuit* [1] *Petro remiſſum, ergo proditorem eum reputare non poſſum, quia beneficium principis decet eſſe manſurum. Petant igitur barones, quicquid petendum juſte putaverint, obſequar in omnibus eorum arbitrio, ſet Petro prodicionem nullatenus imputabo.* Et ſic hac vice ſub hiis finibus contencio recedit, ſet neutra parcium optata reportavit. Revera omne ſtudium Regis erat, ut negocium [2] protelaret, ut ſic laboribus & expenſis barones afficeret. Unde & cito poſt Rex à Londoniis receſſit, & verſus Wyndulſore iter arripuit, ut Reginam viſitaret, quæ nuper peperit.

A. D. 1313. Effluxerunt itaque dies anni uſque ad Quadrageſimam, & circa feſtum Annunciacionis beatæ Mariæ ſperabatur Rex colloquium cum baronibus Londoniis habiturus, &, habita concordia regni, negocia cum Comitibus diſpoſiturus. [3] Set Rex, morbo (ut putabatur) ficto detentus, ad diem non venit. Unde nec ipſa diſſencio ad huc finem accepit. Poſt Paſcha miſit Rex Franciæ viros magnos & honoratos nuncios in [4] Angliam, qui Regem Angliæ invitarent ad convivium, quod paraverat filio ſuo in feſto [5] Pentecoſtes. Voluit enim Rex Franciæ filio ſuo, Regi Navariæ, vel cingulum miliciæ tradere, [6] vel' regni diadema capiti ejus imponere. Unde Rex noſter ſtatim de ſuo itinere diſpoſuit, & neceſſaria provideri mandavit.

Miſerunt Comites ad eum, conſulentes ei, ne regnum ſuum periculo exponeret; ne ita inconſulte mare tranſiret, maxime cum terra ipſa eſſet quaſi in ſe diviſa, & hoſtis opugnaret Civitates & Caſtra. Robertus enim de Brutz [7] Eboracum jam eciam appropin-

---

1 Petrum *MS.* 2 Procelaret, *MS.* 3 Si rex *MS.* 4 Anglia, *MS.* 5 Pentecoſten *MS.* 6 *Adjeci.* 7 Eboracen̄ *MS.*

qua-

quavit, & Londonias adire diſpoſuit. nec videtur in- A. D.
poſſibile, ex quo non eſt, qui velit reſiſtere. Verumpta- 1313.
men Rex à propoſito ſuo non receſſit, ſet in brevi transfretare diſpoſuit. Unde nepotem ſuum, Comitem Gloverniæ, cuſtodem regni conſtituit, & aliis Comitibus ſub hoc tenore reſcripſit, mandans & rogans, quatinus una cum dicto Comite ad [1]Regni curam intenderent, & quicquid jus dictaret aut racio, in reditu ſuo certiſſime reportarent. Unde & feſtum tranſlacionis beati Thomæ terminum præfixit, in quo, Deo dante, redire diſpoſuit, & tunc, præſentibus eis, plenarie compleret quod promiſit.

Hiis itaque peractis, Rex & Regina, cum ceteris electis, navem aſcendentes, tendunt in Franciam, & ibidem venientes, in maximo honore ſuſcipiuntur per totam patriam. Regem noſtrum & Reginam ſalvos reducat Deus in Angliam, illos autem deſtruat, qui regnum pervertunt & regiam familiam.

Ecce! nunc Rex noſter Edwardus ſex annis complete regnavit, nec aliquid laudabile, vel dignum memoria, hucuſque patravit, niſi quod regaliter nupſit, & prolem elegantem, regni heredem, ſibi ſuſcitavit. Alia [2]fuerint inicia Regis Ricardi, qui, nondum elapſo triennio regni ſui, probitatis ſuæ radios longe lateque diſperſit. nam Meſſanas, [3]Comitatum [4]Siciliæ, uno die viriliter ſubjecit, & terram Cypri in quindecim diebus potenter ſubjugavit. Deinde apud Acon, & in aliis partibus tranſmarinis, [5]quomodo ſe habuerit, hiſtoria, Latino & Gallico ſermone digeſta, luculenter percurrit. O! ſi Rex noſter Edwardus inicio regni ſui bene ſe habuiſſet, & conſilio malorum hominum non

1 Regi *MS.* 2 *F.* fuerunt. 3 Comitatem *MS.* *Poteſt etiam* civitatem *legi.* 4 Siſiliæ, *MS.* 5 *Addidi.*

ad-

A. D. 1313. adveniſſet! Ex anteceſſoribus ſuis nobilior illo nequaquam fuiſſet. Ditaverat enim Deus ipſum omnium virtutum dotibus, parem, immo excellenciorem, fecerat aliis Regibus. Nam ſiquis ea, quæ Regem noſtrum [1]nobilitant, vellet deſcribere, parem in terra non poterit invenire. Generoſitatem ejus aviti patres oſtendunt, quorum ſucceſſiones ſe jam ad decem gradus extendunt. Divicias habuit in principio regni ſui, terram [2]locupletem, & favorem populi. Gener factus eſt Regi Franciæ, proximus cognatus Regis Hiſpanniæ. Si adhæſiſſet Baronum conſilio, Scotos humiliaſſet pro nichilo. O! ſi armorum uſibus ſe exercitaret, Regis Ricardi probitatem præcederet! Hoc enim depoſcit materia habilis, cum ſtatura longus ſit, & fortis viribus, formoſus homo decora facie. Set quid moror ipſum deſcribere? Si tantam dediſſet armis operam, quantam [3]impendidit circa rem ruſticam, multum excellens fuiſſet Anglia, nomen ejus ſonuiſſet in terra. O! qualis ſperabatur ad huc princeps Walliæ? Tota ſpes evanuit, dum factus eſt Rex Angliæ. Petrus de Gaveſton̄ Regem duxit in devium, terram turbavit, conſumpſit theſaurum, tribus vicibus exilium ſubiit, & poſtea rediens caput perdidit. Set ad huc remanent in Regis Curia de familiaribus Petri & ejus familia, qui perturbant pacem tocius patriæ, & Regem inducunt vindictam quærere. Da pacem, Domine, diebus noſtris, & Rex cum baronibus fiat [4]unanimis.

Hiis temporibus mortuus eſt Robertus de Wynchelſe, Cantuariæ antiſtes, cujus memoria in benediccione eſt, qui templum Domini in vita ſua roboravit, & in diebus ſuis eccleſiam protexit. De ipſo enim ſpecialiter

1 Nobilitavit, *MS.* 2 Locuplete, *MS.* 3 *Sic.* 4 Unanime *MS.*

di-

dici poteſt, *Non eſt inventus ſimilis illi, qui conſervaret legem excelſi.* Aſcendit namque exadverſo, & oppoſuit ſe murum pro clero. Exiit aliquando edictum ab Edwardo Cæſare, ut taxarentur fructus eccleſiæ, &, ſicut talliabatur, populus ad tallagium compelleretur & clerus. Porro Robertus, primas Angliæ, præceptum Regis non eſt paſſus procedere. Dicebat enim, omni juri fore contrarium, [1] ut in bonis clericorum haberet Rex imperium, quos eciam lex imperialis multis privilegiis inſignivit, & ab omni exaccione liberos eſſe ſtatuit. Hoc eciam volunt ſtatuta Canonum,& ipſi Ethnici manifeſtum nobis reliquerunt exemplum, quando Ægipcii, præ magnitudine famis, ſervituti regiæ ſe ſubjecerunt, Pontifices, & ceteri templorum miniſtri, liberi remanſerunt. Set Rex exaſperatus, & adverſus primatem & tocius Angliæ clerum vehementer commotus, publica voce promiſit Curialibus, ut in nullo penitus [2] deferrent clericis, ſet ſive religioſis ſeu ſecularibus obviarent, ipſos ab equis protinus deicerent, & in uſum proprium equos aſſumerent, & indiſtincte nullis parcerent, niſi regia proteccione gauderent. Verumptamen Cantuariæ Archiepiſcopus magis cœpit eſſe tumidus & ſecurus, unde in ſarculum ſuum percuſſit, & in graſſantes ulterius proceſſit, & omnes, regiam proteccionem impetrantes, excommunicavit. In tantum autem excrevit laicorum audacia, ut nec ulli parcerent in Archipræſulis Curia, quin eciam ipſum Archipræſulem ab equo deicerent, & omnem ſuppellectilem diriperent, unde Archiepiſcopus pacienter [3] ferre injuriam, pedes coactus eſt ire per patriam. Denique Rex, ad pœnitenciam reductus, & graviter ſe peccaſſe

A. D. 1313.

1 Vel in bonis *MS.* 2 Defferrent *MS.* 3 *F.* ferens.

A. D. 1313. confeſſus, curialium repreſſit audaciam, & liberam manere juſſit eccleſiam.

Iterum orta diſſencione inter Regem & Archipræſulem, procurante Rege, vocatus eſt ad Curiam Romanam, & ibi per biennium fere remanſit, & fructus ſuos biennales confiſcatos amiſit. Deinde, mortuo Rege, in Angliam rediit, & eccleſiam ſuam pacifice uſque huc gubernavit. Nunc autem, naturæ debita perſolvens, cœleſtem migravit ad patriam, Cantuarienſem, ut creditur, ornaturus eccleſiam.

A. D. 1314. Anno igitur ſeptimo Regis intrante, in feſto Tranſlacionis beati Thomæ conveniunt Londoniis Comites & Barones, juxta promiſſum, Regis adventum exſpectantes, ibidemque fere per quindenam commorantes, neque Regis copiam habuerunt, neque de Regis reditu certos nuncios acceperunt. Unde Comites, laboribus & expenſis ſatis fatigati, ſine die ad propria ſunt reverſi. Circa gulam Auguſti rediit Dominus Rex, &, quaſi de receſſu Comitum moleſtus, ſcripſit Comitibus rogans, quatinus moram ſuam excuſatam haberent, & in feſto Sancti Mathæi, ſi placeret, ad parliamentum redirent, & tunc communi conſilio, quicquid faciendum, quicquid corrigendum eſſe proſpicerent, communiter repararet.

Set quid proſunt Regi procraſtinaciones aſſiduæ? Dicunt quidam, ut adverſarios ſuos cogat expendere, vel mortem Comitis forſan [1]exſpectat, quem aliâs ſuperare non ſperat. Sane peccat, qui hoc audet aſſerere. Immo non apparet veriſimile, ut Rex ipſe tam neceſſarii mortem affectaret amici. Quis magis Regi ſuccurreret in ſumma neceſſitate, quam cognatus ejus

1 *F.* exſpectet.

Tho-

Thomas Lancaſtriæ? certe non ſocius ejus ipſe Rex Franciæ, nec Petrus, ſi viveret, Comes Cornubiæ. Revera quicquid doloſe actum eſt in Curia Regis, proceſſit ex conſiliariis ejus, ſet conſilium eorum eſt inefficax, & machinacio peritura. Maledictus favor eorum, quia pertinax, & indignacio eorum, quia dividentur tandem à Curia, & diſpergentur in ignominia. Juſtum eſt enim, ut ſuos auctores teneant peccata, ne maleficia remaneant inpunita. A. D. 1314.

Ad feſtum Sancti Mathæi conveniunt Londoniis Comites prædicti, & manſerunt in eodem loco per aliquod tempus, nec Regi mittentes, nec mandatum à Rege recipientes. Ut autem per eos non ſtaret, quo minus concordia fieret, miſerunt ad dominum Regem, petentes, quatinus ſæpe promiſſa conſummaret, & baronibus ſuis ſub fide non ficta rancorem remitteret. Rex vero non ſtatim annuit, ſet pocius ex ſolito negocium protelavit. Tandem, quia vox publica teſtimonium præbuit, & Rex ipſe per exploratores ſuos manifeſte cognovit, quia [1] autem peticioni Comitum ſatisfieret, aut ſibi ſuiſque tucius eſſe, ante tempus occurrere, quam, poſt wlneratam cauſam, remedium quærere, multa eciam inſtancia Cardinalis & domini Lodowicy precibus inductus, mandavit Comitibus & Baronibus, quatinus, omni ſuſpicione rejecta, & ſecuritate, quam vellent, petita & optenta, ad præſenciam ſuam accederent, & benivolenciam ejus multociens requiſitam pro libito reportarent.

Comites igitur in craſtinum dominum Regem adierunt, ipſumque flexis genibus, ſicut decuit, ſalutarunt. quos ipſe benigne ſuſcipiens, protinus erexit, & ſingillatim ſingulos in oſculo ſuſcepit, ab omni delicto,

1 *F.* aut.

A.D. 1314. prius eis impoſito, penitus abſolvit, racionabiliter petita, & inpoſterum petenda, ſimiliter conceſſit, & hæc omnia jurejurando & ſcripto, magno ſigillo confirmatis, roboravit.

Rex eciam, ad majoris fœderis ſignum, Comites invitavit ad prandium, ipſe vero altera die in menſa Comitis Lancaſtre. Hic etenim mos inolevit in Anglia, ut pax confirmetur ad communia. Sic ergo mors Petri remittitur, & Comes de Penbroke reconciliatur, & de ceteris amicis Regis factum eſt ſicut Rex voluit. Set Hugo Deſpenſer graciam habere non potuit. Caveat ſibi de Comite Lancaſtriæ, & terram evacuet, ſi velit evadere. Tota terra verſa eſt in ejus odium. Pauci lugerent ejus infortunium. Multis in officio ſuo injuſte nocuit, plures magnates & viros divites exheredavit, & utinam amitteret, quod ſic adquiſivit, ut puniretur in quo deliquit. Summe Deus, auctor juſticiæ, falſos & perfidos à Rege remove. Inter Regem & barones hoc fœdus initum, te protegente, ſervetur inpoſterum.

Quæret forſan aliquis, quid Comites feciſſent, ſi Regem in promiſſis difficilem inveniſſent? Credo conſtanter, quod Regem captum ſub cuſtodia poſuiſſent, donec eos auctores diſcordiæ penitus deſtruxiſſent. Nonne ſic Comes Symon de Mountefort Regem Henricum tenuit, & filium ejus Edwardum carceri mancipavit? Set non eſt tutum, contra Regem cervicem erigere, quia triſtes exitus frequenter ſolet afferre. Nam Symon ille, Comes [1] Leyceſtriæ, tandem apud Eueſham occubuit in acie, Comes de Ferrers terras perdidit, Comiti Mareſcalliæ Rex ipſe ſucceſſit, quilibet

1 Lancaſtriæ, *MS.*

iſto-

iſtorum Regi reſtitit, & quilibet iſtorum in fine ſuccubuit. A.D. 1314.

Sic igitur Rege & baronibus ſuis ſub forma prædicta in amiciciam revocatis, Comites & ceteri magnates terræ dederunt Regi, in ſubſidium guerræ ſuæ, viceſimum denarium tocius Angliæ, cetera autem ordinanda in futurum diſtulerunt ad proximum parliamentum, & Comes Herfordiæ remanſit de Regis familia, ceteri vero Comites reverſi ſunt ad propria.

Quia prius mencionem feci de morte Cantuarienſis Archiepiſcopi, nunc de ejus ſucceſſore, & quomodo ſucceſſit, adverte. Mortuo namque Archipræſule, Prior Eccleſiæ Chriſti Cantuarienſis, & ejuſdem loci Conventus proceſſerunt ad eleccionem, unanimi conſenſu elegerunt magiſtrum Thomam de Cobham, virum nobilem, divini & humani juris profeſſorem, qui ſtatim iter arripiens, mare tranſiit, & juri ſuo proſequendo operam dedit. Duæ tamen cauſæ impediebant eum. [1]Ad hoc enim languente primate, miſerat papa bullam ſuam,[2] qua reſervavit ſibi diſpoſicionem Archiepiſcopatus & eleccionem futuri Pontificis. Miſit & Rex Angliæ ſummo Pontifici, orans, ut clericum ſuum Wygornienſem Epiſcopum ad ſedem Archiepiſcopalem [3]duceret promovendum. Hiis de cauſis impediebatur electus, nec eligencium ſibi proficere potuit aſſenſus, quin, [4]Rege inſtante, & multa (ut creditur) pecunia interveniente, dominus papa Archiepiſcopatum conferret, & dictum Epiſcopum eccleſiæ Anglicanæ præficeret.

O! quanta inter electum & præfectum erat differencia? Nam electus ipſe flos Canciæ, nobilis gene-

1 *Pro*, adhuc. 2 Quam *MS.* 3 Ducet *MS.* 4 Regem *MS.*

ris,

A.D. 1314. ris, rexerat in arcubus in decretis, & magiſter erat [1]theologus, ſedi Cantuarienſis eccleſiæ ſatis ydoneus. Dictus vero Epiſcopus nuper erat ſimplex clericus, & minus competenter litteratus, ſet in ludis theatralibus principatum tenuit, & per hoc Regis favorem optinuit. Unde in [2] familia Regis aſſumptus, poſt modicum tempus factus eſt Regis Theſaurarius, & de Theſauraria Wygornienſis Epiſcopus, poſtmodum Cancellarii geſſit officium, & ecce! nunc promotus eſt in Archiepiſcopum.

Mirantur quidam de viri fortuna, ſet ego magis miror de domino papa, cur tam excellentem perſonam reſpueret, & inydoneum ſcienter aſſumeret, cum de utriuſque meritis patenter ſibi conſtaret. Set domina pecunia omne negocium conſummat in Curia. Conſuetudinem & mores Romanæ Curiæ ſi forſan ignoras, adverte. Amat cauſas, lites, jurgia, quia expediri non poſſunt ſine pecunia. Et cauſa, quæ Curiam ſemel ingreditur, pene inmortalis efficitur, & hæc fuit cauſa, quare, omiſſo quolibet medio, licuit ad papam appellare. Quilibet eciam ſola contentus eſſe debet eccleſia, ſicut cavit capitulum de multa. Excipiuntur tamen ſublimes perſonæ, diſpenſacionem accipiunt indiſtincte, ſet omnes qui pecuniam dare ſufficiunt. Hæc miranda vanitas, hæc curiæ deteſtanda cupiditas, totum orbem in ſui ſcandalum excitavit. Multis retro temporibus exſtitit inauditum, ut citra montanus eligeretur in papam, poſt hæc nunquam eveniat, ut tam vicinus homo cathedram papalem aſcendat. Octo annis & amplius papa Clemens quintus univerſalem rexit eccleſiam, ſet quicquid profuit homini, evaſit memoriam. Apud Vienniam conſilium congregavit, &

1 *F.* theologiæ. 2 *F.* familiam.

tem-

templarios diſpoſuit, indulgencias pro terra ſancta conceſſit, infinitam pecuniam congeſſit, ſet terræ ſanctæ nichil omnino profuit. Regibus conceſſit decimas, pauperum ſpoliavit eccleſias. Melius eſſet Rectoribus, papam non habere, quam tot exaccionibus indies ſubjacere. Set an hoc poſſit [1] facere, non eſt meum diſcutere, quia inſtar ſacrilegii eſt, de poteſtate principis diſputare. Inter omnes mundi provincias ſola Anglia dominum [2] papam ſentit oneroſum. Nam ex plenitudine poteſtatis multa præſumit, nec princeps nec populus ſibi contradicit. omnes pingues redditus ſibi reſervat, atque rebellantes ſtatim excommunicat. Veniunt legati, & terram ſpoliant; veniunt bullati, & præbendas vendicant. Omnes decanatus alienigenis contulit, ubi lex [3] indiginas præferri ſtatuit. Reſidencia decanorum jam nunc aboletur, & canonicorum numerus valde deſolatur. [4] Nomen ſicut papam ſpiritualia moderatur, & ſic princeps imperatorum in temporalibus dominatur. Cur igitur papa magis præſumit in clericis, quam ipſa mageſtas & dominacio imperialis in laicis? Imperator enim ſine cauſa à nullo quicquam exigit, dominus papa paſſim cum wlt mutat, confert & repetit. Domine Iheſu, vel papam tolle de medio, vel poteſtatem minue, quam præſumit in populo, quia privilegium meretur amittere, qui conceſſa ſibi abutitur poteſtate. Quid dicam de clericis, qui hiis diebus accedunt ad Curiam, &, multa refuſa pecunia tanquam in foro venali, dignitates emunt & præbendas? Si dicamus, Simoniam committi, ipſe papa non poterit excuſari, quia Simonia ultro citro-

A. D. 1314.

1 *F.* fieri. 2 ipam *MS.* 3 *Sic.* 4 *F.* nonne ſicut papa ſpiritualia moderatur, & ſic princeps imperator in temporalibus dominatur?

que

A. D. 1314. que eſt obligatoria. Sicut enim ementem ligat, ſic & vendentem condempnat. Set forſan dicet papa, ſe ſupra leges eſſe, & per conſequens legibus ligari non poſſe. Set non [1]debere facere, quod neceſſe habet alios prohibere, ne inde naſcantur injuriæ, unde jura debent procedere. Ego tamen ad præſens dominum papam excuſo, nec ipſum excedere credamus in aliquo, quia vel honoris gracia datur, vel ad elemoſinam papæ redigitur, quicquid ex hac cauſa confertur. Unde liberalitas domini papæ ſic excitatur, ſet vendicio nuſquam contrahitur. Nam ſiquis honoris gracia in auditorio quicquam tribuit, non tamen propter hoc ipſum conducit. alioquin non ex mandato, ſet ex conducto competeret accio. Præbet autem ſe ipſum homo, & ſecum diligenter deliberet, an ſi impetrare vel non impetrare magis expediat, quia gehennæ ignis exſpectat incendium, quia læſa conſciencia tendit ad judicium.

Interea Robertus de Brutz partes Northumbrorum violenter invaſit, villas & burgos ſuccendit, homines occidit, animalia eorum abegit, & multos ad tributum coëgit. Nam cives & incolæ, videntes ſe ſui regis defenſione carere, & ſæviciam Roberti de Brutz non poſſe ſufferre, fecerunt pacem cum eo, quam poterant, de termino in terminum ſolvendum certum tributum. Erat autem tributum, quod modico tempore ſic extorſerat, quaſi quadraginta milia librarum. Muros eciam villarum & caſtrorum in Scocia funditus deſtruxit, ne ſupervenienti genti Anglorum municioni forent in poſterum. Cepit autem duo Caſtra Regis Angliæ munitiſſima, Edeneburgh̄ ſcilicet & Rokesburgh̄; unum per prodicionem cujuſdam Vaſconis, qui erat cognatus Petri de Gaveſton̄, cui Rex noſter cuſtodiam Ca-

1 *F.* debet.

ſtri

ſtri tradiderat. Ipſe perjurus & proditor adhæſit Roberto de Brutz, & Caſtrum [1] perdidit. Alterum Caſtrum captum erat per induſtriam Jacobi Dugelas, qui erat ex parte Scotorum. Nam ipſe Jacobus quadam nocte clam ad caſtellum acceſſit, & ſcalas, latenter allatas, ad murum appoſuit, & ſic per eas murum aſcendit, &, cuſtodibus dormientibus vel incautis, ſocios introduxit, & quos reperiebat invaſit & Caſtrum cepit, & eodem modo Caſtrum de Berewyke cepiſſet, niſi quidam canis vigiles excitaſſet. A. D. 1314.

Deinde Robertus de Brutz ad obſidendum caſtrum de Stryvelyn ſe convertit. Hoc quidem Caſtrum dominus Edwardus, Rex Angliæ, ſenior, cum toto exercitu ſuo, per tres menſes & amplius obſedit, antequam capere poſſet. Videns igitur cuſtos Caſtri obſidionem jam cœptam, victum eorum inſufficientem, Robertum & Scotos [2] & inſidiis ſemper latentem, treugas accepit ſub hoc pacto, quod aut procuraret Regem Angliæ ad defendendum caſtrum venire, aut ſi Regem ad hoc inducere non poſſet, caſtrum indilate relinqueret, & hoc petitum, ſic initum, fide media confirmatur, & dies Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ pro termino aſſignatur.

Circa principium Quadrageſimæ venerunt nuncii ad Regem, narrantes municipiorum Scociæ deſtruccionem, caſtrorum capcionem, & murorum in circuitu dirupcionem. Venit & conſtabularius de Stryvelyn, indicans Regi, quale petitum neceſſitate compulſus inierat, procuravit Regem exercitum in Scociam ducere, Caſtrum ſuum & terram defendere.

Audiens hæc Rex, vehementer doluit, & pro caſtrorum capcione lacrimas continere vix potuit. Man-

1 *F.* prodidit. 2 *F.* in inſidiis ſ. latentes.

A. D. 1314. davit igitur Comitibus & Baronibus, quatinus in auxilium ſuum venirent, & proditorem, qui ſe Regem facit, expungnarent. Reſponderunt Comites, melius fore, ad parliamentum omnes convenire, & ibidem unanimiter diffinire, quid in hoc negocio oportet agere, quam ſi ita inconſulte procederent. nam & ordinaciones hoc volunt. Dixit autem Rex, inſtans negocium magna accelleracione indigere, & ideo parliamentum exſpectare non poſſe. Dixerunt Comites, ad pugnam ſine parliamento venire nolle, ne contingeret eos ordinaciones offendere. Conſiliarii vero & domeſtici Regis quidam conſuluerunt Regi, ut debita ſervicia ab omnibus exigeret, & audacter in Scociam tenderet. Certum eſſe, quod tot in auxilium venirent, quibus nec Robertus Brutz nec Scoti reſiſterent. Quid Comes Glouceſtriæ? Quid Comes de Penbroke? Quid Comes de Herford, Robertus de Clifford, Hugo de Spenſer, & Regis familia, & ceteri barones, qui ſunt in Anglia? Omnes hii venient cum ſuis militibus, non eſt magna cura de reliquis Comitibus. Rex igitur debita ſervicia ab omnibus exegit, & commeatui neceſſaria provideri mandavit. Præmiſit quoque Comitem de Penbrok cum manu militari, qui inſidias Scotorum diligenter exploraret, & viam Regis in Scociam præpararet.

Omnibus itaque neceſſariis collectis, Rex & alii magnates terræ cum magna multitudine [1] curruum & quadrigarum profecti ſunt in Scociam. Cumque dominus Rex ad Berewyk perveniſſet, aliquantulum moram fecit, ut venturum exercitum expectaret. Comes autem Lancaſtriæ, Comes Warenniæ, Comes de Arundel & Comes de Warewik non venerunt, ſet milites inſtru-

1 Curuum *MS.*

ctos,

ctos, qui debita ſervicia pro eis impenderent, ad exercitum præmiſerunt. Inſtante jam feſto Sancti Johannis Baptiſtæ, ſexto vel ſeptimo die præcedente, Rex noſter cum univerſo exercitu ſuo à Berewyk exivit, & verſus Stryvelyn iter arripuit. Erant autem armatorum amplius quam duo milia, excepta peditum turba copioſa. Fuerunt in ſocietate illa ſatis [1] ſufficienter ad penetrandum totam Scociam, &, judicio aliquorum, ſi tota Scocia collecta fuiſſet in unum, non expectaret Regis exercitum. Revera hoc fatebatur tota Comitiva, quod tempore noſtro talis exercitus non exivit ab Anglia. Multitudo quadrigarum, ſi ſeriatim extenſa fuiſſet, in longum occupaſſet ſpacium viginti leucarum. A. D. 1314.

Rex igitur, de tanta & tam clara multitudine confiſus & animoſus effectus, de die in diem feſtinanter ad locum præfixum eſt profectus, non tanquam exercitum ducturus ad bellum, ſet magis profecturus ad Sanctum Jacobum. Brevis erat mora capiendi ſompnum, ſet brevior erat mora ſumendi cibum. Unde equi, equites & pedites, labore & fame fatigati, ſi minus bene rem gererent, non erant culpandi.

Comes autem Glouceſtriæ & Comes Herfordiæ primam aciem regebant. Die itaque dominica, quæ erat beati Johannis vigilia, cum jam quandam ſilvam præteriiſſent, & Caſtrum de Stryvelyn jam appropinquarent, ecce Scoti, quaſi fugientes, errabant ſub [2] nemore, quos miles quidam Henricus de Doun cum Walenſibus perſecutus eſt uſque ad introitum nemoris. Geſtabat enim in animo, quod, ſi Robertum de Brutz ibidem inveniret, vel morti traderet, vel ſecum captum adduceret. Cum autem eo perveniſſet, Robertus ipſe

1 *F.* ſufficientes. 2 More, *MS.*

A. D. 1314. à latebris ſilvæ ſtatim [1]exibat. Videnſque prædictus Henricus, quod multitudini Scotorum reſiſtere non poſſet, redire volens ad ſocios, [2]equm retorſit, ſet Robertus ei reſtitit, & ſecuri, quam manu gerebat, caput ipſius contrivit. Armiger autem ejus, dum dominum ſuum tueri vel vindicare conatur, à Scotis opprimitur.

Inicium malorum hoc! Ipſo eodem die ſatis acre bellum geritur, in quo Comes Glouceſtriæ ab equo deicitur, in quo Robertus de Clifford turpiter in fugam convertitur, ſet & homines noſtri diu Scotos [3]perſequuntur, multi ex utraque parte perimuntur. Quia vero inclinata erat jam dies, convenit totus exercitus ad locum, ubi ipſa nocte reclinaret. Set nulla erat quies. Totam enim illam duxerunt inſompnem. Putabant namque, Scotos pocius inſultum dare de nocte, quam bellum expectare de die. Mane autem facto, certo cercius compertum eſt, Scotos paratos ad prœlium cum magna multitudine armatorum. Unde homines noſtri, milites ſcilicet veterani, & hii qui magis erant experti, conſilium dederunt, ipſo die non eſſe pungnaturum, ſet diem craſtinum magis expectandum, tum propter ſolempne feſtum, tum propter laborem præteritum. Utile quidem & honeſtum erat conſilium, apud Juvenes reprobatum, inhers & ignarum reputatum.

Comes autem Glouceſtriæ [4]conſuluit Regi, ne ipſo die in bellum prodiret, ſet propter feſtum pocius vacaret, & exercitum ſuum valde recrearet. Set Rex conſilium Comitis ſprevit, & prodicionem & prævaricacionem ſibi imponens, in ipſum vehementer [5]ex-

1 Exibit *MS.* 2 *Sic.* 3 Perſequentur, *MS.* 4 Conſiluit *MS.* 5 Excandavit *MS.*

can-

canduit. *Hodie* (inquid Comes) *erit liquidum, quod nec proditor, nec prævaricator ſum,* & ſtatim paravit ſe ad pungnandum. Interim Robertus de Brutz ſocios monuit & inſtruxit, panem & vinum præbuit, & modo quo potuit confortavit; ubi vero didicit, acies Anglorum in campum deveniſſe, totum exercitum ſuum eduxit de nemore. Circiter quadraginta milia hominum ſecum produxit, ipſoſque in tres turmas diviſit, & nullus eorum [1] equm aſcendit, ſet erat unuſquiſque eorum levi armatura munitus, quam non faciliter penetraret gladius. Securim habebant ad latus, & lanceas ferebant in manibus. Ibant eciam quaſi ſepes denſa [2] conſerti, nec leviter potuit talis turma penetrari. Cum autem ad hoc ventum eſſet, ut congredi ſimul oporteret, Jacobus Douglas, qui primæ turmæ Scotorum præerat, aciem Comitis Glouceſtriæ acriter invaſit, & Comes [3] ipſum viriliter excepit, ſemel & iterum cuneum penetravit, & triumphum utique reportaſſet, ſi fideles ſocios habuiſſet; ſet ecce! ſubito irruentibus Scotis, [4] equs Comitis occiditur, & Comes in terram labitur. Ipſe eciam, defenſore carens, & mole corporis nimis oneratus, faciliter exſurgere non potuit, ſet inter quingentos armatorum, quos ſuis ſumptibus duxerat ad bellum, ipſe fere ſolùm occubuit. Cum enim viderent dominum ſuum ab equo dejectum, ſtabant quaſi attoniti, non ferentes auxilium. Maledicta malicia, cujus ſumma neceſſarie perit audacia.

A.D. 1314.

Heu! viginti milites armati ſatis ſubveniſſent Comiti, ſet inter quingentos fere non profuit unus. Confundat eos Dominus. Alii dixerunt, Comitem Glou-

---

1 *Sic.* 2 *Sic. quod moneo, ne quis* conferti *reponendum eſſe puet.* 3 Ipſum viriliter ipſum excepit, *MS.* 4 *Sic.*

ce-

A. D. 1314. ceſtriæ ex incauto proceſſu ſubito periiſſe. Certabant enim inter ſe ipſe & Comes Herfordiæ, quis in acie alterum deberet [1] præcedere, & Comes Herfordiæ dicebat, hoc ſibi de jure competere, eo quod conſtabularius ſit Angliæ. Alius dicebat, progenitores ſuos ſemper in acie primos exſtitiſſe, & hoc ideo ad ſe pertinere de conſuetudine. Porro dum in hunc modum uterque certaret, & acies Scotorum acriter [2] appropinquaret, proſiluit Comes Gilbertus inordinate, volens de primo congreſſu triumphum reportare; ſet ecce! irruentibus Scotis, Comes excipitur, & [3] equs ejus ſtatim occiditur, quia defenſore caruit, ab equo dejectus, & multis wlneribus [4] confoſſus, turpiter occubuit.

Heu! viginti milites armati ſatis ſubveniſſent Comiti, ſet inter quingentos fere non profuit unus. Confundat eos Dominus. Ægidius de [5] Argentym, miles ſtrenuis & in re militari multum expertus, dum frenum Regis regeret, & caſum Comitis aſpiceret, acer & [6] anxcius illuc properavit ſubvenire Comiti, nec potuit. Fecit tamen quod potuit, & cum Comite ſimul occubuit, honeſtius arbitrans, cum tanto viro ſuccumbere, quam fugiendo mortem evadere. Nam qui in acie pro re publica perimuntur, ſemper per gloriam vivere intelliguntur. Eodem die Robertus de Clifford, Paganus Typetot, Willelmus Mareſchal, Milites præclari, potentes & ſtrenui, à Scotis oppreſſi, ibidem occumbunt.

Videntes hii, qui cum Rege noſtro erant, aciem Comitis contritam, & ſocios ejus paratos ad fugam, dixerunt, *periculoſum eſt diucius morari, ſet tucius fore Re-*

---

1 Procedere, *MS.* 2 Apropinquaret, *MS.* 3 *Sic.* 4 Conſeſſus, *MS.* 5 *Sic.* 6 *Sic.*

gem

gem reverti. ad quorum dicta Rex campum reliquit, A. D.
& verſus Caſtrum properavit. Porro, dum vexillum 1314.
Regis abire conſpicitur, totus exercitus cito diſpergitur. Ducenti milites & amplius, qui nec gladium eduxerant, nec ictum quidem protulerant, in fugam converſi ſunt.

O! gens inclita, multis retro temporibus invicta, cur fugis pedites, quæ vincere ſolebas equites? Apud Berewyke, Dounbar & Foukyrk triumphum reportaſti, nunc Scotis peditibus terga dediſti. Set quicquid dicant alii, non erat tecum manus Domini. Sic Benedab, fortiſſimus Rex Syriæ, fugatur per [1] pediſſequos principum Samariæ.

Dum igitur gens noſtra fugeret, dum veſtigia Regis arriperet, ecce! quædam foſſa multos abſorbuit, magna pars noſtrorum in ipſa periit. Veniens namque Rex ad Caſtrum, & credens ibidem habere refugium, tanquam hoſtis repellitur, pons attrahitur, & porta clauditur. Unde cuſtos Caſtri à pleriſque prodicionis expers non eſſe credebatur, & tamen in acie armatus, quaſi pro Rege pungnaturus ipſo die videbatur. Verum nec cuſtodem abſolvo, nec prodicionis accuſo, ſet conſilio Dei fateor eveniſſe, Regem Angliæ Caſtrum non intraſſe, quia ſi tunc admiſſus fuiſſet, ſine capcione nequaquam evaſiſſet.

Cum Rex ſic ſe repulſum vidiſſet, nec aliud refugium jam ſupereſſet, verſus Dounbar iter arripuit, & ibidem veniens, navem aſcendit, ad portum de Berewyke cum ſuis applicuit. Alii vero, navem non habentes, per terram veniunt. Milites arma exuunt, & nudi fugiunt. Scoti ſemper [2] perſequuntur à tergo. Quinquaginta miliaribus duravit perſecucio. Multi quidem

1 Pediſſetos *MS.* 2 Perſequentur *MS.*

ex

A. D. 1314. ex noſtris perimuntur, & multi ſimiliter capiuntur. Nam incolæ terræ, qui prius pacem finxerant, nunc homines noſtros paſſim trucidabant, quia proclamatum erat per dominum Robertum de Brutz, captivos ducere, & capientes lucrum ſentire.

Unde Scoti ſatagebant valde magnates capere, ut multam pecuniam poſſent extorquere. Capti ſunt itaque Comes de Herforde, Johannes Gyffard, Johannes de Wylynton̄, Johannes de Segrave, Mauricius de Bekelee, barones certe magnæ potenciæ, & multi alii, quos non oportet numerare, quorum multi de redempcione conveniunt, & pecuniam ſolventes, abſoluti ſunt. Non profuit ibidem cognicio, quia difficilior erat redempcio. Quingenti & amplius putabantur mortui, qui captivi ducti ſunt & poſtea redempti. Porro, inter omnia adverſa, hoc quidem exercitui noſtro proſpere contigit, quod, dum gens noſtra fugæ præſidium quæreret, magna pars Scotorum ad ſpolia diripienda ſe convertit. Qui ſi omnes Scoti pariter perſecucioni noſtrorum intendiſſent, pauci ex noſtris Scotos evaſiſſent. Unde dum Robertus de Brutz cum ſuis quadrigas noſtras invaſit, plurima pars Anglorum ad Berewyke ſalva pervenit. Siquidem à ſeculo recordor inauditum, talem exercitum coram peditibus tam ſubito diſperſum, niſi cum flos Franciæ coram Flandrenſibus apud Coutray cecidit, ubi nobilis ille Comes Artagenſis Robertus occubuit.

O! dies ulcionis & infortunii, dies perdicionis & opprobrii, dies mala & execranda, nec in anni circulo computanda, quæ famam Anglorum maculavit, & ſpoliavit Anglicos, & Scotos ditavit, in qua precioſa ſuppellex noſtrorum [1]diripitur, quæ ducentarum milium

---

1 Dirripitur, *MS.*

li-

librarum æſtimatur! Tot boni proceres, juventus valida, tot equi nobiles, tot arma bellica, precioſæ veſtes & vaſa aurea, dies dura & brevis hora abſtulit hæc omnia. A. D. 1314.

Quæret forſan & dicet aliquis, quare percuſſit nos hodie Dominus, quare ſubcubuimus coram Scotis, cum viginti annis præteritis ſemper victoriam habuerimus? Revera caſus antiquorum exemplum præbent, & actus Hebræorum manifeſte reſpondent. [1]Medorum Rex [2]Serſeles potentiſſimus, dum Græcis bellum indiceret in claſſe numeroſa & multitudine contumaci, vix licuit victo ſola cum nave reverti. Iſrael, dum Benjamyn expungnaret, propter ſcelus commiſſum in Gabaa, de numero & fortitudine confidens, bis in prœlio cæditur, bis coram Benjamyn in fugam convertitur. Sic homines noſtri, qui in ſuperbia & abuſione venerunt, in ignominia & confuſione redierunt. Certe ſuperbia noſtrorum [3]præſumpcio Scotos fecit gaudere triumpho.

De ſuperbia modernorum, & quis fructus inde proveniat, modicum, ſi placet, lector advertat. Hodie pauper & tenuis, qui nec obolum habet in bonis, majorem ſe contempnit, & maledictum pro maledicto referre non metuit. Set ex ruſticitate forſan hoc accidit. Veniamus igitur ad eos, qui ſe putant eruditos. Quis putas majori rixa in alium [4]excandeſcit, quam curialis? Dum forte rancore tumeſcit, inferiorem non reſpicit; parem faſtidit, majori par fieri ſemper intendit. Nam armiger militem, miles baronem, baro Comitem, Comes Regem, in omni fere cultu antecedere

1 *Sive*, Perſarum. 2 *Vel*, Xerxes. *Vide* Ductorem *noſtrum* Hiſtoricum, *Vol.* I. *p.* 306. *Ed. ſecund.* 3 *F.* & præſumpcio. 4 Excadeſcit, *MS.*

A. D. 1314. nititur & laborat. Porro, dum ſumptus deficit, quia patrimonium non ſufficit, ad prædam ſe convertunt, vicinos ſpoliant, [1] ſubditos expilant, & in ipſos Dei miniſtros infamem quæſtum exercent. Hinc eſt, quod magnates terræ vel cadunt in bello, vel moriuntur ſine filio, aut ſexus femineus hereditatem dividit, & nomen patris imperpetuum evaneſcit.

Poſt hæc Rex, de conſilio ſuorum, relicta Berewike ſub cuſtodia, tendit Eboracum, & ibidem cum Comite Lancaſtriæ & ceteris magnatibus habuit conſilium, & de ſuis infortuniis quærit remedium. Dixerunt Comites, ordinaciones obſervatas non eſſe, & iccirco Regi deterius accidiſſe, tum quia Rex ordinacionibus ſtare juraverat, tum quia Archiepiſcopus omnes contravenientes excommunicaverat. Unde nichil bene poſſe fieri proteſtantur, niſi ordinaciones plenius obſerventur. Rex vero ad omnia, pro communi utilitate ordinata, paratum ſe dixit, & ſe ordinaciones obſervare in bona fide promiſit. Dixerunt Comites, nil videri actum, dum aliquid [2] ſupereſſet agendum, ſet ordinaciones debeant obſervari, oportet eas execucioni demandari. Rex execucionem conceſſit, nichil Comitibus denegavit. Igitur Cancellarius, Theſaurarius, Vicecomites, & alii officiarii, removentur, &, juxta tenorem ordinacionum, novi ſubrogantur. Voluerunt eciam Comites, quod Hugo Deſpenſer, Henricus de Beaumount, & quidam alii, curiam Regis evacuarent, donec ad ſibi obicienda reſponderent interrogatis, & ſuper objectis ſatisfaccionem præſtarent convicti; ſet hoc, ad inſtanciam Regis, differtur. Hugo tamen Deſpenſer latitare compellitur.

1 Subitos *MS.* 2 Supereſſe *MS.*

De

De expungnacione Roberti de Brutz, & recuperacione Scociæ, ad proximum parliamentum diſtulerunt, quia Comes Herfordiæ & alii barones in vinculis detenti non dum redierunt. Lugebat autem ſoror Regis maritum ſuum Comitem Herfordiæ, & dominus Rex dedit ei omnes captivos Scociæ. Nam tempore Regis Edwardi ſenioris quidam capti fuerant, qui uſque ad præſens tempus ſub carcere remanſerant, inter quos [1]erat uxor Roberti de Brutz, Epiſcopus de [2]Glaſtoñ, & quidam Comes juvenis, & alii milites Scotorum quindecim & amplius. Elaboratum eſt interim, ut Comes [3]poſtliminio rediret, ſet promittitur, niſi multa conferret, & multa quidem offeruntur, ſet plura ſatis, & quæ vires ejus excederent, exiguntur. Tandem, poſt varios circuitus, ſic actum eſt, ut Robertus de Brutz uxorem ſuam & ceteros captivos Scotorum [4]reciperet, & Comitem Herfordiæ ſine mora reſtitueret, &, hac permutacione ſic facta, rediit Comes noſter ad propria. A. D. 1314.

Poſt natale Domini paucis evolutis diebus Dominus Rex corpus Petri de Gaveſtoñ, ſui quondam ſpecialis amici, ab Oxonia ad Langeleye fecit transferri. Jam enim de capitacione ipſius biennium tranſivit & amplius, & uſque nunc apud fratres Oxoniæ jacuit inhumatus. Propoſuerat namque Rex, ut dicitur, prius mortem Petri vindicaſſe, deinde corpus ejus ſepulturæ tradidiſſe. Set jam revocati in amiciciam ſunt, ex quibus videbatur Rex petere vindictam. Rex apud Langeleye, ubi fratribus prædicatoribus jam pridem domum conſtruxit, corpus ſui Petri honorifice ſepelivit. A. D. 1315.

---

1 *F.* erant. 2 *Sic. Lege*, Glaſcou, *vel* Glaſcovia. 3 Poſt limine *MS.* 4 Reciperit, *MS.*

A. D. 1315. Deinde, ad Purificacionem beatæ Mariæ, conveniunt Londoniis Comites & barones univerſi, de ſtatu Regis & regni, & de expungnacione Scotorum tractaturi. Et in primis ejecerunt à conſilio Regis Hugonem Deſpenſer, & Walterum de Langeton Epiſcopum [1]Ceſtriæ, olim Theſaurarium Domini Regis Angliæ. Poſtea removerunt à Curia Regis familiam ſuperfluam, Regi & terræ nimis oneroſam, ut dicebatur. Ex illa remocione expenſæ Regis cotidianæ in decem libris ſunt diminutæ. Cœpit igitur parliamentum pacifice tractari, & uſque ad finem Quadrageſimæ fere protelari.

In hoc parliamento quia negociatores in [2]venditis victualibus per patriam tranſeuntibus modum exceſſerunt, Comites & barones, rei publicæ proſpicientes, huic morbo medelam appoſuerunt, unde in bobus, porcis & ovibus, in avibus, pulcinis & columbis, & in ceteris communibus victualibus, certum precium ſtatuerunt. Proviſum eſt eciam & conceſſum, ut Vaſcones vina ſua ad portus Angliæ tranſveherent, & ibidem tonellum ſecundum precium in parliamento taxatum venderent, nec Anglici ulterius, tanquam forſtallarii, ad quærenda vina transfretarent. Hæc omnia per terram ſic divulgantur, & in [3]Comitatibus burgis publice proclamantur.

Mauricius de Berkelee curam & cuſtodiam villæ de Berewik accepit, unde ad eam tuendam ſine dilacione iter arripuit. Eſt autem Berewyke villa fortis & bene murata, in inicio Scociæ ſuper mare poſita, mercatoribus in tempore pacis ſatis [4]accommoda, quæ, ſi prodicione non fraudetur, nunquam Scociæ ſubicietur.

1 *Id eſt*, Coventrenſis & Lichfeldenſis. *Vide Godwin. de Præſ. p.* 366,367. 2 Vendidis *MS. Poteſt &* vendendis *legi.* 3 *F.* Comitatibus ac burgis. 4 Acomoda, *MS.*

Ob-

Obſidionem non formidat, dum tamen Anglia ſibi ſuccurrat. Naves enim Anglicanæ totam terram circuerunt, & in arte navigandi & in conflictu navali principatum gerunt; unde ſi tota Scocia Berewyk invaderet, à parte maris timeri non oportet. A. D. 1315.

Exiit præterea à Curia Regis præceptum publicum, nequis arma, vel bladum, vel aliquod genus victualium ad Scotos transferret, ſi quis autem hujus præcepti tranſgreſſor inveniretur, tanquam proditor & hoſtis publicus puniretur. Unde Johannes Bodecourtus cum manu armata ex parte una, & alii magnates ex altera, meatus marinos obſervabant, & nequid in ſubſidium hoſtium [1] differretur ſummo opere procurabant. Itaque opere & opera eorum in brevi ſic actum eſt, ut tanta eſſet apud Scotos bladi penuria, quod pro centum ſolidis venderetur quarterium frumenti in Scocia. Miſſi ſunt eciam ad partes Northumbrorum Comes de Penbrok & Bartholomæus de Badeſmere, cum quingentis armatis, ad fines illos tuendos, & ad frequentes inſultus Scotorum propulſandos, ut ſic virtus eorum undique laceſſita, & machinacio eorum pro parte refrenata minus proficeret ad ſingula.

Dum hæc aguntur in Anglia, Robertus de Brutz de aliis negociis deliberat in Scocia. Nam exercitum copioſum adunavit, & Civitatem de [2] Cardoil obſedit. Sane hæc urbs Scotis ſemper erat odioſa, hæc urbs, Scotis ſemper formidanda, incurſus eorum frequenter excepit, & volatus eorum multociens impedivit. Hanc igitur ſi capere poſſet, uſque ad Novum Caſtrum nullus ſibi reſiſteret. [3] Præmiſerat quoque fratrem ſuum Edwardum cum electa manu militum in Hiberniam, qui

1 *Vel*, deferretur. 2 Carliſle. 3 Promiſerat *MS.*

gen-

A. D. 1315. gentem illam adverſus Regem Angliæ excitaret, & terram, ſi poſſet, ſuæ dominacioni ſubiceret. Et erat rumor, quod, ſi ibidem ad votum proficeret, ſtatim ad partes Walliæ ſe transferret, & Walenſes ſimiliter contra Regem noſtrum procuraret. Hæc enim duo genera faciliter in rebellionem excitantur, & jugum ſervitutis ægre ferentes, dominacionem Anglorum execrantur.

Juſticiarius autem Hiberniæ, Edmundus Botiler nomine, audiens, Scotos in terram de Hulneſtre appuliſſe, de fidelibus Regis congregavit exercitum, & Scotis eorumque fautoribus fecit inſultum. In primo autem congreſſu fugati ſunt Scoti ad montana, quaſi greges ovium diſperſi per paſcua. Habitant ſiquidem in montanis & nemoribus illius terræ Hibernienſes, ſilveſtres terras non colunt, ſet de animalibus & eorum lacticiniis vivunt, &, ſi quandoque panibus indigeant, ad villas Anglorum ſuper maritima deſcendunt, vendunt autem animalia, & comparant ſibi frumenta. Hos, & eorum regulas, aſſociavit ſibi Edwardus contra Anglicos. Si Comes de Hulneſtre fuerit fidelis, non eſt enim timendum ab eorum inſidiis.

Exivit interim falſus rumor per totam Angliam, quod exercitus noſter in Hibernia Scotos diſperſerat, quod Edwardus de Brutz perierat, quod vix unus ex Scotis vivus remanſerat. Unde Robertus de Brutz, tum propter rumores deſperatos, tum quia audivit, Comitem Penbrokyæ cum multis armatis noviter advenire, obſidionem reliquit, & verſus Scociam iter arripuit. Videntes hii, qui erant infra Civitatem, quod exercitus Scotorum reſideret poſt eos, diu [1]perſequentes à ter-

1 *Conjeceram*, perſequebantur.

go.

go. Unde in illa perſecucione multi ex Scotis perie- A. D.
runt, plures vero læſi & quidam remanſerunt captivi. 1315.

Mirabitur forſan aliquis inpoſterum, quomodo gens Scotorum audaciam reſiſtendi concepit, & cur ſic repente virtus Anglorum defecerit. Revera populus ſine duce facile diſpergitur, & membra deficiunt cum caput deprimitur. Olim Reges Angliæ, dum contra hoſtes erigerent vexillum, quindecim Comites & plures ſequebantur ad bellum. Nunc autem quinque vel ſex tantum Regi noſtro ferunt auxilium. Comitatus Cornubiæ, Mareſcalliæ & Ceſtriæ in manu Regis ſunt hodie. Comes Lyncolniæ nuper obiit, Comes Gloverniæ in bello cecidit, & Comes Warewykyæ infirmus occubuit.

De Comite Glouceſtriæ [1]cenſeo dolendum, quia tam potens & juvenis tam præmature deceſſit, quod heredem de corpore ſuo non reliquit, & tamen uxor ejus Comitiſſa per annum jam & amplius expectatur paritura; & licet nunc pareret, non video, quo jure puer hereditatem vendicaret, quia jure cavetur, quod ſi poſthumus ultra undecimum menſem natus fuerit, hereditatem defuncti vendicare non poterit. Igitur ſi hereditas Comitis ad ſorores deſcendat, tres partes fieri continget, & ſcutum, quod ſemper fuit integrum, jam erit tripertitum. Set Comes Warewykyæ [2]vicinius fuiſſet, tota patria pro eo. conſilio ejus ingenio ordinaciones prodierunt, & ceteri Comites eo audito multa fecerunt. in prudencia & conſilio non habuit ſimilem. Heredem reliquit, ſet valde juvenem. Credo conſtanter, quod hæc vindicta Dei, hæc mutacio

1 Senſeo *MS.* 2 *F.* ſi in vivis fuiſſet, fuiſſet tota patria pro eo. conſilio ejus & ingenio *&c.*

dexte-

A. D. 1315. dexteræ excelſi, propter peccata & ſcelera noſtra duces noſtros præripiat, & populus terræ indefenſus intereat.

Temeritatis quidem argui poſſem, ſi patriam meam, ſi proprium genus infamarem; ſet, ſi vera loqui licet aut convenit, gens Anglorum præ ceteris nacionibus in tribus excedit, in ſuperbia, in dolo & in perjurio. Modernos homines, & maxime juvenes, reputo ſuperbos, quia contumaces, & cum ſuperbia inicium ſit omnium malorum, abierunt hodie vicio in vicium, de ſuperbia in dolum & perjurium. In omni regno circa mare Græcum reperies multos de genere Anglorum, & wlgo dicitur & fama nunciat, quod in hiis præ ceteris dolus habitat.

Eſt & ſpecies doli maxima & quidem frequens in Anglia. de hiis loquor, qui mutuum accipiunt, & ſtatutis diebus debitum non ſolvunt. Jam dolo facit, qui detinet, quod [1]enim reſtituere oportet. Omni maliciæ poteſt obviari, ſet mali debitores non poſſunt caſtigari. Si non mutuo, inimicus ero, ſi repeto, amicicias perdo. Quid ergo melius eſt? non mutuando inimicum habere, [2]quaſi mutuum perdere, & inimicitias nichilominus incurrere. Merlinus de vobis ait, *væ genti perjuræ*. oſtendens, propter [3]perjurium, aliquod excidium nobis evenire.

Omnes fere lites & placita, quæ agitantur in Regis Curia, per aſſiſas terminantur in patria. Porro, cum ad aſſiſam ventum fuerit, qui plus dare ſufficit, proculdubio optinebit. Heu! omnis religio, omnis dignitas, & omnis poteſtas cedit precio. Hinc quidam feſtive ait, *manus, ferens munera, pium facit impium, nummus jun-*

1 *Id eſt*, re vera. *quo ſenſu & alibi in mediæ ætatis ſcriptoribus ſumitur.*
2 *F.* quam mutuum. 3 Perjurum, *MS.*

git

git fœdera, [1] *dati nummus conſilium. Nummus in Prælatis eſt pro jure ſatis, vos qui judicatis nummo locum datis.* A. D. 1315.

Per alia quædam ſigna apparet manus Dei contra nos extenta. Nam anno præterito tanta fuit habundancia pluviæ, quod vix licuit hominibus frumenta colligere, vel [2] horreo ſalva recondere. Anno vero præſenti deterius evenit. Nam inundacio pluviarum omne fere ſemen conſumpſit, in tantum [3] ut vaticinium Yſayæ jam videretur expletum eſſe. Ait enim, *decem jugera vinearum faciunt lagunculam unam, & triginta modii ſementis faciunt modios tres,* & in pluribuſque locis fenum tam diu ſub aquis latuit, quod nec falcari nec colligi potuit. Oves autem communiter perierunt, & alia animalia ſubita peſte ceciderunt. Valde autem nobis timendum eſt, ne, ſi Dominus, poſt hæc flagella, incorrigibiles nos inveniat, homines & pecora ſimul diſperdat. & conſtanter credo, quod, niſi intercederet Anglicana Religio, diſperſi fuiſſemus elapſo tempore multo.

Accidit interea, ut quidam miles, Adam de Danaſtre nomine, de domo & familia Comitis Lancaſtriæ, perpetraſſet homicidium, & de venia deſperans, ac peccatum ſuum augmentans, inſurgere cœpit contra dominum ſuum. Credidit enim Regi placere, ſi Comitem infeſtaret, qui tociens Regi reſtiterat, qui tociens Regem [4] initum [5] coëgerat mutare conſilium. Unde terras Comitis cœpit invadere, & præcipue Comitatum Lancaſtriæ, &, ſecundum relatum aliquorum, quaſi à Rege juſſus, Baneriam Regis erexit, & ſub hoc colore multos auxiliarios ſecum aſſumpſit, Caſtella Comitis latenter intravit, arma in exercitum Scotorum præparata & multam pecuniam ſimul aſportavit.

1 *F.* datus. 2 Horeo *MS.* 3 Vel vaticinium *MS.* 4 *F.* invitum. 5 Cogerat *MS.*

A. D. 1315. Erant autem quaſi octingenti viri in auxilium ejus procurati, quidam precio conducti, quidam mortis timore compulſi, quos vel oportuit patriam relinquere, vel ſecum in arma concurrere. Audiens ergo Comes proditoris inſaniam, & conſiderans, rem eſſe periculoſam, ſtatim præcepit militibus ſuis, ut infidelem illum prudenter inveſtigarent, & inventum prudenter invaderent. Ibant ergo armatorum quaſi ſexcenti, in mortem Adæ de Danaſtre omnes accenſi. Et cum veniſſent prope locum, ubi congregaverat Adam exercitum ſuum, diviſerunt ſe in duas turmas, ut prima veniens hoſtes invaderet, quæ ſi non ſufficeret, altera ſuperveniens negocium conſummaret.

Hoc poſtquam Adam de Danaſtre cognovit, cum fautoribus & complicibus ſuis primam turmam acriter excepit, & ipſam ſine dubio penitus diſſipaſſet, niſi ſecunda turma recenter adveniſſet. Adam vero & ſui ſequaces, adverſarios accreſcere videntes, & multo plures adeſſe putantes, jam vacillare cœperunt, & poſt modicum, adverſariorum impetum non ferentes, fugam inierunt. Set fugientes paſſim cæduntur à tergo. Porro, perſequencium tota fuit intencio, ceterorum ſigniferum Adam comprehendere, & vivum, ſi poſſent, Comiti præſentare. [1] Fugerat autem in quoddam horreum, & ibidem latitabat, ſet modicum. Non enim diu latitare potuit, qui totam patriam, velud hoſtis publicus, debellavit. Adverſarii ejus domum obſederunt, & ipſum ad dedicionem ſæpius monuerunt; ſet ipſe, delicti ſui conſcius, &, quocumque ſe verteret, de morte ſecurus, audaciam ex deſperacione concepit, & ſe adverſariis audacter oppoſuit, quoſdam eorum occidit, & plures ex eis male wlneravit. Tandem,

[1] Fugeat *MS.*

quia,

quia, ſine magno periculo, vivum capere non poterant, impreſſionem in eum facientes, ipſum occiderunt, & caput ejus auferentes, Comiti detulerunt. Sic Ciba, filius Botri, dominum ſuum David Regem expugnavit, quem Joab, princeps miliciæ, fugientem in Abbella capite privavit. A. D. 1315.

Paganus de Torborvile curam terræ de Glamorgan acceperat à Rege, unde [1] miniſtrales prius conſtitutos novis ſubrogatis cœpit amovere; quamobrem Leulinus Breu commotus eſt, nec poterat Pagano quicquam loqui pacifice. Erat autem Leulinus ille Walenſis vir magnus & potens in partibus ſuis. Hic, vivente Comite Glouceſtriæ, magnum officium ſub ipſo gerebat, & nunc, præpoſito Pagano, poteſtatem ſibi ſublatam ægre ferebat. Unde Paganum contumeliis frequenter aggreditur, &, pluribus audientibus, in has minas invehitur: *Venient*, inquid, *dies, & ceſſare faciam ſuperbiam Pagani, reddam ſibi vices, quas impendit michi.* Propter quod accuſatus eſt Leulinus apud Regem, quod ſedicioſus eſſet, quod occaſiones rebellandi quæreret, &, niſi Rex diligenter præcaveret, Leulinus de novo Walenſes excitaret.

Audiens Leulinus condicionem ſuam ſic apud Regem deterioratam, de conſilio amicorum, acceſſit ad Curiam, volens, ſi poſſet, ſe ipſum excuſare, aut ſaltem injuriam ſuam caute palliare. Sprevit eum Rex, jurans & proteſtans, quod filius mortis eſſet, ſi crimen, ei objectum, manifeſtum foret. Habuitque in mandatis ad Lyncolniam venire, & ibidem ſuper hiis reſponſum expectare.

Leulinus ergo, accepto tali mandato, clam & feſtinanter ad partes ſuas rediit, & quod ante propoſuerat

1 *Vel* miniſtrales.

A. D. 1315. ſtatim patefecit. Prius quidem [1] fecerat verba malivola, ſet jam de verbis perventum eſt ad verbera. Nam quadam die, dum Cuſtos de Kaerfili extra Caſtrum curiam teneret, ſupervenit Leulinus, cum filiis & fautoribus ſuis, ad Conſtabularium, captum ſecum abduxit, quibuſdam miniſtris cæſis, & pluribus, qui ad Curiam illam convenerant, male wlneratis. Caſtrum quoque ſtatim invaſit, ſet, cuſtodibus reſiſtentibus, intrare non potuit, ulteriorem vero cuſtodiam totam incendit. Jam palam factæ ſunt inimiciciæ. Leulinus minatur Paganum occidere. Paganus declinavit ejus inſidias, donec accreſceret vires ſuas.

Interim Leulinus ipſe terras, ſub tuicione Pagani conſtitutas, violenter aggreditur, cædit, incendit & deprædatur. Aſſociaverat ſibi enim in auxilium quaſi decem milia Walenſium. Omnia bona ſua, boves, vaccas, & cetera victualia, ad montes tranſtulerant. Nam in cavernis moncium, & in latebris nemorum, erat eorum refugium. Hiis & aliis malis perpetratis, ac domino Regi notificatis, præcepit Rex ſervis ſuis, dicens, *Ite velociter, & perſequimini proditorem illum*, ne forte ex mora deterius eveniat, & tota Wallia contra nos inſurgat. Committiturque negocium Comiti Herfordiæ. Nam res ipſa præcipue videbatur ipſum tangere. Terram enim de Breynok, quæ ad Comitem pertinet, terram de Glamorgan collateralem habet, &, juxta poëtam,

Tunc tua res agitur, partes dum proximus ardet.

Abiit ergo Comes in terram ſuam, ut perſequeretur Leulinum, & uterque Rogerus de Mortimer ferebat auxilium. Willelmus de Monte Acuto, [2] præfectus mi-

1 Fecerit *MS.* 2 Profectus *MS.*

li-

liciæ Regis, ex parte una, Johannes Gyffard, & qui cum eo erant, ex altera venerunt. Henricus de Lancaſtria, & alii barones & milites, terras in vicinio habentes, opem tulerunt, ut ſic Walenſes, undique [1]obſeſſi, nullatenus haberent locum diffugii. Videns ergo Leulinus, quod male erraſſet, quod ad reſiſtendum non ſufficeret, ([2]Walenſes enim bis vel ter Anglicos prædanter acceperant, ſet ſemper ubique deterius reportaverant) obtulit ſe Comiti, ſub condicione; ut ſcilicet [3]vitam & membra, terras, & cetera bona mobilia ſalva liceret habere, &, pro ſatisfaccione delicti, optulit magnam ſummam argenti; ſet noluit Comes eum admittere, niſi ſimpliciter ſe vellet reddere. A. D. 1315.

Tandem cum exercitus noſter [4]appropinquaſſet, & excubias Walenſium jam didiciſſet, Leulinus ſuos homines ſic cœpit alloqui: *Non eſt*, inquit, *tutum cum Anglis congredi. Ego dedi cauſam negocio. Ego me tradam pro toto populo. Melius eſt enim, ut unus moriatur, quam tota gens exulet, vel gladio perimatur.*

Aſcendens ergo Leulinus de montibus, reddidit ſe Comiti, ſubiciens ſe penitus regiæ voluntati. Miſitque eum Comes ad Regem, ut miſericordiam expectaret aut legem. Hæc eſt conſuetudo Walenſium, ut vetus inſania. Si quieverint per decennium, ſtatim reſpirant ad prœlium, & quod multo tempore congeſſerint, vadit in [5]exterminium. Leulinus ap Griffyth & frater ejus David poterant in pace vixiſſe, ſet rebellantes, vitam perdiderunt & principatum Walliæ. Verum ſi conſuetæ rebellionis cauſam [6]velis perſcrutari, hoc pro racione poterit aſſignari. Walenſes, prius dicti Britones, olim dicti quidem erant nobiles, & tocius

1 Obceſſi, *MS.* 2 Walenſis *MS.* 3 Vita *MS.* 4 Apropinquaſſet, *MS.* 5 Exterminum *MS.* 6 Vel perſcrutar, *MS.*

An-

A. D. 1315. Angliæ regnum poſſidentes; ſet, ſupervenientibus Saxonibus, ejecti fuerunt, & regnum [1] nomen ſimul amiſerunt. Terra fertilis & plana ceſſit Saxonibus, terra ſterilis & montuoſa remanſit Walenſibus. Porro, ex dictis Merlini prophetæ, ſperant ad huc Angliam recuperare. Hinc eſt, quod frequenter inſurgunt Walenſes, effectum vaticinii implere volentes; ſet quia debitum tempus ignorant, ſæpe decipiuntur & in vanum laborant.

A. D. 1316. Dominus Rex apud Lyncolniam barones convocaverat, ſet, propter guerram Leulini Bru, de paucis [2] conſuluerat. Perambulacio tamen foreſtarum ibidem conceditur, & Comes Lancaſtriæ principalis conſiliarius Regis efficitur. Ordinaciones, ſuper victualibus prius factæ, penitus diſſolvuntur. Itinerantes enim per patriam multum gravabantur. Nam ex quo proceſſit illud ſtatutum, nichil, vel modicum, in foro reperiebatur expoſitum, cum tamen prius habundaret forum venalibus, licet cara viderentur tranſeuntibus. Porro melius eſt emere care, quam nichil emendum ad opus invenire. Nam licet raritas annonam faciat cariorem, habundancia ſubſequens reddet meliorem.

Tranſeunte ſolempnitate Paſchali, cœpit cariſtia bladi vehementer augeri. Non eſt viſa temporibus noſtris in Anglia, nec audita centum retroactis, tanta cariſtia. Nam Londoniis, & locis vicinis, vendebatur modius tritici pro quadraginta denariis, & aliis partibus terræ, ubi minor erat concurſus hominum, triginta denarii erat commune precium. Porro durante penuria crevit & fames valida, & poſt famem dura peſtilencia, ex qua moriuntur in diverſis locis plus quam milia. A quibuſdam eciam audivi relatum, quod in

1 *F.* nomenque ſimul. 2 Conſulerat *MS.*

par-

partibus Northumbrorum canes, & equi, & alia immunda ſumebantur ad eſum. Hii enim, propter frequentes incurſus Scotorum, majori tædio laborabant, quos maledicti Scoti ſuis victualibus cotidie ſpoliabant. Heu! terra Angliæ, quæ olim ex tua fertilitate aliis terris ſolebas ſubvenire, nunc pauper & indigens cogeris mendicare. Terra fructifera vertitur in ſalſuginem. Aëris intemperies devorat pinguedinem. Seritur frumentum, & procreatur lollium. Eveniunt autem omnia à malicia habitancium in ea. Parce, Domine, parce populo tuo. Subſannant & derident nos, qui ſunt in circuitu noſtro. Dicunt tamen ſapientes Aſtrologiæ, has cœli tempeſtates naturaliter eveniſſe. Saturnus enim ſecurus & frigidus aſperitates procreat inutiles ſeminibus. Triennio jam regnans, curſum conſummavit, & ſibi mitis Jubiter ordine ſucceſſit. Porro Jove regnante ceſſabunt pluviales undæ, valles habundabunt ferro, & campi replebuntur ubertate. Et enim Dominus dabit benignitatem, & terra noſtra dabit fructum ſuum &c. A.D. 1316.

Jam pridem orta fuit diſſencio in villa Briſtolliæ, ſuper conſuetudinibus in portu maris & in foro, ſuper privilegiis & aliis rebus, in quibus quatuordecim de majoribus ejuſdem villæ videbantur prærogativam habere. [1]Obſtitit communitas, aſſerens, burgenſes omnes unius condicionis eſſe, & ob hoc in libertatibus & privilegiis pares exiſtere. Super hujuſcemodi rebus frequentes inter ſe habuerunt altercaciones, donec in Curia Regis impetrarent judices, qui de cauſſa cognoſcerent, & ipſam debite terminarent. Porro, quatuordecim illi prædicti procuraverant, in inquiſicione forenſes aſſociari. Credebantur inſuper & ipſi conducti,

1 Abſtitit *MS.*

&

A. D. 1316. & ad partem illorum quatuordecim totaliter inclinati. Allegavit communitas, libertatibus villæ fore contrarium, cauſſas intrinſecas [1] ventilari judicio forenſium; ſet Juſticiarii tales allegaciones frivolas reputabant. Unde nec libertatibus [2] in privilegiis eorum in hoc deferebant. Videntes ergo majores communitatis, excepciones ſuas repelli, jus eorum favore pocius quam racione confundi, conturbati nimirum exierunt ab aula, ubi de conſuetudine tractantur judicia, nunciaveruntque plebi, dicentes, *Venerunt judices adverſariis noſtris faventes, & in præjudicium noſtrum forenſes admittunt, unde & jura noſtra ſine fine peribunt.* Ad hæc verba vulgus inſipiens in ſedicionem vertitur, & totus populus, præ tumultu, timore [3] concutitur. Redeuntes denuo cum multo Comitatu venerunt in aulam, ubi jus eorum jam [4] vertent in injuriam. Nam pungnis & fuſtibus obviam ſibi turbam invadere cœperunt, & ipſa die ſubito fere viginti homines fatue peremerunt. Timor namque non vanus nobiles & ignobiles tantus invaſit, ut plures per feneſtras de ſummo ſolarii in plateam exilierunt, & crura vel tibias in terram decidentes enormiter [5] læſerunt. Timebant & judices, humiliter petentes, in pace recedere, quos major villæ, plebis inſaniam vix tandem compeſcens, illæſos fecit abire.

Indictati fuerunt ſuper hoc quaſi octoginta viri, &, habita inquiſicione diligenter coram Juſticiariis Regiis apud Glouceſtriam, condempnari poſtea de Comitatu exiguntur, & non venientes neque parentes, exules fieri præcipiuntur. Ipſi vero bene muniti continuerunt ſe intra villam ſuam, non parebunt Regis mandato, niſi per manum validam.

---

1 Ventelari *MS.* 2 *F.* nec priv. 3 Concucitur *MS.* 4 *F.* verterunt *vel* vertunt. 5 Læderunt *MS.*

Qua-

Quatuordecim illi prædicti, qui adverſabantur communitati, domos & redditus relinquentes, à villa receſſerunt. Nam ſub tali tempeſtate morari cum adverſariis inutile cenſuerunt. Per duos annos & amplius duravit iſta rebellio Communitatis Briſtolliæ, & tamen, ex parte Regis, pluries ſunt moniti, ad pacem venire. Maluit enim Rex pœnam graſſancium, ſi vellent, mitigare, quam, plenam vindictam expetendo, bonam villam deſtruere. Perſtiterunt autem ipſi ſemper rebelles, mandatum & præceptum Regis ſemper contempnentes. Non venerunt vocati, non paruerunt moniti, cauſantes, omnem proceſſum contra eos habitum injuſtum, quia privilegiis & libertatibus eorum omnino contrarium. A. D. 1316.

[1]Nolens ergo Rex maliciæ eorum ulterius ſatisfacere, Milites & majores de Comitatu Gloverniæ vocantur Londonias, quibus injunxit, in virtute ſacramenti ibidem præſtiti, cauſſam Briſtolliæ, & cujus eſſet injuria, patenter edicere. Qui omnes dixerunt, communitatem Briſtolliæ partem ſiniſtram fovere, & octoginta viros auctores injuriæ. Miſit ergo Briſtolliæ Adolmarum, Comitem de Penbrok, qui, vocatis majoribus communitatis, dixit eis ex parte Regis: *Dominus Rex*, inquit, *cauſſam veſtram ventilans, vos reos invenit, &, ut juri pareatis, vos monet & præcipit. Homicidas & reos illos tradite, & vos & villa veſtra in pace manete. Promitto, quod, ſi ſic feceritis, Dominum Regem erga vos ſatis placabilem & miſericordem invenietis.* Reſpondit Communitas, *Nos injuriæ auctores non fuimus, nos in dominum Regem nichil deliquimus. quidam nitebantur jura noſtra tollere, & nos, ſicut decuit, econtra defendere. Iccirco, ſi dominus Rex ea, quæ nobis inponuntur, remiſerit, ſi vitam & membra,*

1 Nolentes *MS.*

A. D. 1316. *bra, redditus & prædia, nobis conceſſerit, ſibi, ut domino, parebimus, & omnia, quæcunque voluerit, faciemus, alioquin perſiſtemus ut cœpimus, & libertates & privilegia noſtra uſque ad mortem defendemus.*

Audiens Rex contumaciam eorum, & conſiderans, rem eſſe mali exempli, juſſit villam [1] obſideri, & non recedere donec caperentur obſeſſi. Et ſtatim obſeſſa eſt villa, municiones contra eam & propungnacula facta. Mauricius de Berkele obſervabat viam maris. Aderat Johannes de Cherlton̄ Regis Camerarius, Rogerus de Mortimer, Johannes de Wylinthon̄, & alii barones & milites quamplurimi, & Bartholomæus de Badeſmere procurator tocius negocii. Erant eciam in Caſtro, quod eſt villæ contiguum, viri cum [2] petrariis & aliis machinis facientes aſſultum. Per [3] aliquod dies obſeſſi nitebantur villam defendere, quia ſperabant exteriores non longam moram facere, tum quia Comes Glouceſtriæ dudum prius ſic villam obſeſſerat, ſet infecto negocio tandem receſſerat, quia tum ſciebant, Regem in Scociam tendere, & ſuorum procerum auxilio indigere. Fefellit eos ſpes vacua. Non recedent nec villa ſubjecta. [4] Non petraria caſtri vehemencius acta conquaſſabat muros & ædificia. Quod videntes opidani, turbati ſunt, & timore concuſſi, timentes totam villam in [5] dedicionem, & majores capti miſſi ſunt in carcerem. Puniri non potuit tota multitudo, ſet multis graſſantibus opus eſt exemplo.

Jam ſciunt Briſtollienſes, ſe male errâſſe, & rebellionem ſuam nichil [6] profeciſſe. Si condicionem pacis, oblatam prius, acceptaſſent, tota fere communitas & bona eorum tuto remanſiſſent; ſet quia malo ſunt uſi

1 Obſederi, *MS.* 2 Λιθοβόλοις, *ſive* manganis. 3 *Sive* aliquot. 4 *F.* nam. 5 *Supple*, tradidere. 6 Perficiſſe *MS.*

con-

conſilio, relicti ſunt omnes regis judicio. Inutile quidem fuit conſilium, dum utilitas privatorum [1] tranſit in commune diſpendium. Sane meminiſſe debuerant obſeſſorum apud Bedeford finem deſolatum, et eorum pariter, qui apud Keneleſworth contra Regem tenuerunt caſtrum. illi quidem capti & omnes fere ſuſpenſi, iſti vero vel in carcerem detruſi, vel in exilium deportati. A. D. 1316.

Quid eſt Regi reſiſtere, niſi propriam vitam contempnere, & omnia bona pariter amittere? Nam ſi [2] inſulanus contra Regem inſulanum rebellat, proinde ac ſi vinculatus cum magiſtro carceris contendat. Per hujuſmodi diſſenciones deterioratur patria, & multipliciter læduntur indigenæ, [3] quam, ſi Rex manum rigidam & correctricem apponeret, ſedaret facillime. Set hodie frequenter accidit, quod, licet aliquem deliquiſſe conſtiterit, pro muneribus juſtificatur, fovetur impius, & [4] in innocentem culpa retorquetur. Ex hoc quippe creſcit audacia nocendi. Nam facilitas veniæ incentivum præbet delinquendi. Et ſi quæratur, cujus auctoritate fiant talia? dici poteſt, quod tota iniquitas originaliter exiit à Curia. Avaricia enim curialium votis [5] ſubſequitur ſingulorum. Hii ſunt, de quibus loquitur David in Pſalmis: *Dextera eorum repleta eſt muneribus.* Iccirco nil magis [6] utile neceſſarium foret in Curia, quam, ut Rex tales collaterales haberet in Camera, qui, pro loco & tempore, Regem exceſſibus ſuppliciter corriperent, & impiorum ſatillitum, cum viderint expedire, facta [7] ſuggererentur. propter quod

1 *Pro*, tranſiit. 2 Inſulamus *MS.* 3 *Ut* patriam *ſubintelligatur. Attamen videtur* quas *rectius reponi poſſe, ut ad* diſſenciones *referatur.* 4 *Adjeci.* 5 *Id eſt*, ſervit, ſubſervit, *ſive* aſtat. 6 *F.* utile & neceſſarium. 7 Suggerentur *MS. Forte autem rectius legi poteſt*, ſuggererent.

A. D. 1316. vir quidam Religioſus, & notæ auctoritatis, confeſſori domini Regis miſit litteras ſub hiis verbis:

Cum Rex à regendo dicatur, ut pote qui populum legibus gubernare, & gladio debeat ab inimicis defendere, dum bene regit, convenienter Rex appellatur, dum populum ſpoliat, tirannus magis eſſe judicatur. Sane Rex noſter tranſiens per patriam, bona hominum capit, & nil, vel modicum, aut male ſolvit. Set & hii frequenter, quibus ex tali cauſa aliquid debetur, ut labores evitent, de quota remittenda faciunt pactum, ut eo cicius ſolvatur reſiduum. Olim quidem gaudebant incolæ Regis adventantis vultum aſpicere. Nunc vero, quia in adventu Regis populus læditur, receſſum ejus valde præſtolantur, & habentem inprecantur ut nunquam revertatur. Rex eciam Religioſis domibus nimis * * * * * *

Trina folia, ſive quatuor pagina, infortunio plane dolendo intercideruut.

* * * * * *

Brutz, jam per multos annos cum vaſtaret terras in Marchia, prædia comitis ſemper dimiſit intacta. Sperat enim (ut creditur) procurante comite, pœnam, diu comminatam, evadere, & regnum autem vendicat ſub aliquo colore pacis retinere. Timet forſan & Comes, ne Rex aliquando, memor injuriæ, quam exercuit Comes in Petrum, ulcionem [1]exſpectaret cum viderit oportunum. Iccirco (ut dicitur) nititur Comes Robertum de Brutz in regno Scociæ ſolidare, ut, ſi forſan ſolus contra Regem non poſſit reſiſtere, ſaltem, Roberti de Brutz fretus auxilio, minas regias compellat areſcere; ſet in hiis an fidei tranſgreſſor, an læſæ mageſtatis reus, Comes habeatur, judicio majorum relinquatur. Nam jure naturali ſaluti propriæ per fas & [2]nefas licet conſulere. Sic David, fugiens à facie Domini ſui Regis Saul, ſibi providit, et ad Regem [3] Ghet cum ſuis omnibus prudenter convolavit. A.D. 1317.

Interea [4]mandaverat Archiepiſcopus Cantuarienſis, in eccleſia Sancti Pauli Londoniis tocius Angliæ clerum conveniri. Peciitq; idem Archiepiſcopus, cum ceteris Epiſcopis ab aula electis, de media vel tercia parte bonorum eccleſiaſticorum domino Regi ſubveniri. Videntes illi pauci Epiſcopi, qui ab eccleſia erant aſſumpti, primatem ſuum, cum majori parte coëpiſcoporum, in partem domini Regis inclinatum, jam in unam & eandem ſententiam convenerunt, & peticionem Archipræſulis racionabilem fieri decreverunt; ſet communitas cleri pluribus racionibus ab hujuſmodi præſtacione nitebatur abſolvi, [5]quia tamen, ſine auctoritate apoſtolica ſpeciali, non debet laicis de bonis eccle-

1 Exſpectat cum videris *MS.* 2 Nefa *MS.* 3 *Sive* Geth *vel* Gath. 4 Mandaverit *MS.* 5 *F.* tum quia, ſine.

ſia-

A. D. 1317. ſiaſticis aliqua porcio concedi, tum quia annona cara, & annus ſterilis, porcioneque regis & neceſſariis reſervatis non haberent Rectores quid errogarent pauperibus. Reſponderunt prælati, auctoritatem apoſtolicam in hoc caſu non debere requiri, quia, cum Rex infra regni ſui terminos expungnatur, Regi, tanquam commune negocium gerenti, communiter debet ſubveniri. Similiter [1] ſterilitas anni non oportet præſtacionem tam neceſſariam [2] impedire. Nam, mediante Archiepiſcopo, diebus oportunis fiet ſolucio. Tandem procuratores cleri, inportunitate petencium victi, decimam eccleſiæ domino Regi conceſſerunt, & diem Purificacionis proxime ſequentem, & eundem, anno revoluto iterum venientem, dies ſolucionis acceperunt.

Sane timendum eſt, ne hujuſmodi collecta, quæ gravat eccleſiam, domino Regi cedat in ruinam. Nam bona eccleſiæ ſunt bona pauperum. Nunquam pauperum, nunquam eccleſiæ ſpolia proſperum habuerunt auſpicium. Certe ſub Pharaone, cum, ex principali decreto, omnes ad ſolucionem quintæ partis generaliter urgerentur, Sacerdotes tamen fuerunt ab obſervancia & onere illius conſtitucionis immunes. In libro eciam numeri, ad figuram perpetuæ libertatis, [3] præcepit, Leviticam tribum ob omni publica funccione liberam eſſe, [4] ſummi pontificis duntaxat arbitrio ſubjacere. Quid aliud poteſt aut debet exigere princeps à pontificibus, vel à clero, quam [5] ut" inceſſanter fiat oracio ab eccleſia ad Deum pro eo? Omnis enim pontifex, ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in hiis quæ ſunt ad Deum, ut offerat dona & ſa-

1 Sterilitatem *MS.* 2 Impediri *MS.* 3 *Subintellige*, Dominus. 4 Summus pontifex *MS.* 5 *Addidi.*

cri-

crificia pro Rege & populo, & ſi iratus eſt Dominus, A. D.
ſacerdos medius intercedat, & in tempore iracundiæ 1317.
[1]facta eſt reconciliacio.

Iratus Dominus populum ſuum Iſraël delere decreverat, ſtetitque Moiſes in confirmacione in conſpectu ejus, & motum divinæ indignacionis oracione [2]placavit. Item [3]flamma divinæ animadverſionis deſæviente in populo, Aaron, [4]arrepto thuribulo, medius inter vivos & mortuos ſe flammæ objecit, & ceſſavit quaſſacio Moiſe orante, & manus erigente Hebræi vicerunt. Et, ſacerdotibus vociferantibus ad Dominum, muri Jerico corruerunt. Hæc eſt vis oracionis & ſacrificii, adverſus non prævalebunt vectes [5]inferi. Recolat utinam Dominus Rex, non ad oppreſſionem, ſet ad tuicionem, eccleſiæ, [6]ſe poteſtatem gladii ab eccleſia ſuſcepiſſe. Set & locum & officium, in quo poſuit eum Dominus, agnoſcat, nec de Theſauris eccleſiæ, quæ debentur pauperibus, ſet de fiſcali ærario bellum inferat inimicis.

Inſtante jam verno tempore, miſit Rex nuncios ad Curiam Romanam, qui cum veniſſent, pecierunt, ex parte Regis Angliæ, quatinus Dominus papa dictum Regem [7]ab obſervacione quarundam ordinacionum, quibus idem Rex juramento tenebatur aſtrictus, [8]dignaretur abſolvere. Aſſerebant enim, prædictas ordinaciones, licet de communi aſſenſu procerum editas & confirmatas, in perniciem regni & eccleſiæ Anglicanæ periculoſe nimis redundare.

Pecierunt eciam, ſentenciam excommunicacionis in Robertum de Brutz, & omnes ſibi adhærentes, fulmi-

1 Factus *MS.* 2 Placuit *MS.* 3 Flamam divinæ animadverſacionis deſæviente *MS.* 4 Arepto turibilo, *MS.* 5 Inferri *MS.* 6 Set *MS.* 7 Ad obſervacionem *MS.* 8 Digneretur *MS.*

nari,

A.D. 1317. nari, & terram Scotorum interdicto ſupponi, donec idem Robertus ſuper commiſſis erga Regem Angliæ ſe reformaret, & regnum Scociæ, quod injuſte occupare dinoſcitur, penitus relinqueret. Supplicarunt inſuper domino papæ, quatinus domino Regi, qui totum theſaurum ſuum pro defencione regni [1] ſui, & per aliquod tempus dignaretur ſubvenire, adicientes, regem intentum pacificato regno ſuo, ſi competeret facultas, ſumma devocione contra paganos transfretare.

Ad hæc reſpondit papa, Regem Angliæ ab obſervacione prædictarum ordinacionum abſolvi non debere, cum, ſicut acceperat, fidedignorum ſtudio fuiſſent confectæ, quos non erat veriſimile in præjudicium regni vel eccleſiæ aliquid ordinaſſe. Decrevit eciam Dominus papa, regnum Scotorum interdicto non eſſe ſupponendum, donec conſtaret de jure parcium. Denique eccleſiam, vel decimas eccleſiæ, noluit dominus papa poteſtati laicorum ſubmittere, ſet [2] ſuæ tantum ordinacioni reſervaret, &, ſi Regem Angliæ in ſubſidium terræ ſanctæ armari [3] contingeret, de fructibus eccleſiæ, ſi neceſſe foret, ſumptus habundanter miniſtraret. Promiſit inſuper dominus papa, legatos in Angliam mittere, qui de hiis diligenter inquirerent, & auctoritate apoſtolica omnes controverſias ſine debito terminarent.

Interim [4] inveniente tempore, quo ſolent Reges ad bella procedere, vocavit Rex proceres ad parliamentum, ut, juxta tenorem ordinacionum, antequam procederetur ad bellum, in communi parliamento deliberaretur, quid eſſet agendum; ſet die ſtatuto adveniente, non venit Comes Lancaſtriæ. Interim, ſub fide-

1 *Deeſt* impenderat, *vel quid ſimile.* 2 Sine *MS.* 3 Contigeret, *MS.* 4 *F.* veniente *vel* adveniente.

li-

litate & homagio, monetur adeſſe parliamento; ſet nec ſic veniens, ſub foriſfactura omnium, quæ poſſidebat in Anglia, copiam ſui facere jubetur in Curia. Tunc miſit Comes nuncios, qui excuſarent eum coram Rege, & allegarent ſimiliter cauſas abſenciæ; qui ſtatim juſſa complentes, acceſſerunt ad Regem, dicentes, *Domine, ſi placet, offendi vel mirari non debetis, ſi Comes Lancaſtriæ ad parliamentum non venit. Timet enim quorundam inſidias capitales, quos Curia regia tuetur & nutrit. De inimiciciis eorum jam conſtat evidenter, jam uxorem Comitis in dedecus & obprobrium ejus rapuerunt, unde affectum, quem erga eum gerunt, jam liquido protulerunt. Petit ergo Comes, quatinus malefactores illos à familiaritate veſtra velitis expellere, & tunc veniet ad vos, ubicunque volueritis aſsignare. Petit eciam, quod poſſit, ſine offencione veſtra, de injuria, ſibi illata, vindictam ſumere, & ſatisfaccionem, qualem poterit, impetrare.* A.D. 1317.

Reſpondit Rex, *Ego contemptum Comitis vindicabo cum potero, familiares meos expellere nolo, de raptu uxoris ſuæ remedium jure quærat tantummodo.* Convocatis itaque familiaribus ſuis, & ceteris amicis, ait Rex coram omnibus: *Ecce videtis, quomodo Comes Lancaſtriæ ad parliamentum non venit. Videtis, quomodo mandatis noſtris parere contempſerit. Quid vobis videtur?* Dicunt quidam, *Dignum eſt, ut, qui præceptis Domini ſui parere contempnit, contumaciam luat, & feodum ſi quod tenet tamquam perjurus conſequenter amittat. Perſequatur ergo Rex contemptorem ſuum & comprehendat, & comprehenſum ſub carcere cludat vel regno proſcribat.* Alii vero dixerunt, *Non eſt leve capere Comitem Lancaſtriæ. Scoti ſuccurrent ei & magna pars Walliæ. Set melius eſt, aliam viam aſſumere, & prius tractare de forma concordiæ. Satis enim liquet ex Britonum Hiſtoria, quam ſit plena periculis civilis diſcordia.*

A. D. 1317. *Nam, quod Julius Cæſar regnum Britanniæ ſibi ſubjugavit, & quod gens Saxonum, fugatis Britonibus, regnum occupavit, quod Normanni regimen Angliæ conſequenter, ex ſimili diſcordia cuncta perveniſſe noſcuntur.*

Intervenientibus ergo magnatibus, conceſſum eſt, ut dominus Rex & Comes [1] convenirent ad quendam locum, ſicut fieri decet, ad diem amoris, ſine ſtrepitu armorum. Sperabatur enim, quod, ſi inter ſe raciones ſuas & verba [2] conferrent, cicius efficerentur unanimes, quam per mediatores, mandata parcium ſæpe pervertentes. Set quia ſecreta divitum occultari non poſſunt, ſtatim nunciatum eſt Comiti, Regem jurâſſe, quod, ſi Comes vix [3] modum Conventum accederet, aut capite privaret eum, aut carceri manciparet.

A. D. 1318. Ab illa die inantea cogitavit Comes Regem non adire ſine tutela. Congregavit ſibi Comes omnes ſibi adhærentes apud Pon̄teffreyt caſtrum ſuum, & erat Rex eo tempore apud Eboracum, ubi mandaverat exercitum ſuum convenire; ſet qui properabant ad Regem, non permittuntur cum armis tranſire. Obſervabat enim Comes pontes, & diligenter fecit inhiberi dextrarios tranſduci, vel arma transferri, & hoc aſſerebat ſe facere, eo quod Seneſcallus ſit Angliæ, cujus intereſt, utilitatibus regni proſpicere, & ſi Rex contra aliquem arma vellet aſſumere, Seneſcallo præcipue deberet innoteſcere. Cernens autem Rex, ſuum impediri propoſitum, & conſilium ejus pro parte denudatum, quid faceret, vel quo ſe verteret, penitus ignoravit. Denique, procurante Comite de Penbrok, interponentibus ſe eciam Cardinalibus legatis, jam qui venerant in Angliam, ſic actum eſt, ut in quindena Sancti Hillarii

1 Convenerunt *MS.* 2 Conferent, *MS.* 3 *F.* modo.

apud

apud Lyncolniam convenirent univerſi, & tunc repararentur omnia indirecta, & de malefactoribus fieret juſticia. A. D. 1318.

Hiis itaque diſpoſitis, Dominus Rex, cum tota commitiva ſua, verſus Londonias aggreditur, & cum veniſſet prope caſtrum de Pountfreit, pertinens ad Comitem Lancaſtriæ, juſſit omnes ſuos arma reſumere, quia forſan timuit ſibi, ubi non erat timendum, aut certe ab inſipientibus proceſſit conſilium. Armati vero, & per turmas diſtincti, proceſſerunt quaſi villam expugnaturi, et ecce! Comes Penbrok Regem alloquitur: *Domine* (inquid Comes) *quale conſilium accepiſti, quid eſt, quod ita præcipitanter arma ſumpſiſti? Adverſarius non inſtat, nec aliquis nos expugnat. Nonne omnia ad certum tempus ſunt ſuſpenſa, pacta inita, fide pariter & ſcriptis confirmata?* Turpe eſt contra pacta venire, credentem fallere, & fidem infringere. Et Rex ad Comitem: *Relatum eſt michi, quod Comes Lancaſtriæ in inſidiis latitat, & nos omnes inproviſos invadere ſtudioſe procurat. Certe* (inquid Comes) *Domine, non eſt ita. Regnum, & feodum, & univerſa, quæ poſſidet, Comes ipſe relinqueret, priuſquam hujuſmodi prodicionem inchoaret.* Sic tandem, ad ſuggeſtionem Comitis, Rex ab inceptis deſtitit, & verſus Londonias iter arripuit.

Rebus ſic [1]ſe habentibus, reverſi ſunt eciam Cardinales Londonias. Proceſſerant enim verſus Scociam, [2]ut ibidem legacionem ſuam fungerentur. Set per terram Northamhimbrorum iter facientes, à quibuſdam [3]prædonibus male tractabantur. Nam Gilbertum quendam, de Middelton̄ dictum, cum ſuis complicibus obviam [4]habuerunt, qui ſarcinulas eorum ſcrutantes, ma-

1 Dehabentibus, *MS.* 2 Et *MS.* 3 Prædonis *MS.* 4 Habuit, *MS.*

A. D. 1318. ximam ſummam pecuniæ legatis abſtulerunt. Suſpendebant ergo legati partes legacionis ſuæ ad tempus, donec in parliamento optinerent fieri ulcionem de malefactoribus illis. Procedentes nichilominus ſpiritualiter contra dictos prædones, Gilbertum de Middelton̄, cum ſuis fautoribus, ſolempniter & publice à communione fidelium ſeparantes. [1] Ut expreſſa pœna inmanitas exceſſus appareat, tenorem, quem ex conſtitucione Bonefacii VIII. pro parte recolui, lector advertat. Bonefacius VIII[us] in titulo de pœnis ſic ſtatuit:

Siquis in hoc ſacrilegii genus irrepſerit, quod eccleſiæ Romanæ Cardinalem hoſtiliter inſecutus fuerit, percuſſerit, aut ceperit, fieri mandaverit, vel factum ratum habuerit, concilium facienti dederit vel favorem, aut ſcienter receptaverit vel defenſaverit eundem, tanquam reus læſæ mageſtatis perpetuo ſit infamis, bannitus & [2] inteſtabilis, & ab omni ſucceſſione repulſus, omnia ædificia ejus diruantur, & ut perpetuam [3] notam infamiæ perpetua ruina teſtetur, & nullo tempore reparentur. Nullus ei debita cogatur reddere, nullus in judicio ſibi teneatur reſpondere, ſet quicquid in bonis ipſius invenitur, fiſco vel rei publicæ dominio applicetur, nulla parte bonorum ad poſteros ejus tranſmiſſa, ut ſic quodammodo cum ipſo dampnentur & ſua, & ſiquid ab eccleſia forſan optineant ipſo jure beneficium perdant, de quo ſuperior eccleſiæ pro ſua voluntate diſponat. Inſuper, filii ejus, & nepotes, per maſculinam lineam deſcendentes, ſi beneficium aliquod, vel eciam Pontificalem dignitatem, fuerint adepti, ſint eis ipſo jure privati, ſit talibus omnis præcluſa dignitas, ſit poſtulandi negata facultas, officium & quodlibet miſterium publicum utrobique ſic ſit eis interdictum. Non credatur in judiciis eorum aſſercioni, ad teſtimonium prorſus reddantur

---

1 Et *MS.* 2 Indeteſtabilis, *MS.* 3 Votam *MS.*

[1] in-

[1]*indigni. Sit eis ad ordines aſcenſus inhibitus, ſit ad bene-* A. D.
ficium eccleſiaſticum negatus acceſſus, &, ut magis famoſa ſit 1318.
eorum infamia, ſuper omnibus præmiſſis ſit eis ſpes diſpenſa-
cionis penitus adempta, & tam inſecutor, quam violentæ
[2]*manus injector, ipſo facto ſententiam excommunicacionis*
majoris incurrat, quam non niſi per ſummum pontificem, niſi
duntaxat in mortis articulo conſtitutus, evadat. & hæc quidem ſententia in prædictum Gilbertum & ſuos fautores tam terribiliter erat promulgata.

Revera nimis erat audax verſucia, & verſuta nimis audacia, quæ tantis viris non pepercit. Cui capiti cujuſque perſonæ reverencia debetur, ſi patribus conſcriptis,[3] ſi legatis, à latere papæ tranſmiſſis, non defertur? Ceterum quantumcunque placuerit [4]vir in virum, ſolet eccleſia Romana humiliter petenti veniam præſtare. Set ſi manus ſacrilega curiam ipſam invaſerit, qua fronte, quæſo, poterit veniam poſtulare, cum jure caveatur, quod fruſtra legis auxilium invocat, qui committit in legem? Denique, cujus efficaciæ fuerit ſentencia, ſtatim apparuit. Nam, paucis evolutis diebus, Gilbertus capitur, & coram Juſticiariis Regis Londoniis condempnatur. Deinde protractus, ſuſpenſus & exenteratus, capite truncatur.

Quia in feſto Sancti Hillarii dominum Regem, & ceteros magnates, ad parliamentum convenire oportuit, ex condicto convenerunt hii, qui erant de conſilio domini Regis, dicentes, *Non eſt bonum inire parliamentum ſub hoc modo. Nam ſi dominus Rex veniat, & Comes Lancaſtriæ veniat, utique & omnes qui ſunt de eo-*

---

1 Indignum *MS.* 2 Ma manus *MS.* 3 Se *MS.* 4 Viro *malint forſitan nonnulli. Sed lectio Codicis MS. recte ſe habet, ita ſcilicet ut* faciat, *vel quid ſimile, ſubintelligatur. niſi forte, nihilo ſubaudito,* placuerit *in* fecerit *mutaveris.*

rum

A. D. 1318. *rum retencione, & certe tanta & tam* [1] *effrenata multitudo mali pocius quam boni foret occaſio. Iccirco melius eſt per medias perſonas inter dominum Regem & Comitem Lancaſtriæ firmam concordiam & plenam ſecuritatem prius reformare, ac deinde diem & locum parliamenti, ſicut decet, aſſignare.* Et actum eſt. Nam de conſenſu convenerunt apud Leiceſtriam Archiepiſcopi, Comites & Barones ex parte domini Regis, & conſiliarii Comitis tractaturi ſuper iſtis negotiis. Ubi cum multa ex parte Regis peterentur, quibus & Comes ipſe, ſi placeret, ei præſtaret aſſenſum, ad nichil penitus inclinari potuit ſine plenaria obſervacione ordinacionum.

Videntes igitur Archiepiſcopi & ceteri Comites animum Comitis inmobilem, conceſſerunt, pro domino Rege & pro ſe, ordinaciones univerſas fideliter obſervari, & cartam teſtimonii ſacramento ſingulorum & ſigillorum inpreſſione roborari. Et Comes Lancaſtriæ econtra domino Regi & ſuis debitam fidelitatem & ſecuritatem ſub fide promiſit, excepta querela, quam contra Comitem Warenniæ de raptu uxoris dudum inſtituit.

Hiis igitur ſub tali forma exceſſis, acceperunt diem parliamenti apud Lyncolniam in craſtino Trinitatis. [2] O! quantum nocuit iſta diſſencio, ô! quantum exſtitit malis occaſio? Dum Rex delirat cum baronibus, [3] fiducia rebellandi datur hoſtibus. [4] Sic jam amittitur tota Scocia, & terra Northamhimbrorum jacet inculta. Una villa Regi remanſerat in Scocia. Hæc erat Berewyke, fortis & valida, & muro inexpugnabili decenter ambita. Hanc dum Rex committeret Burgenſium cuſtodiæ villam, tradunt hoſtibus famuli perfidiæ.

---

1 Effranata *MS.* 2 Equantum *MS.* 3 Fudicia *MS.* 4 Sit *MS.*

Re-

Revera nec locus tutiſſimus, nec vir potentiſſimus, reſiſtit proditoribus, ſet Troja, [1]obſeſſa decennio, quæ vinci non potuit in prœlio, proditorum tandem ſubcubuit ingenio. Sic ille magnus Græcorum Imperator Allexander, tocius orbis domitor, cum cunctas naciones armis ſubicit, per familiares proditores toxicatus occubuit. A.D. 1318.

Studeat amodo Rex noſter vel Scociam recuperare, vel ſaltem terram propriam ab hoſtibus defendere. Nam licet Scotis fortuna ſemel arriſerit, manum forſan retrahens ad Anglos convolabit. Prodicio, perjurium & homicidium, quæ Roberto de Brutz regnandi dederunt inicium, perducent eum tandem ad finem deſolatum.

Appropinquante die parliamenti præfixo, venit Rex apud Northamtoniam cum electa multitudine armatorum, ubi dum vellet omnimodo exſpectare magnates, apparuit quidam Oxoniæ, qui diceret, ſe filium Regis eſſe, & regnum Angliæ jure ſanguinis ad ſe pertinere. Dicebat enim, ſe in cunis fuiſſe ſublatum, & Regem, qui nunc regnat, pro ipſo ſuppoſitum. Acceſſit autem ad aulam regiam, ubi fratres [2]Carmelitani cœperunt ædificare, volens ibidem ſeiſinam capere. Pervenit itaque verbum ad Regem, & ſtatim, juſſu Regis, capitur, & in craſtino domino Regi præſentatur. Verumptamen coram Rege conſtitutus, priora dicta ſua non negavit, ſet, ſe verum regni heredem, Regem autem injuſte regnare, conſtanter affirmavit.

Hujus rei celebris erat fama per totam terram, &, ultra quam dici poteſt, moleſtabat reginam. Cœpit igitur inter ſapientes eſſe conſultum, quid in hoc caſu

1 Obceſſa *MS.* 2 Carmelini *MS.*

fo-

A. D. 1318. foret agendum, ac, poſt magnam diſceptacionem, conſideratum eſt inter eoſdem, quod, qui famæ principis & honori non parcit, tanquam [1] proditor capitali pœna dampnetur, ſicut ſcriptum eſt, *qui maledixit principi, morte moriatur*. Itaque fatuus ille ex decreto curiæ protrahitur, ac, poſt illam proditorum pœnam, laqueo ſuffocatur. Revera male vendicavit, & accionem non recte inſtituit, dum vitam & regnum ſimul amiſit.

Igitur, ſicut prædixi, dominus Rex apud Northamtoniam exſpectabat. Magnates autem erant cum eo, Comes de Warennia, Rogerus Dammori, Hugo Deſpenſer (pater & filius) Hugo Dandelegh̄, Willelmus de Mountagu, & hii omnes cum magna ſequela, ita ut reputares, eos non ad parliamentum veniſſe, ſet pocius ad bella. Quod cum audiſſet Comes Lancaſtriæ, licet pluries vocatus, noluit accedere. Nam hos omnes prænominatos reputabat Comes ſibi capitales inimicos. Cauſas autem inimiciciæ breviter, ſi placet, licet exponere.

Comes de Warennia Comitis Lancaſtriæ rapuit uxorem, vel ſaltem rapientibus præſtabat aſſenſum, de quo nimirum ſi unus vindictam vellet expetere, & alter, ſi poſſet, pœnam evadere. Oderant eciam Comitem reliqui omnes, eo quod tueri volebat ordinaciones. Illi namque, juxta ordinaciones, à Curia Regis erant amovendi, & terras, quas à Domino Rege acceperant, ſimiliter amiſſuri. Ideo [2] inſidiabantur Comiti, in quantum potuerunt. Set inſidiæ eorum effectum non habuerunt. Statim enim notificatur Comiti, quicquid contra eum machinantur inimici.

Videns igitur Rex, quod proficeret [3] nichil, ageret in omnibus, quæ contra Comitem excogitaret: pen-

1 Proditori capitali penā *MS.* 2 Inſidiebantur *MS.* 3 *F.* niſans nichil, nichil ageret.

ſans eciam, ſibi periculoſam eſſe hujuſmodi diſſencio- A. D.
nem, eo quod Scotorum contra ſe firmaret rebellio- 1318.
nem, nec poſſe eum contra Scotos proficere ſine auxilio Comitis Lancaſtriæ: penſans eciam, villam de Berewyk turpiter amiſſam, & villam de Northam noviter amittendam, niſi ſuccurratur obſeſſis, qui reſiſtere non poſſunt ultra feſtum Sancti Michaëlis: penſans & expenſas inmenſas, quas faciebat contra Comitem, requirere, quatinus, omni rancore depoſito, ad locum, quem vellet, accederet, ubi cum eo, ſuper omnibus commiſſis, [1]pro ſe & ſuis amicabiliter componeret, ſet & omnes hii, contra quos diceret ſe Comes haberē querelam, ad arbitrium Comitis ſatisfacerent, & ſuper hoc fidejuſſores caucionem aut pignora præſtarent. et ita, ad inſtanciam dominæ Reginæ, Comitis Herfordiæ, & aliorum nobilium, quos Comes Lancaſtriæ reputabat fideles, optentum eſt.

Convenerunt igitur dominus Rex & Comes, & diu familiariter alloquentes, debitam amiciciam & mutuam graciam renovarunt, atque, in ſignum fœderis, eadem die cibum ſimul acceperunt; ſet & Rogerus Dammori, & ceteri, exceptis Hugone Deſpenſer & Comite de Warenna, ad Comitis præſenciam humiliter accedentes, in graciam ejus admiſſi ſunt. Præterea, quia in ordinacionibus cautum erat, quod dominus Rex nichil alienaret, nichil grande vel arduum inchoaret, niſi per aſſenſum Comitum & baronum, & hoc in communi parliamento ſolempniter expreſſum, proviſum eſt, quod eligerentur duodecim viri de diſcrecioribus tocius regni, (quorum quatuor Epiſcopi, quatuor Comites, & quatuor barones eſſent;) & de hiis tres

1 Per *MS.* *Quod ſi retineas, tum forſitan reponi debet,* commiſſis per ſe & ſuos amicabiliter.

A. D. 1318. ad minus [1]dominum Regem ſemper communicantes, ſi aliquid arduum in Curia Regis emergeret, auctoritas iſtorum duodecim ſtatim expediret. Nam difficile foret, pro ſingulis negociis, quæ ſolent in Curia Regis accidere, omnes magnates tocius regni congregare.

Nabugodonoſor, ille potentiſſimus Rex Aſſiriorum, ante annum regni ſui XII^m^ nichil egiſſe legitur memorandum, quod anno vero regni ſui XII° cœpit florere, & gentes & regna ſibi ſubicere. Arphaxat, Regem Medorum, in bello devicit, & de multis regnis unam monarchiam potenter effecit. Nec eciam Rex noſter Edwardus, qui XI annis regnavit & amplius, aliquid egit, quod prædicari debeat in foro vel in tectis. Utinam, ad exemplum Regis Nabugodonoſor, hoſtes ſuos nec ſaltem niteretur invadere, ut dampna & obprobria, quæ diu ſuſtinuit, poſſet reſarſire. Spes magna hiis diebus nobis accrevit, eo quod Deus in multis proſperis Regem & populum exhillaravit. In primis Regi & populo Anglorum feliciter contigit, quod dominus papa, cujus eſt [2]diſſenciones ſedare, Scotis, & eorum ducibus, treugas biennales indixit, ut interim viam concordiæ & formam pacis excogitaret. Set Robertus de Brutz, [3]ſpretis mandatis apoſtolicis, Regem Angliæ multipliciter infeſtavit. Viſum eſt itaque domino papæ, tranſgreſſoribus pœnam infligere, &, poſt monita, cenſuram adicere. Igitur Robertum de Brutz & ſuos ſequaces anathematizavit, & terram Scotorum interdicto ſuppoſuit. Ita ut nullus, niſi januis clauſis (interdictis & excommunicatis excluſis) divina celebraret. Cujus efficaciæ fuerat interdictum, dignatus eſt Deus oſtendere ad oculum.

---

1 *Sic. Non deſunt forte, qui legant,* ad dominum. *Ipſe* comitantes *conjeceram.* 2 Deſcenciones *MS.* 3 Spectis *MS.*

Nam

Nam dum quadam die Robertus de Brutz peteret sibi missam celebrari, capellanus, prætextu interdicti, nitebatur excusari. Set [1]jussum tiranni prævaluit, & capellanus, non uno timore coactus, ad altare divina celebraturus accessit. Cum autem sacerdos missam usque ad elevacionem corporis Domini rite peregisset, sacerdos, sicut mos est, hostiam nitebatur erigere, & columba, desuper veniens, manifeste cunctis apparuit, & hostiam, de manu sacerdotis ereptam, cunctis videntibus, asportavit. Quid aliud prætendere potest hujuscemodi visio, nisi quod præsentes ibidem indigni erant sacramento? Et hoc quidem acceptabile nobis & gratum, dum scimus, hostem nostrum à Deo reprobatum, eo quod non servavit interdictum. A. D. 1318.

Secundo, dedit nobis Deus victoriam super inimicos nostros in Hibernia. Edwardus de Brutz & sui milites, qui jam per biennium dominium ibidem usurparunt, venientes versus Dondalk, ut villam caperent, exercitum nostrum obviam habuerunt; set, inito conflictu, cecidit [2]Edwardus,& quingenti cum eo valentes armati. Ipsa die coram nostris sterilitas illa, quæ diu nos afflixit, & habundanciâ omni bonorum terram Anglorum multipliciter fœcundavit.

Modius tritici, qui anno præterito pro XL denariis vendebatur, hodie pro sex denariis emptori libenter offertur. Sic olim tam diu obsessa Samaria, ut mater filii carnibus vesceretur pro [3]penuria victualium, recuperavit divinâ graciâ. Nam capud asini, quod octoginta aureis pridie vendebatur, omnibus inmundum in crastino reputatum erat, & modius similæ pro statere uno venundatus, sicut prædixerat vir Dei Heliseus.

---

1 Jussu *MS.* 2 Edwardum, *MS.* 3 Penuria *MS.*

A. D. 1318. Quarto, factus eſt unanimis Rex noſter cum baronibus ſuis. Nam, nugis [1]poſtpoſitis, conſilia baronum [2]auſcultat, nec eſt qui Regem ad malum inſtigat amplius, quia privata familia, quæ baronibus erat contraria, hodie receſſit ab aula. Hiis igitur omnibus per graciam Dei concurrentibus, non eſt timendum nobis ab inimicis noſtris, ſicut ſcriptum eſt ad Romanos, *ſi Deus nobiſcum, quis contra nos?*

A. D. 1319. Habita concordia inter dominum Regem & Comitem Lancaſtriæ, bonum viſum eſt magnatibus, concordiam & unitatem in populo facere, injurias ulciſci, & regnum innovare. Tunc aſſignati ſunt & deſtinati ad quemlibet Comitatum viri diſcreti, & bonæ opinionis, ad audiendum & terminandum querelas ſubditorum. Miniſtrales enim regii, auctoritate publicæ poteſtatis, concuciebant ſimplices, ſpoliarunt innocentes, [3]ut nemo negocium ſuum conſummaret, niſi hujuſmodi [4]officialium manum impleret. Amoti ſunt omnes tales ab officio, ut liberius procederet inquiſicio. Inſuper ordinatum eſt, ut Comiti læſis in duplo ſatisfacerent, & ad officium nunquam redirent.

Hæc ordinacio terruit multos, & ad ſatisfaciendum induxit non dum convictos. Revera de officialibus domini Regis veraciter hoc poſſumus dicere, quia à minimo uſque ad maximum omnes ſtudent avariciæ, à ſummo Juſticiario uſque ad minimum pedaneum indicem nullus recuſat accipere. Porro, licet aliqui non exigant vel extorqueant [5]offerendum, nullus tamen eorum reſpuit oblatum. Verumtamen quod offertur ex gracia, licenter [6]recipi poteſt, ſet cum menſura, quia à nemine accipere eſt valde [7]inhumanum, ſet paſ-

1 Præpoſitis, *MS.* 2 Aſcultat, *MS.* 3 Et *MS.* 4 Efficialium *MS.* 5 Offerrendum, *MS.* 6 Recepi *MS.* 7 Inhumatum, *MS.*

ſim

ſim & indifferenter turpiſſimum. Oporteret certe dominum Regem. A majoribus ſumitur enim exemplum, & à capite [1]dirivatur omnis malicia. Sic ille regum prudentiſſimus, Rex noſter Edwardus proximus, Thomam de Weilonde, capitalem Juſticiarium, propter quaſdam tranſgreſſiones & oppreſſiones ſubditorum, omni honore, beneficio & dignitate privavit, & capitali pœnæ, vel carceri perpetuo addictus fuiſſet, niſi ad ordinem Minorum cicius [2]convolaſſet. Set nec corda Minorum eidem [3]præſtabant confugium, quin idem Thomas nudatus pedes & caput ſubiret exilium. Eodem tempore multi & magni viri, inter poteſtates domini Regis præcipui, de turpibus ſceleribus convicti, cum magna jactura & ignominia ab officio & dignitate repulſi ſunt. Inter quos quidam clericus, inter officiales Regis non minimus, de tirannide, quam exercuit, ab ipſis ſpecialibus domini Regis accuſatus & convictus, omni feodo laicali, quod in regno poſſidebat, eſt privatus. Inſuper in auro, & argento, & varia ſuppellectili, ad valorem XXX[a] milium marcarum perdidit, quæ manus regia, ut pote de bonis Regis collecta, ſibi confiſcavit. O! quanta cura in hiis adunandis prius [4]impendidit, & uno die vel uno momento valefecit? O! fallax rerum copia, quæ cum poſſeſſorem ſuum felicem facere deberet, infeliciſſimum reddit, quæ nec eum dormire, nec ſaltem unam horam in gaudio conſummare, permittit. Nam ſolicitudines & vigiliæ inimici ſunt naturæ. Hoc eſt quod Eccleſiaſtes [5]deplorando conqueritur. [6]*Vide*, inquid, *quod eſt ſub ſole, &* [7]*quidem frequens apud homines. vir*

1 *Sic.* 2 Convaleſcet, *MS.* 3 Præſtabat *MS.* 4 *Sic.* 5 *Cap.* VI. 6 *F.* vidi. 7 Qui deus frequens *MS.*

cui

A. D. 1319. *cui* [1] *dedit divicias, ſubſtanciam & honorem, & nichil deeſt animæ ejus ex omnibus quæ deſiderat: nec tribuit ei Deus poteſtatem* [2] *ex eo commedat, ſet homo extraneus devorabat illud.* Deinde addit Eccleſiaſtes & [3] diffinit de talibus dicens, *quod melior illo eſt abortivus. Fruſtra enim venit, & pergit ad tenebras, & oblivioni dabitur nomen ejus.*

Inter Comitem Lancaſtriæ & Comitem de Warenna facta eſt concordia, per excambium quarundam terrarum, quas autem Comes imperpetuum poſſidebit hereditate. Jacturam fecit, ut evitaret [4] majus periculum, quia de duobus malis minus malum eſt eligendum. Sic Comes Lancaſtriæ adverſarios ſuos ad ſatisfaccionem reduxit caute; ſet Hugonem Deſpenſer ad huc pro libito ſuperare non potuit. Hugo ſemper & caute quærit ſubterfugia, ut redimat tempus, & evitet pericula. Nam, ſecundum relatum aliquorum, jam adivit Sanctum Jacobum, quia timuit venire ad parliamentum.

Poſt Paſcha convenerunt omnes magnates terræ cum domino Rege apud Eboracum; &, conſilio facto, conſenſerunt unanimiter, in feſto Sanctæ Mariæ Magdalenæ omnes apud Novum caſtrum cum armis convenire, & extunc quod ad expedicionem belli pertinet, Deo dante, feliciter incohare. Conceſſerunt eciam proceres domino Regi, in ſubſidium guerræ ſuæ, XVIII denarium tocius Angliæ.

Hiis ita [5] diſpoſitis, miſit dominus Rex nuncios in Scociam, qui regnum peterent, pacem offerrent, & Roberto de Brutz vitam & membra ſic ſalva permitterent. Sic enim decet Regem facere, &, pace repulſa, hoſtes impetere. Sic eciam habuerunt filii Iſraë-

1 *F.* cui dedit Deus divicias, 2 *F.* ut ex, 3 *Sic*, 4 Manus *MS.* 5 Depoſitis, *MS.*

lis

lis in preceptis, ut, cum Civitatem aliquam expungnarent, pacem prius offerrent, qua non admiſſa, ad pungnacionem [1]citanter rite procederent. Sic Græci, poſt raptum Helenæ, leguntur Trojanis pacem optuliſſe. Sic potens ille Nabugodonoſor, Rex Aſſiriorum, antequam expungnaret exteras naciones, peciit ſub pace tributum. Reſpondit Robertus de Brutz, ſe de pace Regis Angliæ non multum curare, regnum Scociæ ſuum eſſe, & jure hereditario & jure belli ad ſe pertinere. Hiis titulis dicebat ſe munitum eſſe, proteſtans, ſe nec debere, nec velle aliquem ſuperiorem vel dominum terrenum agnoſcere. A. D. 1319.

Termino præfixo convenerunt Rex apud Novum Caſtrum, Comites & barones. Aderat Thomas Comes Lancaſtriæ, Comes de Penbrok, Comes de Arundel & Comes de Herford, Comes de Warenna & frater domini Regis Comes Mareſcalliæ. Affuit eciam Hugo Deſpenſer, Rogerus Dammori & Hugo Dandeleye, & hii tres [2]Vice-Comites Glouceſtriæ. Hii tres enim tres ſorores duxerant, quæ, [3]famuliæ judicio, [4]Comitatum Glouceſtriæ inter ſe diviſerant. Aderant eciam reliqui barones Angliæ, qui domino Regi certum patrocinium tenentur conferre, & multa milia peditum ſimiliter confluxerant, & omnes voluntarie, eo quod dominus Rex conceſſerat unicuique uſque ad ſummam centum librarum, ſine reſtitucione, quantum poſſet in bonis hoſtium occupare. Item conceſſit dominus Rex nautis omnibus, ut ſ. à parte maris hoſtes viriliter impeterent, & de ſpoliis hoſtium, quantum poſſent, [5]ſua dominia amplificarent. Hæc utique conceſſio in deprædacionem Scotorum voluntarios multos armavit,

1 *Vel* cito *ſive* citatim. 2 Vices Comites *MS.* 3 *Sic, pro* familiæ. 4 Comitum *MS.* 5 Suo domino amplicarent *MS.*

quia

A. D. 1319. quia reſtitucio, quæ poſt concordiam frequenter fiebat, timenda non fuit.

Profectus inde dominus Rex in Scociam, apud Berewyk cum toto exercitu primo pervenit, & hanc primam expungnacionem de conſilio fore decrevit, eo quod ulcio receſſerat ab imperio ſuo, & ne ſe ipſos exponerent periculo, dum hoſtes invictos dimitterent à tergo. Diffuſus eſt igitur exercitus [1] villam incircuitu à parte terreſtri, & cœperunt contra eam municiones & [2] expungnacula properari. A parte vero maris, nautæ, [3] qui præſunt quinque portubus, ita obſervabant introitus & [4] exercitus, ut nulli omnino pateret egreſſus.

Dum hæc aguntur in Scocia, nec videretur eſſe timendum ab hoſtibus in Anglia, Jacobus Douglas cum ſuis complicibus, qui ſemper machinacionibus fuit intentus, niſi Deus & Dominus omnium nobis præcaviſſet, magnam jacturam & dampnum [5] inæſtimabile nobis intuliſſet. Nam, juxta conſilium Achitofel, decem milia virorum ſibi [6] eligerat, & reginam Angliæ, quæ juxta Eboracum morabatur, rapuiſſe decreverat. Certe ſi capta fuiſſet tunc Regina, credo quod pacem emiſſet ſibi Scocia. Set diſſipatum eſt conſilium proditoris Achitofel, nec paſſus eſt tantum diſcrimen nobis inferri Deus Iſrael. Nam quadam die captus eſt quidam explorator apud Eboracum, & cum vidiſſet, ſe quæſtionibus addictum, promiſit, ſe, ſi daretur ei pœnam evadere, toram machinacionem Scotorum revelare, & placuit pactum majoribus Civitatis. erant enim ibidem Archiepiſcopus Eboracenſis, & Regis Cancellarius Epiſcopus tunc Elienſis. Explorator ille indi-

1 *Idem atque* circa villam. 2 *Vel* propugnacula. 3 Que *MS.* 4 *F.* exitus. 5 Inæſtimabilem *MS.* 6 *Sic.*

ca-

cavit, quod inimicus noſter Jacobus Douglas clam venturus eſſet cum electa manu ad partes illas, ut viz. Reginam abduceret, & quos reperiret inproviſos ſimul [1]occiderent. *Tali* (inquid) *die & tali loco* [2]*latitabant, & cum tempus acceperint ydoneum, propoſitum conſummabunt.* Vix erat qui dictis adhiberet credenciam, eo quod dominus Rex Angliæ terras Scotorum [3]vaſtare jam inciperet, & magis videbatur neceſſarium, talem exercitum proprios fines defendere, quam extra propria loca per centum miliaria pungnam appetere. Addidit autem explorator ille, [4]*quod, niſi eventus rei dictis ſuis fidem afferret, capitalem pœnam libenter acciperet.* A.D. 1319.

Tunc exierunt de Civitate illa Archiepiſcopus & Cancellarius, cum communi ſequela ſua. Vicecomes & burgenſes & eorum familiares, Monachi & Canonici & ceteri regulares, necnon & omnes alii, qui ad arma ferenda inventi ſunt habiles, reduxerunt Reginam ad Civitatem, deinde per aquam reducta eſt apud Notyngham. ibi fuit tucior locus Reginæ, nec Jacobus timendus, nec ejus inſidiæ.

Altera autem die, qua, juxta verbum exploratoris, reperiendi erant Scoti in ſuis latibulis, exierunt iterum de Civitate Eboracenſi laici, clerici & Religioſi. Ibant igitur clam, & ſine tumultu, ut hoſtes inproviſos invaderent, ne & ipſi præmuniti fugam forſan arriperent. Verumptamen ſatis erant præmuniti, nec tamen in fugam converſi. Nam cum homines noſtros inordinate venientes aſſpicerent, *hii* (inquiunt) *non bellatores, ſet venatores, non multum proficient.* Incenderunt autem Scoti fœnum multum, quod erat in loco illo congeſtum, & aſcendit fumus late diſperſus in cœlum.

---

1 Occidirent *MS.* *Rectius, ut edidi.* *Et tamen malim,* occideret. 2 F. latitabunt. 3 Vaſtaret *MS.* 4 Qui, niſi *MS.*

A.D. 1319. [1]Fumus impediebat viſum noſtrorum, unde & quos credebant in fugam converſos, invenerunt paratos ad bellum. Erant quippe viri ex omni Scocia electi, ad prœliandum apti, ad omnem laborem apti. Noſtri vero plures in re militari minus inſtructi, ad fugandum quam ad prœliandum magis intenti. Inito igitur conflictu, plures ex noſtris perimuntur, & multi [2]ſuper capiuntur; ſet & Scoti in Scociam cum ſuis captivis indempnes revertuntur, &c.

Pervenit verbum ad Regem Angliæ, & ad exercitum noſtrum, qui morabatur in obſidione, & ſtatim, neſcio quorum conſilio, derelicta eſt penitus obſidio. Rex enim nitebatur obviare Scotis fugientibus per unam ſemitam, & Comes Lancaſtriæ per alteram. Scoti vero felici [3]viſu [4]duplomate per alteram viam reverſi ſunt in regionem ſuam. Set quare derelicta eſt obſidio, tanto opere inchoata? Dicunt quidam, quod Robertus de Brutz habuit amicos. Certe David non evaſiſſet manus Saul Regis, ſi non habuiſſet in familiaribus amicos ejus. Inputatur Comiti Lancaſtriæ, quod Rex receſſit de obſidione. Inputatur eciam eidem, quod Scoti venerunt rapere Reginam, & quod inimici Regis illæſi in patriam ſuam ſunt reverſi. Argumenta quædam prodicionis publice [5]proclamantur, unde Comes & ſui ſequaces enormiter diffamantur. Wlgariter enim dicitur, quod Comes ille recepit à Roberto de Brutz XL milia librarum, ut ſibi & ſuis occulte ferret auxilium, & quod in obſidione, dum omnes expungnarent murum, [6]nullis ex privatis Comitis fecit inſultum, & villa de Berewyk dedita fuiſſet, ſi cautela

---

1 Fug' *MS.* 2 *Pro*, inſuper. 3 *F.* uſi. 4 *Recte* duplomate, *non* diplomate. *Lingua vernacula* a paſſe *dicimus.* 5 Proclamatur, *MS.* 6 *F.* nullus.

Co-

Comitis nuſquam repungnaſſet, & Jacobus Douglas, revertens in Scociam, per exercitum Comitis tranſſibat, Comes autem [1] in hmis per medium Scotorum ibat. A. D. 1319.

O! Comes Lancaſtriæ, cujus ſunt tantæ diviciæ, cur pro tanta ſumma pecuniæ perdidiſti famam & nomen conſtanciæ? Utinam non fuiſſet illa pecunia, pro qua fama tua periit, & crevit [2] infamia. Magna eſt jactura in famæ periculo, in cujus diſpendio nulla eſt æſtimacio. quia [3] tunc ſemel læſionem patitur, vix vel nunquam recuperatur. Certe ſi totum theſaurum tuum in munera diſperges, famam tuam priſtinam nunquam revocares. O! [4] quantos laudis habebas præcones, dum jugiter defenderes ordinaciones? Favor populi in odium convertitur, & fama tua in infamiam commutatur. Sic licet Joab multa fortiter geſſit, prodicio in Abner & Amaſam omnem laudem ejus denigravit.

O! generoſe Comes, cur non ad mentem revocas genus electum, regalem proſapiam tuam, quam infamas? Cur non advertis, Comes egregie, quantum ſit crimen ſcelus perfidiæ? Nam ſi facta [5] eorum diverſimode puniuntur, proditores tamen [6] juſte maxima pœna plectuntur. Proprium enim proditorum eſt, peſſimum finem capere, & quis unquam talem tranſivit inpune? Filotas, quondam pungnator ſtrenuus ſub magno Alexandro, miles egregius, quia delacionem proditoris triduo ſuppreſſit, ex decreto curiæ ſentenciam proditoris accepit. Æneas & ceteri Trojani, qui urbem ſuam inclitam prodiderunt, poſt mortem Priami exules defecti [7] Trojam reliquerunt. Veniamus ad exempla domeſtica. Thomas Torborvile, qui Regem Angliæ prodidit in Francia, novam pœnam ſuam pertulit poſtmo-

1 *Sic MS. F.* inermis per. 2 Infamiam *MS.* 3 *F.* cum. 4 Quante laudes *MS.* 5 *F.* malorum. 6 Injuſte *MS.* 7 Trojani *MS.*

A. D. 1319. dum in Anglia. Comes de Arſelles, Symon Fryſel, Willelmus Waleys, non quia Scoti fuerunt, ſet quia proditores, ſententiam proditorum acceperunt. Quid itaque facies, Comes Lancaſtriæ? Si viam nephariam proponas incedere, totus mundus inſurget contra te, nec pœnam debitam poteris evadere. Igitur [1] vel labia doloſa de [2] falſo convincas, vel mala opera tua in meliora cito convertas.

Inter cetera vicia, duo ſunt divitibus valde inconveniencia, cupiditas & fallacia cupiditatis ſocia. Ut quid enim cupit, qui ſatis habundat, ut quid fallit, qui alieno non eget? Revera pauperes & tenues, [3] qui' quæ neceſſaria ſunt non habent, hujuſmodi vicio laborare ſolent. Nam & in judiciis teſtimonium eorum ſolet reprobari, eo quod præſumitur, tales facilius poſſe corrumpi. Set nunc cupiditas aſſenciones ſuas ita diſpoſuit, ut, præ ceteris viciis, veraciter dicere poſſit, *ego in ſublimibus habito, & tronus meus in divitum conſorcio.*

Sic igitur concurrunt & ſtant pariter ſimul in unum dives & pauper, niſi quod de paupere frequenter ſit judicium, ſet contra injuriam divitis non eſt remedium. Heu! multa mala inducit cupiditas, perjurium, homicidium & machinaciones innumeras. Hæc animam hominis venalem facit, & de periculo animæ nichil curat, dum tamen id quod concupiſcit adquirit.

Maledicta cupiditas & ejus commercium, per quam caritas abiit & fides in exilium. Ecce! Comites & ceteri magnates terræ, qui de patrimonio ſuo ſatis poſſent decenter vivere, jam totum tempus ſuum computant pro nichilo, niſi patrimonium augeant in duplo vel in triplo; unde vicinos pauperes ad vendicionem

---

1 Ut *MS.* 2 Flo *MS.* 3 *Adjeci.*

pa-

paternarum rerum ſtudioſe ſolicitant, & quos ſic inducere non poſſunt, multipliciter infeſtant, donec anguſtiati pro modico forſan offerant, quod pro magno prius vendidiſſe potuerant. Et quia res concordat materiæ, factum [1] quod ubilibet apponere. A. D. 1319.

Erat quidam miles, vir ſimplex & multæ innocenciæ, ſicut ex quodam ejus actu conſueto poteſt apparere. Nam cum ſervos ejus, ex decreto ballivi, contingeret quandoque pro tranſgreſſione facta puniri, ſolebat miles ille apud ballivum pro ſervis intercedere, & pœnam inflictam frequenter remittere. Dicebat, ſe ex rapinis & ſpoliis nolle vivere. magnum erat opus hoc miſericordiæ. Reliquit poſt ſe filios bene valentes, quorum converſacio placens erat apud Dominum & homines. Venit autem magnus quidam & potens, filius diaboli, miniſter Sathanæ, & pueros expulit à paterna hereditate. Illi vero, non audentes querelam inſtituere, coacti ſunt pro jure ſuo modicum accipere.

Set cum providencia Dei regatur mundus, ut credimus, cur ſubcumbit innocens & floret impius, cur non eſt ſumpta vindicta de nocentibus? Sane hæc vetus [2] querela magnos & ſanctos afflixit, ſet & Regis David animum quandoque concuſſit. Cum enim Rex ille propheta preſſuras juſtorum cerneret, & iniquos ad omnes vitæ hujus illecebras licencius evagari conſpiceret, quærebat, ſi utique eſſet fructus juſtorum, & eſſet Deus judicans iniquos in terra? *Mei* [3] (inquid) *pene moti ſunt pedes, pene effuſi ſunt greßus mei, quia zelavi ſuper iniquos, pacem peccatorum videns. In labore hominum non ſunt, & cum hominibus non flagellantur. Ideo tenuit eos ſuperbia, ecce ipſi peccatores, habundantes in ſeculo, opti-*

1 *F.* quoddam libet. 2 Querela magnos & ſanctos querelam afflixit, *MS.* 3 *Pſal.* LXXIII.

nue-

A. D. 1319. *nuerunt divicias. Et dixi, ergo ſine cauſa juſtificavi cor meum, & lavi inter innocentes manus meas, & fui flagellatus tota die.* Tandem ad occulta Dei judicia deſcendens, [1] nodum quæſtionis enucleat, dicens, *Verumptamen propter dolos poſuiſti eis, dejeciſti eos dum allevarentur. Quomodo facti ſunt in deſolacionem? Subito defecerunt, perierunt propter iniquitatem ſuam.*

Manifeſte igitur inſinuat, qualiter diviciæ fallaces & proditoriæ amatores ſuos decipiunt, & quos doloſe erigunt, cum dolore proſternunt. Beatus igitur Job, in dolore & afflictione poſitus, eandem querelam movet [2], & poſtea divinæ diſpenſacionis juſticiam aſſignat. *Quare impii vivunt, ſublevati ſunt, & confortati diviciis? Semen eorum permanet coram eis, domus eorum ſecuræ ſunt & [3] pacatæ, & non eſt virga Dei ſuper eos,* & cetera proſequitur in hunc modum: nunc divinæ diſpenſacionis judicium. *Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. Ecce! quomodo exaltati ſunt ſicut cedrus Libani, & dejecit eos conſilium altiſſimi. Diviciæ datæ ſunt eis in laqueum, deliciæ & voluptates in capturam.* Super hac re ſimiliter diſputat Jeremias. *Quare* (inquid [4]) *via impiorum proſperatur, bene eſt omnibus qui male agunt & prævaricantur? Plantaſti eos, radices miſerunt, proficiunt & faciunt fructum.* Et tandem ſuam mittit ſententiam. *Congregabuntur* (inquit) *in die occiſionis quaſi greges ad victimam.* Quidam eciam poëta, dum de proſperitate [5] impiorum conqueritur, ſimile judicium proſequitur. Ait enim, *tolluntur in altum, ut lapſu graviore ruant.* Ecce David & Job, Jeremias & poëta, [6] eandem inſtituunt querelam, quorum ſimilia ſunt judicia, & in unum conſona dicta. Certe quia non profertur cito

---

1 Nodum *MS.* 2 *Cap.* XXI. 3 Paratæ, *MS.* 4 *Cap.* XII. 5 Imperiorum *MS.* 6 Eadem *MS.*

con-

contra malos ſententia, abſque ullo timore filii hominum [1] impetrant mala. Nunc autem duæ ſemitæ nobis exponuntur, una vitæ, altera interitus, & utriuſque noticiam habemus. Qui ergo ſalutis ſuæ tam prodigus extiterit, ut, relicta ſemita vitæ, viam interitus maluerit incedere, ſibi imputare debet, qui potuit eligere. A. D. 1319.

Audiens autem Comes Lancaſtriæ, ſic nomen ſuum diffamatum in populo, & quod publica vox & fama teſtimonium perhiberet de malo, acceſſit ad Regem & dixit: *Scitis, domine, quod fueram cum omni retencione mea vobiſcum in Scocia, & quod non modicos ſumptus ibidem fecerim pro villa de Berewyk recuperanda. Set nunc imputatur per totum regnum, quod res non ſucceſſit* [2] *nobis ad votum. Ego autem ora hominum obturare non poſſum, verumptamen ad arbitrium boni viri, &, ſi neceſſe fuerit,* [3] *in ferro candenti offero me purgaturum, vel ſi* [4] *appareat accuſator, & velit ſe inſcribere,* [5] *offero me legitime innocenciam meam oſtendere.* Et videbatur oblacio Comitis juſta, eo quod ſola fama laborabat, nec erat tranſgreſſio manifeſta. Admiſſa eſt igitur purgacio Comitis cum [6] qua manu parium. Sic ſpina in lilium, rubigo in ferrum, & ſcoria [7] redit in aurum, &c.

Poſt hæc exegit novus Rex Franciæ à Rege Angliæ homagium pro terra Vaſconiæ, & quia hujuſmodi ſervicium non niſi perſonaliter præſtari potuit, Rex, de conſilio ſuo, treugas biennales cum Scotis iniit, & ſic in brevi transfretare diſpoſuit. Diſplicuerunt treugæ quibuſcumque proceribus, eo quod ſtatus domini Regis videretur in hoc valde minoratus. Sane probabi- A. D. 1320.

1 *Malim*, perpetrant. 2 *Sic MS.* Vobis *forte malint alii.* 3 Infero cadenti offerro *MS.* 4 Apperiat *MS.* 5 Offerro *MS.* 6 *F.* quadam. 7 Reddit *MS.*

li-

A. D. 1320. liter ſentirent, ſi onus, quod Regi incumbit, caute declinarent. Set nec lex, nec racio turpiter fieri præſumit, quod neceſſitas inevitabilis introducit. Legitur, quod in [1]obſidione Trojana omnes fere mundi principes convenerant. Iſti quidem exterioribus, illi vero ad auxilium præſtandum obſeſſis. Set nec hii nec iſti erubeſcebant inducias petere, cum oporteret morticina comburere. Porro, non iniit Rex treugas tantum, quia transfretaturus erat, ſet ut eo pacto ab infeſtacione ſuorum gens Scotorum deſiſteret, quos tempore hiemali præcipue vaſtare conſueverat. Solebat enim Rex annis præteritis per totam hiemem munire Marchiam cuſtodibus, ſet magis nocebat populo oppreſſio [2]cuſtodum, quam perſecucio inimicorum. Scoti namque pro modico tributo Northamhimbrorum incolis ad tempus parcebant, ſet hii, qui ad tutelam præpoſiti videbantur, cotidianæ [3]exaccioni jugiter vacabant. Præterea, non potuit Rex ſimul transfretare & exercitum ad bellum conducere. Erat enim [4]transfretaturus poſt Paſcha, quando ſolent Reges præparare conductum ad bella.

Vocavit igitur dominus Rex barones ſuos apud Eboracum, ut de ſtatu regni diſponerent ante receſſum ſuum. Comes autem Lancaſtriæ, ſicut pluries vocatus, non venit. Non enim decebat habere parliamentum in Cameris, ut dixit. Habebat namque Regem & collaterales ſuos ſibi ſuſpectos, & ipſos non jam clam, ſet manifeſte proteſtabatur inimicos ſuos. Set nonne jam dudum erat omnis controverſia & diſcordia ſedata? Revera ſic videbatur pluribus fuiſſe res geſta. Verum ſuſpecta eſt pax inter magnates, ad quam non amore

1 Obſidionem Trojanam *MS.* 2 Cuſtodium quamque perſecucio *MS.* 3 Exaccione *MS.* 4 Transfetaturus *MS.*

ſet

ſet vi ſublimes veniunt poteſtates. Dominus Rex apud Berewyke cum firmata fuiſſet obſidio, & videbatur res expedienda pro nichilo, hujuſmodi verba protuliſſe fertur. *Cum* [1] *iniquus tranſierit iſte tumultus, ad alia negocia manus convertemus. non dum enim nobis excedit ad memoriam fratri meo Petro illata quondam injuria,* & hoc quidem verbum Comitem non latuit, unde nimirum de re apud Berewyk ſegnius intromiſit, vel, ſi dicere fas ſit, ipſam expedicionem forſan impedivit. [2] Sic Achilles iratus commilitonibus Græcorum fertur nocuiſſe, & ab armis ſuis diu propter votum abſtinuiſſe. Non [3] vitupero Comitem, ſi ſibi præcaveat, nec tamen laudo, ſi fidem infringat. A.D. 1320.

Igitur quinto ſextove die ante Nativitatem Sancti Johannis Baptiſtæ transfretavit dominus Rex in Franciam, quem Deus pro ſua pietate ſalvo cuſtodiat & ſalvo reducat in Angliam. Præceſſerant autem Regem frater ejus Edmundus, Bartholomæus [4] Badeſmere, & quidam alii, pro quibuſdam negociis domini Regis ad Curiam Romanam profecturi.

Eo tempore vacabat in Anglia ſedes Epiſcopalis Lyncolnienſis, ſet canonici, ante receſſum Regis optenta licencia, unanimiter conſenciebant de eleccione paſtoris, qui quidem magiſter Antonius de Bek nominatus, ſicut generoſus & morigeratus, & magiſter erat [5] theologiæ, eccleſiæ Lyncolnienſi ſatis ydoneus, illius egregii Antonii de Bek, quondam Dunelmenſis Epiſcopi & Patriarchæ [6] Ieroſolomitani, conſanguineus. Habebat dictus Bartholomæus nepotem, qui, pro ætate, [7] induſtris erat. nondum enim XXV annos attigerat.

1 Iniqua *MS.* 2 Si *MS.* 3 Vituperio *MS.* 4 *Sic.* 5 Theologus, *MS.* 6 Ieroſolomitane, *MS.* 7 *Sic. Neque deſunt alii mediæ antiquitatis Codices MSS. qui & eodem modo efferant.*

A. D. 1320. Procurante itaque Bartholomæo inductus eſt Rex Angliæ, ſupplicare domino papæ pro juvene, ut ad dictam ſedem Epiſcopalem dignaretur eum aſſumere. Rogabat & Rex Franciæ, & Edmundus frater ejus Angliæ, & laudabant juvenem omnes, perſonam ipſius apud dominum papam multipliciter recommendantes. Sic igitur dominus papa, tot & tantorum precibus ſolicitatus, priorem eleccionem caſſavit, & juvenem illum eccleſiæ Lyncolnienſi præfacit. Mirabile quidem factum, quia contra legem & [1] armacionem actum. (Nec viſum nec prius auditum, ut tam juvenis præficeretur in Epiſcopum.) contra legem, cum nemo citra XXX[a] annos de jure Cathedram paſtoralem poſſit aſcendere. contra racionem, quia nemo juvenes eligit duces. eo quod non conſtat, eos eſſe prudentes. nam & Salomon incertiſſimum reputat inter omnia incerta viam adoleſcentis in juventute ſua. Siquidem admiranda ſeculo & [2] ridiculoſa præſumpcio, dum juvenis paſtorali locatur in ſolio, juvenem contingit ad regnum ſublimari. Set bene non congruit, juvenes epiſcopari, quia ſanguis & natura attenditur in principe, ſet virtus & ſciencia requiritur in principe. In gregibus & armentis aper, aries & taurus, corpore & animoſitate præſtancior, ceterorum erit minator & ductor, ſet inter racionales hic ordo non ſervatur. Hodie enim quanto quis minus ſapit, tanto audacius melioribus [3] ante eum eſſe præſumit. Qui nichil didicit, aliorum doctor efficitur, & quaſi æs ſonans aut [4] cimbalum, uſurpat prædicacionis officium, cum ſit cuneus inutilis & ydolum mutum. Nam Epiſcopus illiteratus, præco eſt mutus.

1 *Malis forte*, arramicionem. *Et tamen* racionem *reponend. eſſe e mox ſequentibus ſatis liquet.* 2 Rediculoſa *MS.* 3 *F.* anteeundum (*vel* anteferendum) eſſe. 4 Simbalum *MS.*

Apud

Apud veteres erat condicio ſapientum inæſtimabiliter venerabilis. Hodie vero prudencia tanquam vilis & abjecta calcatur, & quadam abhominabili mutacione ſtulticia in ſublimi præponitur. Hoc eſt quod Eccleſiaſtes deplorando conqueritur. *Vidi* (inquid) *malum quod eſt ſub ſole, ſtultum in ſublimi dignitate poſitum, & ſapientes ſedere deorſum.* A. D. 1320.

Sacræ ſcripturæ [1] prorſus ex parte onus importabile dignitate uſurpavit, de aliena pocius quam de ſua ſciencia [2] præſumens. Erubeſcat doleatque prælatus præeſſe populo nec prodeſſe, docentis officium aſſumpſiſſe, & in doctrina populi mutum eſſe. Talem ſiquidem non præfert honeſtas ſet cupiditas, non moralitas ſet venalitas, non ſciencia ſet pecunia, non meritum ſet precium, non eleccio ſet ambicio, & cum ad regimen plebis & ducatum populi præficiatur, timendum eſt, ne, relicta terra promiſſionis, in ſervitutem incidat, & in Ægiptum revertatur. Dignitatis equidem appetitus nacione cœleſtis eſt, in cœlo conceptus, à cœlo dejectus, quando affectabat Lucifer ille à parte aquilonis cathedram erigere, collocari in excelſo, & fieri ſimilis altiſſimo. Timendum eſt itaque miſeris prælatis, ne, dum cathedram erigunt ad aquilonem, id eſt, dum indigne cathedram aſcendunt paſtoralem, cum Lucifero præcipitentur in gehennam.

Qua fronte, quæſo, præeſſe præſumit, qui prodeſſe non novit? Nonne videretur inſanus, qui, omnino navigacionis ignarus, in [3] diſcrimine tempeſtatis peritiſſimos nautas contempneret? Ipſe autem, in ſuam & aliorum perniciem, propter temeritatem magiſterium navis uſurparet? Set nullus hodie ab onere pontificali

1 Proſſus *MS.* 2 Præſumentes *MS.* 3 Diſcrimen *MS.*

A. D. 1320. ſe excuſat, nullus invitus trahitur aut [1]reclamans. Ubi hodie ſimilis Amonio reperitur, qui cum ab omni populo ad pontificatus apicem peteretur, *oculos meos* (inquid) *effodiam,* [2]*linguam, per quam vobis placeo, niſi me dimittatis, abſcidam?* Certe, cum ad erudicionem populi mitteret Dominus Jeremiam, qui ſanctificaverat ex utero ſuam inperfeccionem, propheta formidans, *a! a! a!* (inquid) *Domine, ecce loqui neſcio.* Moiſes eciam, dum à Domino [3]ad liberacionem populi in Ægiptum deſtinatur, inpedicionem linguæ prætendens, alium mittendum humiliter inprecatur. Iccirco, propter inſufficienciam & cupiditatem Pontificum, tranſlata eſt hodie Archa Dei de Iſraël in Azotum, i. à ſanctitate in ignem concupiſcenciæ, & de [4]Azoto tranſfertur in templum Dagon, i. deſolacionis & triſticiæ. Nam in Mathæo ſcriptum eſt, *Cum videritis abhominacionem deſolacionis ſedentem in templo, tunc væ! prægnantibus & nutrientibus,* ac ſi diceret, *Cum videritis* [5]*ambicioſum, illiteratum, & fatuum in eccleſia Dei præminere, væ! illis, qui talibus prælatis coguntur ſubjacere.* Illi vero, qui ſpem ſalutis conceperant, [6]exemplo talium ſuffocantur; [7]qui vero vitæ cœleſtis [8]alimenta petebant, [9]nullo verbi Domini pabulo ſuſtentantur. *Parvuli* (inquid propheta) *pecierunt panem, & non erat qui frangeret eis.*

A. D. 1321. Poſt reverſionem domini Regis, orta eſt magna diſcordia inter quoſdam majores baronum & Hugonem Deſpenſer filium, domini Regis Camerarium. Hugo namque, qui primogenitam heredum Glouceſtriæ duxerat uxorem, & cui fere totum Glamorgan ceſſerat in partem, omni ſtudio & tota mente terras, [10]vicinas domi-

---

1 Reclamas *MS.* 2 Liguam, *MS.* 3 Ad obliberacionem *MS.* 4 Azota *MS.* 5 Ambicom, illaratum, *MS.* 6 Exemplum *MS.* 7 Quo *MS.* 8 Alimentā *MS.* 9 Nulle *MS.* 10 Vicinias *MS.*

nio

nio ſuo, nitebatur [1]amplificare, & primo Caſtrum de [2]Neuport, quod Hugo de [3]Angelegh in partem accepit, [4]fraudulenter intravit & tenuit, & caſtra quædam, ex regia munificencia Rogero de Mortemer dudum collata, vehementer affectavit, & dominum Regem ad repeticionem dictorum caſtrorum conſequenter induxit. A. D. 1321.

Præterea, terram de Gower, ex quibuſdam cauſis in legibus Marchiæ præjudicium exquiſitis, fiſco applicari cenſebat, pro eo quod Johannes Moubray in ipſam, cum de Rege teneretur in capite, ſine licencia Regis ingreſſum fecerat, ſet & dominus Rex, qui votis Hugonis pro poſſe favebat, proceſſum quendam in prædictum Johannem & legi Marchiæ præjudicialem fieri [5]diſcernebat. [6]Inſtabat Johannes, inſtabat & Comes Herfordiæ, commune præjudicium advertentes, Domino Regi, ne novam legem, quam [7]conſuetudines ab antiquo uſitatas & approbatas, induceret humiliter ſupplicantes. Inſtabat Hugo Deſpenſer, pertinaciter dicens, dominum Regem, tam in Wallia quam in Anglia, hac ſemper prærogativa gaudere, ut nullus ſine licencia Regis [8]ingreſſum haberet in feodum, quod de Rege teneretur in capite, & ſi contrarium à quocunque foret attemptatum, feodum ſic occupatum redigeretur in fiſcum. Allegabant alii legem Marchiæ & conſuetudines, quas non licebat infringere. Sprevit Hugo & conſuetudines & legem Marchiæ, ſet & barones, talia allegantes, læſæ mageſtatis videbatur arguere.

---

1 Amplicare, *MS.* 2 *In agro Salopienſi. Vide Dugdalii Baronag. Angl. Tom.* I. *p.* 727. 3 *Sive* Aldithley *vel* Audley. *Vide ib. p.* 746. 4 Fraudelenter *MS.* 5 *Malim*, decernebat. 6 O ſtabat, o ſtabat & Comes *MS.* 7 Conſuetudinis *MS.* 8 In ingreſſum *MS.*

Tan-

A. D. 1321. Tanta contumelia barones affecti, indignanter receſſerunt, & convenientes in Wallia, Hugonem Deſpenſer proſequendum, deponendum & penitus deſtruendum unanimiter decreverunt. Huic autem decreto principaliter conſencientes & juramento aſtricti fuerunt ſubſcripti: Johannes de Mounbray, Comes de Herford, Hugo Daudeleye & Rogerus de Clifford, Rogerus Dammory, &, inter alios, Rogerus de Mortymer avunculus & nepos. Iſti venerunt cum multis aliis, & manus Comitis Lancaſtriæ erat cum illis. ([1]Omnibus iſtorum Hugo diffidat, quia contra ſingulos Hugo deliquerat.) Johannes de Moubray pro terra de Gower, quem ſupplantare nititur Hugo Deſpenſer. [2]Hugo Daudeleye pro caſtro detento. Comes de Herford pro læſo filio. Rogerus de Clifford pro exheredacione matris, quam Hugo procuraverat in præjudicium ipſius. Rogerus Dammori, coheres Comitis Glouceſtriæ, invidum ſuum non poteſt diligere. Rogerus de Mortimer & Rogerus de Mortimer inimici facti ſunt Hugoni Deſpenſer, quia unum ſpoliare diſpoſuit, & in utrumque mortem avi ſui vindicare promiſit. Comes Lancaſtriæ notam infamiæ, quam apud Berewyk pertulit, imputat Hugoni, quam wlt vindicari cum tempus acceperit.

Igitur antequam rem in actum proferrent, mandarunt domino Regi, quatinus Hugonem Deſpenſer à ſe dimitteret, aut electæ cuſtodiæ ipſum committeret, [3]ut certo die judicio ſiſti poſſet, quo ad ſibi obicienda reſponderet, alioquin Regem pro Rege deinceps non haberent, ſet homagium, & fidelitatem, & jusjurandum quodlibet Regi præſtitum penitus declinarent, & tan-

1 *Sic emendavi, quum in MS. legatur* Quibus, *in quo neque parenthesi includuntur.* 2 Hugonem *MS.* 3 Et *MS.*

quam

quam homines ſine Rege, ſine Rectore, & ſine Judice, pro defectu Juſticiæ in ulcionem Hugonis propria auctoritate procederent, & vindictam, qualem poſſent, de malefactis tantorum malefactorum expeterent. A. D. 1321.

[1]Indignatus Rex vehementer ſuper mandato baronum, verſus Glouceſtriam iter arripuit, & ultra progreſſus, Rogero Dammory, quia partem adverſam ſuſtinuit, [2] caſtrum de Sancto Briavello cum libertate & pertinenciis ſtatim abſtulit, & terras Hugonis Daudeleye confiſcari juſſit, quia, ut Rex [3] aſſerit, contra juramentum, quod Regi præſtiterant, baronibus adhæſit. Deinde cum propoſitum baronum ſine forma prædicta ſuſpendere non poſſet, cum ſuo Hugone ſemper à latere Londonias revertitur, ſet propoſitum baronum ulterius non differtur.

Nam caſtrum de Neuport primitus obſidentes, leviter capiunt, & Hugonem Daudeleye, prout jus dictabat, in poſſeſſionem mittunt. Cetera caſtella, quæ Hugo Deſpenſer tenebat in Wallia, modico labore barones occupant, nec cuſtodes defendere, nec Walenſes, dominacionem Hugonis execrantes, tuicionem inferre procurant. Erat enim cum baronibus fortitudo copioſa armatorum octingenti, & peditum multa milia, nec Hugo Deſpenſer venerat defendere, nec cuſtodes indefenſi poterant reſiſtere. [4]Quicquam autem precioſum in caſtris reperiunt, [5]econtra lege Juris belli inter ipſos dividunt. Oves, boves & equos non dimittunt, ſet quid quis tolleret ſine lite ſtatuunt. Dignum namque judicant, ut publicentur ejus, per quem regnum & optimates regni graviter perturbantur.

---

1 Indignatur *MS.* 2 *Vulgo*, St. Breulais, *ſive* St. Brevial's Caſtle. 3. *F.* aſſeruit. 4 *Potius*, quicquid. 5 *Malim*, contra legem (*ſive* leges) juris belli.

Con-

A.D. 1321. Convenerunt autem incolæ illius terræ ad barones quaſi XXX^ta milia hominum, dicentes: *Ceſſet indignacio veſtra circa nos, dominacionem Hugonis Deſpenſer nunquam gratam habuimus, parati ſumus unanimiter obedire mandatis veſtris.* Admiſſi ſunt ſub tali pacto, ut ab homagio Hugonis Deſpenſer penitus diſcederent, ut eum pro domino nunquam agnoſcerent, ſet domino Regi per omnia fideles exiſterent, & vero heredi pro loco & tempore debita ſervicia illæſa ſervarent, & hæc omnia, tactis ſacroſanctis euuangeliis & oretenus appoſitis, ſpecialiter confirmarunt.

Poſt rem ſic conſummatam in Wallia, idem judicium decreverunt barones exercendum in Anglia. Nam omnia bona Hugonis, tam patris quam filii, ubicumque reperta, occuparunt, diſperſerunt & publicarunt. Voluntas enim Comitis Lancaſtriæ fuit, ut non ſolum inſurgerent in filium, ſet ut patrem cum filio mitterent in exterminium. quia antiquum odium, erga patrem conceptum, tempus vindictæ non viderat acceptum. Et ſic interim conjurati ſunt barones Marchiæ cum Comite Lancaſtriæ in exilium Hugonis Deſpenſer, tam patris quam filii, in perſecucionem eorum, in dampnacionem, imperpetuam exheredacionem. Igitur, ſicut dixi, occupantur bona eorum, maneria ſpoliantur, franguntur clauſtra ferarum, & forſan quia Hugo pater olim à multis pro feris regiis injuſtam extorſit redempcionem, nunc in feris propriis, quas multum dilexit, patitur ulcionem. Sic Pharao ſubmergitur, quia infantes ſubmerſit; [1] ſic frequenter" & ſic frequenter juſte contingit, ut quis puniatur in quo deliquid.

---

1 *F. delend.*

Cum

Cum audiſſet Rex tantam feritatem baronum, convocatis conſiliariis ſuis poſuit conſilium. Erant quidam, qui juſtum reputabant eſſe judicium, invadere & occupare caſtra baronum, ut exemplum, quod ipſi præſtiterant, retorqueretur in capud eorum. Et huic quidem conſilio dominus Rex libenter acquieviſſet, ſi [1] conſentaneos ſufficientes habuiſſet. Alii vero ſanioris conſilii diſſuadebant ſic fieri. Dicebant enim, ex hujuſmodi proceſſu nichil aliud evenire, quam communem guerram ſuſcitare, terram deſtruere, & ad perdicionem regni properare. Conſulebant autem, ut Rex barones ad parliamentum convocaret, & ibidem, ſicut decet, querelas ſingulorum audiret, & eas ſecundum leges terminaret. Vocavit igitur barones ad parliamentum, ut interim ceſſaret impetus eorum. Venerunt itaque ad parliamentum, ſet cum maxima multitudine armatorum. A. D. 1321.

Videns autem Rex propoſitum baronum, animadvertens peticiones eorum, & quod ad hoc tendebant omnimodo, ut exterminarent [2] privatum ſuum, nitebatur differre negocium. Nolebant dilacionem ferre magnates. Noluit Rex audire barones, & ita per aliquot dies ſuſpendebat Rex peticiones eorum, donec unanimiter omnes unum conformaverunt decretum, mandantes domino Regi, quatinus querelas eorum audiret, & peticionibus eorum ſecundum juſticiam ſatisfaceret, aut ab homagio ſuo penitus diſcederent, & alium Rectorem ſibi præficerent, qui juſticiam omnibus faceret, & collum nocentium & ſuperborum humiliaret; & hoc quidem mandatum Comes de Penbrok & alii magnates, qui videbantur mediatores, Regi [3] defere-

1 Concentaneos *MS.* 2 *Sic MS.* Primatum *forſitan malint alii.* 3 Differrebant, *MS.*

A. D. 1321. bant, qui tamen cum baronibus [1] & querelis eorum defendendis uſque ad mortem juramentum præſtiterant.

Tunc Comes Adomarus coram Rege hujuſmodi verba fertur protuliſſe. *Conſidera* (inquid) *domine Rex, potenciam baronum,* [2] *imminens adverte periculum. nec frater, nec ſoror, te tibi debet eſſe carior. Noli ergo pro aliquo vivente perdere regnum tuum. Alpibus ille perit, qui plus ſe diligit ullum. Nec dicat dominus Rex, in contumeliam ſuam hæc à baronibus incohata. Set quia publice utile eſt, ut malis hominibus evacuetur patria, & ad hoc, domine Rex, præſtitiſti juramentum in coronacione tua, ergo ſi barones audieris, potenter & glorioſe regnare poteris, ſin autem & à peticionibus eorum* [3] *& à noſtris* [4] *avertis, regnum forſan & nos omnes conſequenter* [5] *amittes. Conjurati enim ſumus, quia paribus noſtris contradicere non poſſumus.*

Videns ergo Rex, quod vehementer irruerunt in eum, annuebat, licet invitus, peticionibus eorum. Tunc miſſus eſt, ex parte Regis, Archiepiſcopus Cantuarienſis, qui barones ad Weſtmonaſterium convocaret, ubi coram Rege convenirent, & quod racio dictaret ſine dilacione reportarent. Nec mora congregatis omnibus apud Weſtmonaſterium, perlectæ ſunt coram Rege querelæ eorum baronum, & protinus adjectæ peticiones eorum, & quia nemo contradicere poſſet, ſequebatur conforme judicium. Summam autem querelæ paucis verbis libet exprimere.

Arguebatur Hugo nimium cupidus, & per hoc Regi minus ydoneus; arguebatur malus conſiliarius; arguebatur conſpirator & falſus; arguebatur [6] diſtructor populi, exheredator coronæ, inimicus Regis & regni.

---

1 *F.* pro *vel* de. 2 Iminens *MS.* 3 *Adjeci.* 4 Advertis, *MS.* 5 Amittis *MS.* 6 *Sic.*

Hæc

Hæc omnia contra Hugonem barones allegabant, & ſuper hiis tam patrem quam filium conſtanter accuſabant. Non erat qui patrem vel filium defenderet, non erat qui pro ipſis contra barones diſputaret. A. D. 1321.

Tunc in conſpectu domini Regis, Prælatorum, Comitum & baronum, probatum eſt judicium in Hugonem Deſpenſer, patrem & filium. Nam uterque tanquam malus & falſus domini Regis conſiliarius, tanquam ſeductor & conſpirator, vel exheredator coronæ & deſtructor populi, & inimicus Regis & regni, condempnatur, proſcribitur & exheredatur, & ſuper hoc editum eſt ſtatutum, ut judicium, tanta auctoritate firmatum, nullum revocetur in ævum.

Ecce! duo viri inter magnates terræ, & ipſius Regis ſpeciales nuper præcipui, natale ſolum & ſolium deſeruerunt, licet inviti. res miranda, quia tam ſubita. ſubitas enim mutaciones odit & miratur natura. Revera, judicio multorum, juſte accidit eis hoc infortunium. Pater namque ferus & cupidus olim multis nocuit, & excommunicaciones multorum promeruit. Cum enim eſſet Juſticiarius de foreſta, multos accuſavit de venacione regia, multos nequiter exheredavit, quoſdam in exilium compulit, iniquas redempciones à pluribus extorſit, mille libratas terræ per concuſſionem adunavit, & ecce! manum Dei vel corrigentem vel provenientem jam ſenſit. Communi vero judicio juſte perdidit, quod per jacturam aliorum prius congregavit. Set nonne legitur in ſacris ſcripturis, *filius non portabit iniquitatem patris?*

Ad hoc videntur reſpondere, viz. quod commoditas iniquitatis paternæ ad filium debuit devenire, juſtum fuit, ut paternum vicium communiter redundaret in filium. ſet &, ſecundum quoſdam, malicia filii

A. D. 1321. [1] præponderabat paternæ ſeveritati. Nam, de regio favore confiſus, omnia pro imperio agebat, omnia captabat, nulli nec alicui quantumcumque auctoritatis deferebat, coheredibus ſuis moliebatur inſidias, ſic, ſi fieri poſſet, per occaſiones fictas uterque partem ſuam amitteret, & ipſe ſolus ſolidum comitatum optineret. Ipſi vero, auxilio freti baronum, maliciæ ejus occurrerunt. Nam & patrem & filium ſimul in exilium agitarunt. Verumptamen, judicio fidedignorum, barones in perſecucione ſua exceſſerunt modum. Nam ſi cauſas exilii juſtas invenerunt, bona tamen eorum non juſte occuparunt. Quare maneria eorum deſtruxerunt, quamobrem à [2] familiaribus redempciones extorſerunt? Si juſtam cauſam prius habuerunt, jus & in injuriam modo converterunt.

Sic Saul Rex dum percuſſit Amalec, Deo placuit, ſet poſtquam ad prædam verſus, armentis pepercit & gregibus, Deo diſplicuit, quia quod non debuit perpetravit. Cartas autem remiſſionis, quas à Rege barones [3] impetrarunt, non ſicut decuit exegerunt, & iccirco [4] commodo earum poſtmodum caruerunt. Sic Babilonii induxerunt Regem invitum, ut Danielem mitteret in lacum leonum, & quia hoc injuſte fecerunt, pœnam condignam poſtmodum pertulerunt.

Hiis itaque geſtis, Hugo pater [5] tranſmarinas partes ſe tranſtulit, Hugo vero filius in mari remanſit, quem Dominus Rex tutelæ nautarum de portubus obnixe commendarat. Et factus eſt Hugo belua marina, inſidians mercatoribus qui tranſibant. Maria occupavit, merces eorum, & cetera bona, & nulla navis tranſibat intacta, ſet in grandem navem Januenſem, quam wlgo

1 Præponderebat *MS.* 2 Famuliaribus *MS.* 3 Impetravit, *MS.* 4 Comodo eorum *MS.* 5 *F.* in *ſive* ad tranſmarinas.

[1] ap-

[1]appellant [2]dromonem, invaſit, &, nautis peremptis, infinita bona, quæ navi [3]inerant, ad ſuos uſus ſequeſtravit. A.D. 1321.

Interim dominus Rex magnates illos, qui Hugonem in exilium compulerant, expungnare decrevit, pro eo quod caſtella exulantium occupaverant, & maneria exulantium, tam patris quam filii, turpiter deſtruxerant, & quia bona exulum, quæ fiſco magis applicari debuerant, in ſuos uſus ſumpſerant & conſumpſerant; & licet dominus Rex hujuſmodi tranſgreſſiones diceretur remiſiſſe, & unicuique cartam conceſſiſſe, dicebat tamen & proteſtabatur, ſe invitum hoc feciſſe, & voluntatem coactam nullam eſſe.

Igitur dominus Rex Bartholomæum de Badeleſmere primitus expungnavit, & caſtrum ipſius apud Ledes perſonaliter obſedit. Tunc congregati ſunt majores de Marchia, [4]ut ſuccurſum obſeſſis præſtarent, ſet prohibicio Comitis Lancaſtriæ fecit, quo minus auxilium promiſſum inferrent. Comes enim dictum Bartholomæum odio habuit, & plures tranſgreſſiones ſibi impoſuit, ob quas vel carcere perpetuo, vel ſaltem exilio dignum fore decrevit, & ſic obſeſſi in caſtro ſuccurſu caruerunt, unde & nunc valentes reſiſtere caſtrum reddiderunt. Reperit autem Rex infra caſtrum prædones, homicidas & proditores, & hos quidem protrahi juſſit, illos ſuſpendit, & reliquos carceri mancipavit. Voluit enim Rex exemplum aliis præbere, ut nullus de cetero audeat contra eum municiones tenere. Sicut enim nullus poteſt in terra caſtra ſine Regis licencia conſtruere, ita nec fas eſt, contra Regem in regno caſtra defendere.

---

1 Appellat *MS.* 2 *Sive* Dromunde. 3 Inierant, *MS.* 4 Quamvis *MS.*

Dein-

A. D. 1321. Deinde miſit Rex manus, & occupavit cetera caſtra Bartholomæi, & Comitis Herfordiæ, Rogeri Dammory, & Hugonis de Audeleye, nec inventi ſunt aliqui reſiſtentes, quia ulcio ſumpta de hiis apud Ledes vehementer terruit omnes. Extendit eciam Rex manus ad maneria baronum, qui Hugonis procuraverant exilium, & bona eorum occupavit, ſet & omnes adhærentes eis, & eorum fautores univerſos deprædavit.

Cum igitur occupaſſet Rex municiones baronum à parte orientali, idem diſpoſuit faciendum in parte occidentali. Tunc congregavit exercitum copioſum, iturus in Marchiam, ut magnates expungnaret, qui occupabant partem illam. Ibi enim fuit tutiſſimum refugium baronum, & Regi ſine manu valida difficile penetrandum.

Convenerunt autem in auxilium domini Regis duo fratres ſui, viz. Thomas Comes Mareſcallus & Edmundus Comes Canciæ, pro ætate ſtrenui. Set & Comes de Penbrok divertebat ſe ad partem Regis, eo quod Comes Lancaſtriæ impoſuerat ſe prodicionis. Expertus erat Comes Lancaſtriæ (ut dixit) hominem illum infidum & varium, & baronibus indixerat auxilium ejus repudiandum. Eratque cum Rege Comes de Arundel, propter affinitatem Hugonis Deſpenſer. Comes de Warenna & Comes de Rychmund adhæſerunt domino Regi, & alii barones potentes & multi. Iſti promiſerunt domino Regi auxilium præſtare, & injuriam ſibi illatam pro poſſe vindicare. Robertus le Ewer, qui alio modo dicitur aquarius, erat dux peditum, & Fulco, filius Warini, miliciæ conduxit exercitum.

Robertus le Ewer nomen ſumpſit à re, quia in Aula Regis aquam ſolebat miniſtrare. Fulco, filius Warini, qui

qui nunc militat, nomen & cognomen anteceſſorum ſuorum portat. Nam Fulco, filius Warini, primus in diebus Regis Johannis miles fuit famoſus, cui ſucceſſit Fulco ſecundus, homo remiſſus & tepidus. Succeſſit [1]iſti Fulco tercius, miles fortis & ſtrenuus, & in Hiſpannia contra paganos pluries expertus. Sic frequenter evenit, quod poſt probum improbus & econtra ſuccedit, & talis [2]genealogia racione forte non caret. Nam probitas viri per comparacionem lucidius apparet. Sic figulus juxta artem ſuam quædam vaſa ad honorem, quædam componit ad contumeliam, ut hæc, quæ facit ad honorem, comparacione deteriorum majorem habeant decorem. A. D. 1321.

Igitur dominus Rex cum exercitu ſuo verſus Cyrenceſtriam iter arripuit, & ibidem propter Natale Domini per aliquot dies perhendinavit. Barones autem præoccupaverant Glouceſtriam. quamobrem Rex divertebat Wygorniam, nec ibidem tranſivit Sabrinam, quia barones ex parte adverſa cuſtodiebant ripam. Præmiſit quoque Rex apud Bruggenorth viros armatos & pedites, qui præparent tranſitum ſuum. Reſtiterunt domini de Mortimer, necnon & gravem ejus fecerunt inſultum. Nam magnam partem villæ incenderunt, & de ſervis Regis plurimos occiderunt. Reliquit autem Rex villam ad ſiniſtram, & ſic adivit ad Salopiam, ut ibidem tranſiret in Marchiam. Poterant ad hæc barones, ſi voluiſſent, curſum Regis impediſſe; ſet domini de Mortymer noluerunt ulterius conſentire, eo quod juxta placitos dies non venit Comes Lancaſtriæ. Timebant enim aliquid magnum aggredi ſine Comite. Iccirco ſine Comite noluerunt domino Regi amplius A. D. 1322.

1 Iſte *MS.* 2 Genologia *MS.*

re-

A. D. 1322. reſiſtere. Unde videntes, quod Comes non ſuccurreret in articulo neceſſitatis, relictis ſociis, reddiderunt ſe voluntati domini Regis. [1]Reliqui vero Comites vehementer attoniti, Comitem Lancaſtriæ adierunt, & ea, quæ ſic geſta erant, in lacrimis narraverunt. Comes autem in proteccionem ſuam omnes recepit, & pro communi querela defendenda ſub jurejurando auxilium promiſit.

Rex igitur, relicta Salopia, in Marchiam tranſivit, & quia nemo reſtitit, omnia Caſtella faciliter occupavit. Venienſque Rex apud Herfordiam, Epiſcopum loci acriter increpavit, eo quod contra naturalem dominum ſuum barones ſuſtinuit, unde & plurima bona ipſius in ulcionem confiſcavit.

Deinde rediit Rex apud Glouceſtriam, & Mauricium de Berkelee recepit in graciam ſuam. Juſſit eum nichilominus in cuſtodiam mitti, & caſtrum de Berkelee cum omnibus bonis ſuis pariter confiſcari. Exinde miſit rex illos de Mortymer ad turrim Londoniarum, ut ibidem remanerent, ne forte prioris facti pœnitentes, ad ſocios ſuos barones reſilirent.

Dum autem Rex moram faceret in villa Glouceſtriæ, oblatus eſt quidam miles de partibus Herfordiæ, & notificatum eſt Regi, quod miles ille officium vicecomitis geſſerat, & nichilominus cum baronibus equitaverat, & quod in illa ſecta, quam barones dabant militibus pro noticia, in contumelia Regis placita Comitatus tenuerat. Unde decretum eſt, militem illum tanquam proditorem fore puniendum, ſet rex ex gracia pœnam proditorum remiſit, ſet ſuſpendendum fore decrevit, & ſuſpenſus eſt miles ille in ſecta prædicta, [2]ut ſicut patebat pœna pateret & cauſa.

---

1 Relequi vero Comitis *MS.* 2 Et *MS.* Eo-

Eodem tempore venit Andreas de Herkelee, miles, de partibus borialibus ad Regem, dicens: *Ecce, domine, treugæ Scotorum jam finitæ, Robertus de Brutz fines Anglorum* [1]*invaſu incendit, depræ̃datur & cædit. non eſt qui populum defendit, non eſt qui pro populo ſe murum apponit. Iccirco, domine mi rex, bonum eſſet, aliis negociis* [2]*poſtpoſitis, populo oppreſſo primitus ſuccurrere, qui ſine auxilio Regis ſui* [3]*ſævitiæ Scotorum non poſſunt reſiſtere.* Reſpondit Rex, *Scias* (inquid) *Andrea, pro certo, quod ſi michi Robertus de Brutz* [4]*immineret à tergo, & homines meos, qui tot & tanta enormia michi intulerunt, à fronte conſpicerem, proditores illos invaderem, & Robertum de Brutz inperſecutum dimitterem. Nimirum, ſi Scoti, qui nullo vinculo michi tenentur* [5]*obnoxii, regnum meum invadunt, cum hii, qui fidelitate & homagio michi tenentur aſtricti, contra me inſurgunt, homines meos ſpoliant, & villas incendunt, ſi dominum expungnant ſervi, quanto magis extraneus? Sic ait David Rex, cum perſequeretur eum Abſolon, & malediceret ei Semei.* Ecce (*inquid*) [6]filius meus quærit animam meam, quanto magis hic filius [7]Jemini [8]maledicit michi? *& non permiſit aliquem nocere ei.*

A. D. 1322.

Dixit autem Rex ad militem, *revertere ad partes tuas, & ſerva municiones tibi commiſſas, ego vero perſequar proditores meos ubicunque ſe convertant, & non revertar donec deficiant.* Juſſit itaque dominus Rex, viros fortes & armatos & pedites ex ſingulis Comitatibus congregari, & copioſum exercitum ad inimicos debellandum feſtinanter adunari. Inimicos ſuos omnes appellat, quos pars baronum ſecum ſuſtentat, ſicut ſcriptum eſt, *qui non eſt mecum, contra me eſt.* Iccirco bis vel ter procla-

1 In vaſu *MS.* 2 Præpoſitis, *MS.* 3 Seuite *MS.* 4 Imineret *MS.* 5 Obnoxi, *MS.* 6 II *Reg.* XVI. 7 Genui *MS.* 8 *Vel,* maledicet.

A. D. 1322. mari fecit ſolempniter, quod omnes hii, qui ad partem baronum [1] diverterant, infra certum diem ad pacem Regis redirent, [2] alioquin velut hoſtes publici Regi puniendi, ſine ſpe redeundi, extunc remanerent.

Circa idem tempus Hugo Deſpenſer pater & filius reverſi ſunt ab exilio, eo quod reconciliacio eorum & pax nutu regio proclamata foret in regno. Redierunt, inquam, in Angliam, quia Rex novit, eos exulaſſe per invidiam. Poterant ad huc barones ad pacem veniſſe, veniam & miſericordiam Regis forſan impetraſſe, ſet modo quicquid agunt aut machinantur, in confuſionem & dampnacionem totaliter operantur. Nam, de proteccione Comitis Lancaſtriæ nimis elati, reſiſtentes cædunt, pacientes ſpoliant, nec parcunt alicui, &, ad majorem dampnacionem ſuam, caſtrum ipſius Regis apud Tykhulle invadunt, & ad capcionem caſtri toto niſu, licet incaſſum, laborant.

Dominus Rex nimirum, ſuper hiis vehementer commotus, apud Coventriam iter arripuit, & ibidem exercitum venturum per aliquot dies exſpectavit. Exinde conduxit exercitum uſque ad magnum flumen, qui dicitur Trente. Eſt autem ibidem pons magnus, qui viam præbet tranſeuntibus. Præmiſit quoque Rex ad pontem cuneum fortem armatorum & peditum, ſcire [3] volens utrum aliquis impediret tranſitum ſuum. Venerat autem Comes Lancaſtriæ cum omni ſequela ſua in villam de [4] Burghton̄ ex parte alia.

Cumque jam fuiſſet compertum, quod Rex diſpoſuit tranſire fluvium, miſit Comes viros fortes armatos & pedites, qui pontem defenderent. Verum cum per tres pluresve dies inter ſe partes dimicaſſent, ac ad eun-

1 Divertant, *MS.* 2 Aliquin *MS.* 3 Volens aut aliquis *MS.*
4 Burton upon Trent *in agro Staff.*

dem

dem conflictum in craſtinum rediiſſent, reperit Rex vadum ſuperius, ubi tranſiit ipſe & reliqua pars exercitus. Audientes itaque barones, & jam videntes, quod Rex flumen tranſſiſſet, pontem reliquerunt, equos aſcenderunt, & fugam inierunt. Set quare fugit Comes Lancaſtriæ, qui tociens ſolebat Regi reſiſtere, præcipue cum haberet ſecum Comitem Herfordiæ, & clariorem miliciam tocius Angliæ? Revera magna erat nunc manus Regis & valida. Habebat enim circiter omnibus numeratis trecenta milia numero. A. D. 1322.

Mandaverat Comes Roberto de Hoylond, quem [1] præpoſuerat garis ſuis, quatinus exercitum conduceret de viris fortiſſimis, & certum diem veniendi ſtatuit; ſet præfixo die Robertus non venit, immo prævaricator in cauſa domini ſui reddidit ſe domino Regi, unde Comitis ſequaces, auxilium parum abeſſe vi-

---

1 Propoſuerat *MS.* *Locus hic ut rectius intelligatur, operæ pretium erit ea proferre, quæ notavit Lelandus.* **In this Porney** (*inquit ille, Coll. Vol.* II. *p.* 463.) **had Thomas of Lancaſtre a Traytor with hym, callid Syr Robert de Hollande, whom he had taken oute of his Botery, and preferrid to the yerely lyving of** 2. M. **Markes, whom he had ſent yn to Lancaſtreſhire to bring hym** V. C. **Men, the which he brought not to hym but to the King.** *Addit Lelandus, ne proditorem ob fidem in regem appellari ſuſpiceris, in margine:* **Traytor is heere favorable written for Thomas of Lancaſtre ſake.** *Itaque, juxta Lelandum, Thomæ de Lancaſtria pincerna fuerat Robertus, juxta noſtrum cocus primarius. Alibi autem monuit Lelandus* (*Coll. Vol.* I. *p.* 275.) *quondam ſecretarium Thomæ Comitis Lancaſtr: fuiſſe Robertum. Hinc colligo, primum pincernæ vel* (*ut noſter*) *coci, deinde ſecretarii, munere functum fuiſſe. Robertum certe laudibus ob fidem in principem digniſſimum eſſe judico, neque eo nomine ingratum in Thomam dixerim. Ideo male noſter, qui, eo quod principi opem tulerit, vitio vertit. Peccant & alii, qui idem ſentiunt. decepti nempe corruptis regiminis formis; cujuſmodi formas paſſim reperias apud Hobbeſium alioſque deteriores ſcriptores. At homines ſapientes atque probi, formæ dignioris rationem potiſſimum eſſe habendam, dilucide docent.*

A.D. dentes, pontem reliquerunt, equos aſcenderunt [1]..
1322. .. gē̄ ...

Perſequebatur Rex fugientes uſque ad Caſtrum de [2] Totbury, quod erat Comitis Lancaſtriæ, invenitque Rex januas apertas, eo quod, poſt fugam Comitis, nullus audebat [3] reſiſtere. Set & cuſtos caſtri de [4] Kenelworth̄, audita fuga Comitis, reddidit ſtatim Caſtrum in manus vicecomitis. Repperit autem Rex apud Tottebury Rogerum Dammori in extremis laborantem. erat enim infirmitas ad mortem, quia non vixit ultra tercium diem, & bene quidem & honeſte ſibi contigit, quod ad finem deſolatum cum ſociis non duravit. Iſte Rogerus, olim pauper miles & tenuis, ob induſtriam & probitatem ſuam factus eſt Regis ſpecialis, quamobrem dedit ei Rex neptem ſuam [5] in uxorem, & de Comitatu Glouceſtriæ quæ contingebat [6] eam terciam partem; ſet quia cum baronibus contra Regem tenuit, notam ingratitudinis à multis reportavit.

Comes igitur Lancaſtriæ & Comes Herfordiæ, cum omnibus ſibi adhærentibus in fugam converſi, ad Pountfreit pervenerunt. Ibidem aliquantam moram facientes, tandem diffinito conſilio verſus Scociam iter arripuerunt. In Scociam ſperabant habere confugium, quia Robertus de Brutz (ut dictum erat) contra Regem promiſerat auxilium.

Cumque apud Borbrigge veniſſent, ut ibidem ſaltem una nocte requieſcerent, ecce! Andreas de Herkelee, miles [7] ſtrenuis, cui jam de fuga Comitis innotue-

---

1 *F.* diligenter. 2 **Tutbury-caſtle** *in agro Staff.* 3 Reciſtere, *MS.* 4 Kneleworth̄, *MS.* 5 *Elizabetham ſcilicet, filiam Gilberti de Clare, Comitis Glouceſtriæ, per Elizabetham uxorem, filiam Johannæ de Acrei, Edvardi* II. *ſororis.* 6 *Vel potius,* ei. *Aliæ partes duabus aliis contingebant ſororibus, Elianoræ viz. & Margaretæ.* 7 *Sic.*

rat,

rat, qui eciam [1] progreſſum ejus & propoſitum plenius exploraverat, quaſi cum quatuor milibus virorum venerat, quos ad locum illum repente conduxerat. Audientes autem Comites, qui erant infra villam quaſi jam hoſpitati, quod venerat Andreas & ſui ſequaces ad expungnandum eos, totaliter exierunt villam bipertitam cum adverſariis congreſſuri. Comes Herfordiæ cum ſuis armatis per pontem tranſivit, ſet nullus eorum equum aſcendit. Erat enim pons ſtrictus, nec viam equitibus, ad bellum procedentibus, præbere potuit. Comes Lancaſtriæ cum ſuis militibus ad vadum fluminis viam arripuit. Set Andreas de Herkeleye, tanquam miles providus, ad utrumque exitum cuneum armatorum ſapienter ſtatuit. Comes Herfordiæ partem adverſam primitus aggreditur. De certando male wlneratus tandem occiditur. Tres vel IIII^or. milites in ipſo certamine cum Comite perierunt. Rogerus de Clifford, & alii quamplurimi, male wlnerati, ad villam redierunt. Alii vero, dum vadum tranſire nituntur, ab ymbre ſagittarum [2] uſum atteruntur; ſet poſt mortem Comitis Herfordiæ, qua virtus tepuit miliciæ, & ſtatim revertuntur. Pepigit autem Comes Lancaſtriæ cum Andrea de Herkelee, de treuga & pace ſervanda, uſque in craſtinum, & hoc facto rediit unuſquiſque ad hoſpicium ſuum. Ipſa vero nocte vicecomes Eboraci cum magna cohorte venerat inimicos Regis invadere, cujus auxilio [3] fretus Andreas de Herkelee, villam intravit ſummo mane, & cepit Comitem Lancaſtriæ & omnes pene reliquos milites & ſcutarios ſine wlnere, & perducens Eboracum recluſit in carcerem. [4] Evitare equos reliquerunt, & exeuntes arma A.D. 1322.

1 Progreſſu *MS.* 2 *Sic.* Uſque, *ſive* uſquequaque, *conjecteram.* *Sed abeſſe malim.* 3 Fertus *MS.* 4 *Id eſt*, ut evitarent.

ſua,

A.D. 1322. ſua, veteres attritas veſtes quæſierunt ſibi, & more mendicancium viam inceſſerunt. Set cautela non profuit. Nam nec unus quidem famoſus ex omnibus evaſit.

O! monſtrum! videre viros, purpura & biſſo nuper indutos, nunc attritis veſtibus incedere, & vinctos in compedibus recludi ſub carcere! Res miranda, & certe nutu Dei & auxilio promota, quod tam rara manu ſubito ſuperatur tanta milicia. [1]Pro enim Comitis numero, armatorum partem perſequencium exceſſit in ſeptuplum. Capti ſunt enim cum Comite Lancaſtriæ, & ceteris baronibus, milites valentes centum & amplius. Set & ſcutariorum, non [2]minus valencium, multo majorem credo fuiſſe numerum. Quare igitur non reſtitiſſent, & pro ſalute ſua viriliter dimicaſſent? Revera cor delinquencium ſemper eſt pavidum, & ideo minus valens ad negocium. Videbant totam patriam à fronte excitatam, & per hoc viam eorum impeditam. Sciebant à tergo [3]imminere Regis exercitum, & propter hoc curſum retrogradum non eſſe ſecurum. Unde quaſi homines non habentes conſilium, nec eciam tempus ad deliberandum, inciderunt in manus inimicorum, &c.

Quarto quintove die poſt capcionem Comitis Lancaſtriæ, veniens Rex apud Pontfreit, juſſit adduci Comitem ſine dilacione, & ſtatim juſſu Regis adducitur, & in quadam nova turri per noctem [4]illam recluditur. Fertur Comes turrim illam noviter conſtruxiſſe, & Regem captum in ipſa recludendum perpetuùm decreviſſe, ſet & leonem more Lumbardorum principem conſtituiſſe. Hæc erat fama wlgaris, ſet non audivi teſtem veritatis.

---

1 Per *MS.* *Lingua vernacula idem valet atque,* for as to the number of the Earl's men. 2 Unus *MS.* 3 Iminere *MS.* 4 Illa *MS.*

In

In craſtinum producitur Comes in Aulam coram Juſticiariis aſſignatis, & ſingillatim ſpecies tranſgreſſionis, ac pro quolibet articulo adicitur pœna ſpecialis, viz. ut primo protraheretur, deinde ſuſpenderetur, ac poſtremo capite truncaretur. Set, ob reverenciam Regii ſanguinis, pœna protraccionis eſt remiſſa, ſuſpencio ſuſpenſa, ſet pœna pro omnibus decreta. At Comes, volens ſe in aliquibus excuſare, nitebatur quædam ſtatim allegare; ſet Juſticiarii noluerunt ipſum audire, quia verba dampnatorum ſicut nec nocent, nec [1] poſſent proficere. Tunc ait Comes, *fortis eſt hæc curia, & major imperio, ubi non auditur reſponſio, nec aliqua admittitur excuſacio.* A. D. 1322.

O! ſpectaculum! videre Comitem Lancaſtriæ, qui nuper erat terror tocius patriæ, in caſtro proprio & domo judicium recipere. Deinde educitur Comes extra caſtrum, & aſcendens quoddam vile jumentum, conductus eſt ad capitolium. Tunc Comes quaſi orando caput extendit, & ſpiculator, bis vel ter percuciens, caput amputavit, & hæc acta ſunt menſe Marcii, anno regni quintodecimo.

O! Comes Lancaſtriæ, ubi eſt dominacio tua, ubi ſunt diviciæ tuæ, quibus ſperabas omnes ſubicere, & nullum contra te poſſe reſiſtere? Si in primæva fide perduraſſes, ad [2] deſolatum nequaquam perveniſſes. Si Sampſon in cautela, & Salomon in devocione perſtitiſſent, nec hic viribus, nec ille ſapiencia privatus fuiſſet. Forte latens cauſa, non præſens ſet præterita, Comitem punivit. Comes Lancaſtriæ capud Petri de Gaveſton olim abſtulit, & nunc, juſſu Regis, Comes Lancaſtriæ caput perdidit. Sic vicem pro vice, forſan non

1 *F.* poſſunt *MS.* 2 *F.* deſolationem.

in-

A. D. 1322. injuſte, Comes reportavit, ſicut ſcriptum eſt in ſacris litteris: *Eadem menſura, qua menſi fueritis, remicietur vobis.* Sic Abner [1] occidit Aſael, percuciens in [2] inguine, ſet Abner non evaſit. Nam poſtea interiit [3] conſimili wlnere. Sic, in principio [4] Judicum, cepit Judas Regem [5] Bezel, & vinxit captivum, ac ſummitates manuum ejus præſcidit & pedum. Tunc ait Rex ille captus, *merito fecit hoc michi Dominus. Ego enim* LXX *Re-*

Deſunt ſex folia *ges in bello ceperam, & omnes hac* * * * * *

* * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * *

A. D. 1323. tempore comes Wyntonienſis, licenciatus à Rege, ad partes auſtrales ſe tranſtulit, ut maneria ſua viſitaret, quia poſt deſtruccionem jam dudum non vidit. cum audis loqui de Comite Wyntonienſi, intellige de Hugone Deſpenſer ſeniore.

Acceſſit itaque Robertus Lewer ad maneria Comitis Wyntonienſis, & cepit ibidem victualia & alia neceſſaria pro ſua voluntate. Viſitavit eciam maneria

1 II *Reg. cap.* II. 2 Igne *MS.* 3 II *Reg. cap.* III. 4 *Cap.* I. 5 *Potius* Bezech.

Hen-

Henrici Thyeys & [1]Wariny de Inſula, Comiti Wyntonienſi poſt dampnacionem eorum à Rege collata. Et ibidem dominus Robertus Elemoſinarius [2]nam' pro animabus dictorum baronum fecit magnam diſtribucionem pauperibus. Ex hoc tamen parum promeruit, [3]quia non quid fiat, ſet quo animo, Deus attendit. Non poteſt dici elemoſina, quæ ſit ex furto vel rapina. Nam, ſicut dicitur alibi, ſpecies furti ex bonis alterius invito domino quicquam largiri. A. D. 1323.

Audiens autem Comes Wyntonienſis, quod veniſſet Robertus eum comprehendere, intravit Caſtrum de Wyndelſore, & fecit fieri excubias die & nocte, donec congregaſſet virtutem ſufficientem ad excipiendum Robertum & comitivam ſuam. Venit eciam in auxilium ejus Comes Canciæ, miſſus à latere Regis. Sic ergo Robertus caruit propoſito ſuo, & ſui cotidie divertebant ab eo. Cumque videret, jam aliud ſubſidium nullum ſupereſſe, veniens clam apud Hampton ſuper mare, cogitavit ibidem cum uxore ſua transfretare. Set omnibus incolis facie notiſſimus, ut pote apud illos diu converſatus, latere non potuit. [4]Quodam die comprehenſum in urbe miniſter Regis in carcerem detruſit. Productus vero coram Juſticiariis, interrogatus & accuſatus in multis, nichil reſpondit. Quem diſcrecio judicum ad peragendam ſententiam ſuam in carcerem [5]retorſit. Pœna ſiquidem, ſcienter obmuteſcentibus debita, talis per regnum uſitata. Sedebit incarceratus in area frigida & nuda captivus, unica ſola & tenuiſſima veſte velatus, tanto pondere ferri, quantum miſerum corpus ferre valuerit, oppreſ-

1 *Sic.* 2 *Abeſſe malim.* 3 Que non *MS.* 4 Quedam *MS.* 5 *F.* retruſit.

A. D. 1323. ſus. Cibus erit illi panis [1] deterior & modicus, & potus aquæ liquor turbidus & fœtidus. Die, qua [2] commedit, non potabit, nec die, qua potaverit, panem guſtabit. Communis humanæ naturæ virtutem ſuperaret, qui quintum vel ſextum diem ſub hac pœna tranſigeret.

Hujuſmodi pœnæ per aliquot dies Robertus aſtrictus, tandem occubuit, & ita [3] pro electis dignam ulcionem, & animæ ſalutiferam (ſibi tamen patienter ipſam tum ſuſtinuit) in fine reportavit. Ipſe Robertus, in Curia Regis olim educatus, in rebus bellicis cautus erat & ſtrenuus. Verumptamen de favore Curiæ confiſus, & variis moribus à juventute conſuetus, ad prædas & homicidia ſemper erat præcipuus. Ceterum quia tum quendam bonum occidit, & uxorem ejus ſuperduxit, quam eciam in adulterio prius poſuerat, omne [4] alium delictum longius excedit. Sic igitur Robertus cecidit ut meruit, & Comes Wyntonienſis indempnis evaſit.

Aliud quoque non minus timendum accidit Wyntonienſi Comiti periculum. Mauricius de Berkele, jam fere per annum detentus, tum moram traxit in Caſtro Walynfordiæ, ad quem ſolebat quidam armiger, qui diu ſteterat in obſequio ipſius, frequenter intrare, &, ob priorem familiaritatem, domino ſuo beneficium conſolacionis impendere. Accidit autem quadam die, ut armiger ille cum tribus vel quatuor ſociis intraret Caſtrum, de licencia cuſtodis, propter ſolitum acceſſum in nullo ſuſpectus. Eadem nocte rogavit Mauricius conſtabularium, ut cœnaret cum eo. Inſuper [5] et janitores & vigiles, [6] quotquot erant in caſtro.

1 Deterius *MS.* 2 *Sic.* 3 Per *MS.* 4 *Rectius,* aliud. 5 E janitores *MS.* 6 In quotquot *MS.*

Cœ-

Cœnantibus autem illis, ſubito ſurrexit armiger cum ſociis ſuis, & peciit claves caſtri ſibi reddi, necnon & minas mortis intendebat cuilibet repungnanti. A. D. 1323.

Videns ergo conſtabularius, quod non poſſet reſiſtere, tradidit claves ſine dilacione. Tunc armiger ille ad quamdam privatam portam acceſſit, & circiter XX^ti ſocios ſtatim introduxit. Et hæc quidem facta ſunt ſub tanto ſilencio, ut nec clamor, nec murmur reſonaret in caſtro. Tandem puer quidam, reſidens ad exteriorem portam, poſtquam ſenciit, quod interior cuſtodia inſolito modo tractabatur, latenter exivit, audienſque, velle caſtrum perditum, & multos extraneos intraſſe, protinus nunciavit. Primum quidem nuncius à prædicto armigero cum litteris emiſſis teſtis acceſſit. Diſpoſuerat enim armiger ille, quoſdam ſocios præmuniſſe, & in [1]gallicinio dominum ſuum Mauricium & ceteros [2]vinculatos pariter eduxiſſe. Set nuncius machinacionis proditoriæ, timens periculum ſubire, acceſſit ad majorem villæ. Populus convocatur, pulſantur campanæ, tonant cornua, & vox [3]horrida plebis extollitur.

Tunc qui erant infra caſtrum, audientes [4]populi tumultum, ſuſpicabantur, conſilium ſuum jam eſſe detectum, & per conſequens propoſitum eorum impeditum; unde ſtatuerunt [5]&" cuſtodes ad ſingulas excubias per totum murum ordinaverunt. Mane facto, divulgata eſt res per totam patriam, acceſſitque vicecomes ad villam, & hortabatur interiores ad caſtri dedicionem. Illi vero [6]aſſerebant, ſe Regis auctoritate caſtrum intraſſe, nec cuiquam homini ſine Regis manda-

1 Galli c̄nodnū ſuum *MS.* 2 Vinculatores *MS.* 3 Homda *MS.* 4 Populum tumultu, *MS.* *Poteſt etiam legi*, populum tumultuantem. 5 *Adjeci.* 6 Aſſerebantur, *MS.*

A. D. 1323. to reddere velle. Et hoc quidem [1] reſponſo uſi ſunt ad cautelam, ut ſic prodicionem ſuam palliarent, & nacta oportunitate temporis à caſtro recederent.

Non credidit vicecomes reſponſum, quia non fecerunt ei fidem de Regis mandato. Immo ſtatim acceſſerunt robuſtiores tocius patriæ, & fecit fieri vigilias circa caſtrum die ac nocte, donec certificaretur ſuper allegata Regis auctoritate. Advenerunt in auxilium Vicecomitis Comes Wyntoniæ & Comes Canciæ, quoniam tunc erant in partibus illis, & ſtatim [2] diſpoſuerunt caſtrum invadere, & proditores vi & armis ad dedicionem compellere.

Videntes autem interiores tot & tantos viros ad [3] obſidionem, & capcionem tandem evitari non poſſe, quantoque diucius rebellarent, tanto graviori pœnæ [4] ſubjacerent, portas aperiunt, & liberum introitum cunctis promittentes, in quadam capella omnes conveniunt.

Tunc ingreſſi comites, [5] reperierunt Mauricium in ſolita cuſtodia, reliquos autem in capella. Non profuit eis immunitas eccleſiæ. Nam protinus extracti, truduntur in caſtrum. Ille vero interrogatus, cur proditores in caſtrum Regis advocare præſumpſit, nichil in præjudicium domini Regis machinatum conſtanter affirmavit, & [6] cognitorem omnium cordium, & omnes homines, exceptis adverſariis ſuis, teſtes adjecit. Tunc ſignificaverunt domino Regi omnia acta, cum reſponſo Mauricii. Reſcripſit Rex Comiti Canciæ - - - - - - - - - conſenſu Maur' diligenter inquireret, & dictum armigerum, ceterorum ſig - - - - - - - - - ſuis

Deeſt folium unum. * * * * * * * * * * *

1 Reſponſio *MS.* 2 Depoſuerunt *MS.* 3 Obſidicionem, *MS.* 4 *F.* ſubjacere. 5 *Sic.* 6 Cogitorem *MS.*

* *

A. D. 1323.

* * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * *

ſæpius promovit; & ſi per lapſum temporis populum ſuum in unitate reduxerit, id quod prius profuit, in vanum redibit. Præterea, diutina pax homines noſtros effeminatos reddet, & uſus armorum ſuſpenſus inbellem gentem noſtram efficiet. Set & hii, qui nunc apti ſunt ad prœlium, inutiles fient vergentes in ſenium, & hæc omnia nobis incommoda [1] *conferet tempus vacacionis productæ. Super hiis igitur conſulimus, quod Regi Anglorum perpetua concordia* [2] *offeratur, & pax fiat, alioquin de treugis initis non multum confidat. Et quia Rex Anglorum, ſicut creditur, certamen eſt habiturus cum Francis, eo cicius ſperamus optinere quod petimus.*

Tunc miſit Robertus le Brutz ad Regem Angliæ, dicens: *Domine, placet Scotis in pacem perpetuam treugas convertere, & quid tibi placuerit, ſi bonum tibi videtur, velitis reſcribere. Multi enim noſtris* [3] *treugis initis ægre conſenſerant. Unde timeo, ne forſan, pace repulſa, pacta ſervabo, ſet multorum graßancium rabiem ſolus cohibere non potero. Nam & rex Getheus, qui ſatis in David ſibi complacuit, eum tamen contra vota ſatraparum ſuſtinere non potuit.*

Animadvertens Rex Angliæ, quod artaret eum negocium Vaſconiæ, quod & Scoti ex nimia cauſa proni eſſent ad [4] reciduum concordiæ, reſcripſit, ſe velle in pacem perpetuam libenter conſentire, placuitque, de communi conſenſu, ſuper tractanda apud Eboracum partes convenire. Quo cum veniſſent, viz. Rex An-

1 Conferret *MS.* 2 Offerratur, *MS.* 3 Tregis *MS.* 4 *Potius*, recidivum.

gliæ

A. D. 1323. gliæ ex parte una, & quidam magnates Scotorum ex altera, pecierunt Scoti Scociam ab omni exaccione regni Angliæ imperpetuum & immunem, & liberam pecierunt jure adquiſicionis & dominii totam terram, quam perambulaverant uſque ad portas Eboraci. Erat & quædam baronia in partibus Eſſexiæ, quam Robertus de Brutz propter rebellionem dudum [1]demeruit. Hanc peciit Robertus ſibi reſtitui, eciam cum fructibus, quos medio tempore Rex inde percepit. Pecierunt eciam Scoti, petram illam regalem ſibi reſtitui, quam Edwardus Rex ſenior quondam de Scocia tulerat, & apud Weſtmonaſterium collocaverat juxta tumbam Sancti Edwardi. Erat autem lapis ille apud Scotos celebris memoriæ, eo quod ſuper hanc Reges Scociæ ſolebant gubernacula regni cum [2]ceptro recipere. Scota, filia Pharaonis, hanc petram ſecum à finibus Ægipti eduxit, cum in [3] parte Scociæ applicuit, & terram ſubjugavit. Prophetaverat enim Moiſes, quod, qui petram illam ſecum afferret, amplas terras ſuo dominio ſubjugaret. Unde à Scota eſt dicta Scotia, quæ prius ab Albanacto vocabatur Albania. Ad hæc, in augmentum fœderis [4]ac cumulum pacis, optulit Robertus de Brutz filiam ſuam matrimonialiter copulari filio Regis. Poſtremo voluerunt Scoti, quod, præſentibus, quorum intereſt, coram domino papa, à Rege Franciæ confirmarentur vota procerum, ut fœdus pacis, [5]tali & tanta auctoritate vallatum, nullum ſolveretur in ævum.

Auditis peticionibus Scotorum, ait Rex: *Scoti venerunt, non ut nos* [6]*pace allicerent, ſet ut occaſiones diſſencionis magis quærerent, & ſponte treugas infringerent. Reve-*

---

1 Forfeited. 2 *Sic.* 3 *F.* partes. 4 Ad tumltu pacis, *MS.*
5 Tā in tam & tanta *MS.* 6 Pacē *MS.*

ra

ra præjudicialia nimis nobis expoſcunt, unde & ſine effectu ad propria remeabunt. Quomodo enim ſine præjudicio coronæ noſtræ jus, quod habemus in Scocia, poſſumus remittere, quæ ab adventu Britonum uſque adventum Saxonum, & deinceps uſque ad tempus noſtrum anteceſſoribus noſtris ſemper dinoſcitur fuiſſe ſubjecta, quæ quamvis rebellando noſtrum ſæpius declinaret imperium, ad jugum tamen debitum, licet invita, non ambigitur fuiſſe reducta? Jus in Marchia vendicare non poterunt, cujus poſſeſſionem nunquam habuerunt. Pedis enim poſicio privato poſſeſſionem tribuit, non extraneo. Quod ſi ob perambulacionem Marchiam petant, conſequens eſt, ut & ipſi magnam partem Scociæ eadem racione nobis concedant. Hereditatem, quam Robertus de Brutz petit, pater meus ei ob manifeſtum delictum quondam abſtulit, & non decet filium irritare quod pater decrevit. Scimus eciam, quod pater meus, devicta Scocia, petram illam regalem ſecum tulit in ſignum victoriæ. Quod ſi reſtitueremus, videremur forſan jus, ſic acquiſitum, tanquam degeneres repudiare. Verumptamen ſuper petra reddenda diſſencio brevis, ſi cetera non diſcreparent à limite racionis. Nupcias eciam, quas offert Robertus, ad præſens non admittimus, quoniam, prout [1] *offeruntur nobis, indecentes eſſe perpendimus. Denique, pacem, quam Scoti coram Domino papa & Rege Franciæ petunt confirmari, ſi contingeret eam debito fine concludi, coram quolibet principe mundi vellemus explicari. Set quia præjudicialia nimis nobis expoſcunt, infecto negocio ad propria remeabunt.*

A. D. 1323.

Igitur reſponſum eſt Scotis, formam oblatam Regi non placere, nec Regem in tantum artatum eſſe, ut tam degenerem pacem cogatur inire. Convencionem tamen, ſuper treugis prius initam, nichilominus cenſuit obſervandam, alioquin Scotis nunquam deinceps

1 Offerruntur *MS.*

fi-

A. D. 1323. fidem adhibendam. Nuncii vero Scotorum, accepto reſponſo redeuntes, retulerunt Regi ſuo, & hiis qui erant de conſilio, reſponſa Regis Angliæ, & concluſionem in fine. Inter quos tandem deliberatum eſt, & communiter conſenſum, quod prædictæ treugæ, cum Anglis initæ, in ſuo robore ſtarent, & religionem, quam omnis nacio & ætas conſervat, in nullo macularent. [1] Nam & Iſrael Gabaonitis ſervavit jusjurandum, quamvis dolo in circumvencione fuiſſet extortum.

A. D. 1324. Dum durarent induciæ inter Reges Anglorum & Francorum, diſcurrebant nuncii & mediatores hinc inde, proponentes plures formas concordiæ, ſet nulla placuit Regi Franciæ, niſi ſatisfaccio ſibi pro terra Vaſconiæ. Videns igitur Rex Angliæ, quod per hujuſmodi nuncios nichil proficeret, diſpoſuit mittere Reginam, ſi forſan ipſa negocium ad effectum perduceret. Nam ſicut inter duos Reges erat ſanguine media, ita efficacior videbatur in pace procuranda.

A. D. 1325. Abiit Regina valde gaviſa, dupplici gaudio lætificata. Gaudens quippe natale ſolum & parentes viſitare, gaudens quorundam, quos non diligebat, [2] commitivam relinquere. Nimirum ſi Hugonem non diligat, per quem avunculus ejus periit, per quem famulis orbata, & omnibus redditibus ſuis privata remanſit, iccirco à multis reverſura non creditur, donec Hugo Deſpenſer à latere Regis penitus [3] ſepararetur.

Veniens autem regina ad fratrem ſuum Regem tranſmarinum, nichil plus aliis nunciis optinuit, niſi quod Rex, frater ejus, amore ipſius uſque ad gulam Auguſti treugas prorogavit. Cernens itaque Rex Angliæ ex actis, jam nichil aliud reſtare, niſi aut transfretare &

---

1 Nan & Irael Gabaonis *MS.* 2 *Sic.* 3 Seperaretur *MS.*

Re-

Regi Franciæ ſatisfacere, aut [1]terram Waſconiæ indefenſam perdere, tranſacto jam Paſchate collegit exercitum copioſum, pedites viz. linea [2]armatura amictos, habentes arcus, ſecures, aut gladios; [3]ſinguli arma ſingula, in quibus ſe noverant magis expertos. Eſt enim aliquis aptus ad hæc, non ad illa, Saul ad gladium, Jonathas ad arcum, & David [4]in fundam. Juſſitque eos Rex ad mare procedere cum ductoribus ſuis, ibidemque reſidere, donec aliud haberent in mandatis. Convocavitque magnates regni ſui Wyntoniam, diſponere volens communi conſilio negocium expedicionis ſuæ. A. D. 1325.

Interim pedites pecierunt vadia ſua, ſet non dabantur eis, quamobrem diſcurrebant per totam patriam, ſpoliantes incolas victualibus ſuis. Mirabantur omnes, quia non ſatisfaceret Rex peditibus, cum rite vivere non poſſent ſine vadiis, & ſatis habundaret theſaurus Regis. Multi enim progenitores ſui congregaverunt denarios, ipſe ſolus ſupergreſſus eſt univerſos. Verumtamen imputatur Hugoni Regis duricia, ſicut & alia mala, quæ fiunt in Curia. Unde & multi in necem ejus conjuraverunt, ſet, machinacione detecta, quidam eorum capti ſunt, reliqui [5]fugerunt.

Tunc juſſit Rex omnes pedites naves aſcendere, & in fluctibus maris ſtacionem facere, donec adveniret tempus transfretandi in terram Vaſconiæ, præpoſuitque eis Comitem de Warenna, Johannem de Sancto Johanne, & alios magnates terræ, qui ſimiliter ingreſſi ſunt naves, non audentes reſiſtere. Miſit eciam Rex litteras per ſingulos Comitatus, mandans & præcipiens omnes, qui ab exercitu ad partes ſuas ſine licencia

1 Terras *MS.* 2 Armata ~~inm~~ctos *MS.* 3 *F.* ſingulos. 4 *F.* ad. 5 Fugierunt *MS.*

A. D. 1325. rediiſſent, capi, & ſtatim ſine interrogacione ſuſpendi. Tantus ſiquidem rigor hodie crevit in Rege, ut nullus, quantumcunque magnus & conſultus, voluntati Regis audeat obviare. Iccirco parliamenta tractatus & conſilia hiis diebus de nullo [1] decernunt. Nam proceres regni, minis & pœnis aliorum [2] interriti, voluntatem Regis liberis habenis ambulare permittunt. Sic voluntas hodie vincit racionem. Nam quicquid Regi placuerit, quamvis racione careat, legis habet vigorem.

Sub iſta tempeſtate, dum Rex moraretur Wyntoniæ, accuſatus eſt Henricus de Lancaſtria, Comes de Leyceſtria, quod foveret [3] inimicum Regis ſpiritum. Herfordiæ [4] Wyntoñ & Lyncolñ clemencia Regis in graciam admiſit. Herfordencis vero, quia ceteris aſperior, graciam invenire non potuit. Scripſerat autem Epiſcopus Herfordiæ Henrico de Lancaſtria, Comiti Leiceſtriæ, ſupplicans, quatinus apud Regem pro eo verba faceret, ut eo cicius graciam Regis ipſum promereri contingeret. Et quidem Henricus, prout erat benignus & compaciens afflictis, hujuſmodi verba fertur reſcripſiſſe:

Salutem in omnium Salvatore, & tam [5] *infliccom pacienciam, quam in agone fortiter dimicare. Pater, utinam quæ pateris ſuſtineas pacienter. Omnis enim cordis aut corporis affliccio præmio caret, ſine paciencia adjuncto. Paciencia reliquas virtutes roborat & exornat. Nam vidua eſt virtus,* [6] *quam paciencia non firmat. Paciencia vincit maliciam, & ſiqua virtus adjungitur, ipſam facit eſſe perfectam. Por-*

---

1 Deſernmt *MS.* 2 Interiti, *MS.* 3 Inmicum *MS.* 4 *Id eſt,* Wyntonienſem et Lyncolnienſem Epiſcopos. 5 *Id eſt,* infliccionum. *Malim autem,* in afflictionibus *vel* afflictione. 6 Quod *MS.*

ro, ſi legitime [1] *contendere ſperas, legitime* [2] *certa,* [3] *oportune inoportune inſta, &* [4] *fiducialiter perſevera. Nam & ſacra ſcriptura teſtatur, quod licet omnes virtutes currant ad bravium, ſola perſeverancia coronatur. Spera in Deo, & viriliter age, quoniam ſi pro Deo* [5] *aſcendiſti, exadverſo* [6] *ſcuto, quod non deſeret in tempore malo. Deus & Dominus dominancium, in cujus manu corda ſunt regum, & qui procellam convertit in auram, proſperum ſtatum tibi reſtituat, & regis mitiget iram.* A. D. 1325.

Hujuſcemodi verbis conſolatoriis uſus eſt comes in litteris ſuis. Delatæ ſunt litteræ ad aures Regis. Quamobrem nitebatur Rex arguere Comitem prodicionis. Adjectæ ſunt & aliæ cauſæ, quod viz. Henricus, ex gracia Regis jam Comes Leyceſtriæ, relictis armis propriis, [7] deferret arma fratris ſui Comitis Lancaſtriæ, quod viſum eſt regalibus Regis injuria, quaſi dampnarentur pariter & arma. Et quia [8] erexerat extra villam Leiceſtriæ pro anima fratris ſui Comitis Lancaſtriæ, quod viſum eſt regalibus in ſcandalum Regis redundare, quaſi dampnato corpore dampnaretur & titulus memoriæ.

Reſpondit Comes ad litteras, non debere aſcribi ad prodicionem verba conſolatoria, in quibus nichil machinatum eſſet in principem. Ad arma reſpondit, dicens, ſe non arma fratris, ſet patris pocius acceptaſſe, quæ eciam jure ſucceſſionis dixit ad ſe pertinere, maxime cum primogenitus frater ejus obiiſſet ſine prole. Allegabat & Comes, non in ſcandalum Regis crucem erectam, ſet ob devocionem plebis pro anima fratris ſui ſpiritualiter excitandam, & quidem pro fideli de-

1 Coronari *pro* contendere *malit nonnemo.* 2 Circa, *MS.* 3 *Sic.* 4 Fudicialiter *MS.* 5 Contendiſti *malint forſitan alii.* 6 *F.* ſcito. 7 Defferret *MS.* 8 *Subintellige,* crucem.

A. D. 1325. bet oracio bene fore licita, cum pro Judæis & hæreticis ſancta frequenter oret eccleſia.

Hiis tandem prætermiſſis, interrogavit Rex prælatos & proceres, qui tunc convenerant, quid nam ipſi de transfretacione ſua conſulerent. Nolens autem Hugo Deſpenſer filius, propter imminens periculum, quod aliquis transfretandi daret conſilium, fertur coram aliquibus [1] arroganter dixiſſe: *Jam apparebit, quis conſulet domino Regi ad inimicos ſuos tranſfretare; quoniam manifeſtus proditor eſt, quicunque ſit ille.* Auditis ejus minis, reſponderunt prælati cum proceribus ad conſultacionem domini Regis dicentes, *Domine, conſtat plures regni magnates abſentes eſſe, unde non expedit nobis in tam arduo negocio ſine paribus noſtris reſpondere.*

Tunc decretum eſt, prælatos & regni magnates univerſos in craſtino beati Johannis Baptiſtæ ad parliamentum Londoniis fore convocandos. Set & Comes Leiceſtriæ accepit [2] mandatis, ad eundem diem venire finaliter [3] reſponſis objectis.

In craſtino Nativitatis beati Johannis Baptiſtæ convenerunt Londoniis omnes prælati cum proceribus, qui tunc erant infra regnum Angliæ, conſultique ſuper Regis transfretacione, reſponderunt (ſaltem hii, quibus ceteri non valebant contradicere) oportere dominum Regem omni modo transfretare, nec poſſe eos ſine læſione conſcienciæ & fidei in aliud conſentire. [4] Quid nunc ſi Rex non ierit? Rex Franciæ totam Vaſconiam ſtatim occupabit, & rex noſter, aliâs vel forſan filius ejus, cum ipſum regnare contigerit, prodicionis, & merito, nos omnes accuſabit.

---

1 Arrogater *MS.* 2 *Poteſt etiam* mandata *legi.* 3 *F.* reſpondere. *Nec tamen deſunt forte, qui* reſponſurus *reponerent.* 4 *F.* Quod n. ſi R. n. ierit, Rex.

Hu-

Hujuſmodi [1] reſponſo communiter prolato, Rex ad alios ſe convertit, &, amoto Exonienſi Epiſcopo [2] ab officio Theſaurarii, Archiepiſcopum Eboracenſem [3] eidem ſubſtituit. Erat enim Exonienſis ultra modum cupidus, & durante officio ſuo vehementer dives effectus, unde videbatur tam Regi, quam populo terræ, [4] cōcaſſi ome magis, quam fideli commercio, tanta copia viro proveniſſe. Iccirco amovit eum Rex à poteſtate, ut, ſi contigiſſet eum aliquos læſiſſe, neceſſe haberet querelantibus reſpondere, & quidem bonum commune foret & conſonum juri, ut tanta poteſtate prædiți annales fierent, ut qui tempore officii conveniri non poſſunt, ſaltem poſt annum judicio ſtarent, & non diutina vexacione ſubjectos opprimerent. Eboracenſis iſte, Willelmus nomine, olim curialis in omni commiſſo fidelis extitit, & quamvis inter curiales diu converſatus, mores tamen à convictu non traxit, ſet, obviata Anglorum cupiditate, per Dei graciam [5] impolutus ſemper permanſit. Sane eſt uberioris graciæ, inter malos bene vivere. Sic Joſep in Egipto, [6] Cluſi cum Abſolon, & Daniel innocenter vixit Babilone.

A. D. 1325.

Audiens Archipræſul Cantuarienſis, quod Rex Eboracenſem gazis ſuis vellet præponere, reſpondit, nequaquam ſic fieri poſſe ſine præjudicio Cantuarienſis eccleſiæ, crucem ſuam [7] deferri faceret quocunque Rex diverteret per totam Angliam, *quia quod ego* (inquid) *ſana conſciencia ſuſtinere non poſſem. Mota eſt enim illa*

---

1 Reſponſio *MS.* 2 Waltero Stapledono. 3 Guilielmum de Melton. 4 *F.* concuſſione magis. Concuſſio *autem non aliud valet atque* extorſio *ſive* expilatio. *quod quum Lexicographis noſtris ſit exploratiſſimum, non mirum eſt, hujuſmodi verba eâ occaſione ipſos proferre. Sic enim illi* : Crimen concuſſionis, Hottom. **When an officer does by threats or pretence of authority extort and pill the people.** 5 *Sic.* 6 *F.* Cuſhi. 7 Differri *MS.*

in-

A.D. 1325. *inveterata* [1] *diſſencio ſuper delacionem crucis inter utramque eccleſiam, pro qua Sanctus Thomas certavit uſque ad mortem, à cujus diebus nullus Archipræſul Eboracenſis per Cantuarienſem provinciam hactenus crucem detulit, niſi forſan in ſtipite elacionis, aliquorum magnatum auxilio ſuffultus, hoc præſumpſerit, vel nunc ſaltem in parliamentis, quod, ne per diſſencionem privatorum* [2] *impediretur utilitas communis, hoc permittendum racio perſuaſit.* Parvipendebat Rex allegata ab Archipræſule, proteſtans, ſe, ob delacionem crucis, vel ob aliud cujuſcumque privilegium, neceſſarium miniſtrum nolle dimittere.

Comes Leiceſtriæ in parliamento præſens affuit, ſet de ſibi prius objectis nichil audivit, & forſan eo, quod ceteris illuſtrior, filio domini Regis, fratre tranſfretante, regno præpoſito, videbatur [3] neceſſarius. Nam licet Hugo Deſpenſer, Comes Wyntonienſis, cunctis prudencior & magis expertus, tanto negocio foret præponendus, omnibus tamen incolis, & ipſi filio Regis habebatur exoſus. Rex igitur, juxta conſilium magnatum, transfretare diſpoſuit, & juſſit neceſſaria præparari. Diſplicuit Rex Hugoni Deſpenſer, tam patri quam filio. Sciebant enim, quod, abeunte Rege, neſcirent locum, quo poſſent vivere tuti.

Circa idem tempus bonæ memoriæ Norwycenſis Epiſcopus [4], pro negociis Regis ad tranſmarinas partes deſtinatus, in redeundo diem clauſit extremum, ſtatimque miſit Rex ad Norwicenſe Capitulum, volens eos eligere Robertum de Baldok, Cancellarium [5] ſuum. Monachi vero, non audentes Regi diſplicere, direxerunt vota ſua in virum voluntatis regiæ.

---

1 Diſcenſio ſ. dilacionem *MS.* 2 Impederetur *MS.* 3 Neceſſariis *MS.* 4 *Johannes Salmon, ſeu Saleman. Vide Whartoni Angl. Sacr. Par.* I. *p.*412. 5 *Cancellarium ſc. Angliæ.*

Erat

Erat autem tunc temporis quidam clericus, Willelmus [1]Ermynne dictus, vir prudens & circumſpectus, & præcipue in hiis, quæ tangunt Cancellariam domini Regis, efficax & expertus. Ipſe unus ex hiis transfretaverat cum Regina. Optinuit, ut & Rex Franciæ pariter & Regina ſupplicarent domino papæ, pro promocione ſua. Dominus vero papa novit eum ex nomine, eo quod jam pridem electus in Epiſcopum [2] Karlionencis eccleſiæ, ceſſit juri ſuo ad mandatum domini papæ. Unde tum propter bonum obedienciæ, [3] tum propter preces Regis Franciæ & ſororis ſuæ, conſecravit eum dominus papa in Epiſcopum Norwicenſis eccleſiæ, & ſic ſupplantatus eſt Robertus de Baldok en altera vice. A. D. 1325.

Veniens itaque Rex ad mare, & quaſi paratus navem aſcendere, Nuncios Regis Franciæ in ipſo portu maris obvios habuit. Quælibet nova optata protinus accepit. Nam Rex Franciæ, multis precibus, & arduis negociis, Regem Angliæ tangentibus, allegatis, inductus, hoc indulſit, ut, ſi Rex Angliæ filium ſuum primogenitum [4] tranſmitteret, idem filius ad ducatum Vaſconiæ eiſdem condicionibus admitteretur, quibus & Rex pater ejus ſi veniret. Placuit Regi & regis conſilio, conferre filio Vaſconiam, & ſtatim puer, ad juſſum patris, navigavit in Franciam. Admiſit eum benigne Avunculus ejus Rex Franciæ. Admiſit & homagium ipſius pro terra Vaſconiæ, ſet non permiſit ei poſſeſſionem, niſi pro parte. Decrevit enim Rex Franciæ partem, quam vi occupaverat, non debere reſtitui, niſi [5] ſatisfaccio ſibi pro ſumptibus, quos fecerat occaſione homagii retardati.

---

1 *Sive Ayremyn. Vide Wharton. loc. cit.* 2 *Sic, pro* Karliolenſis. 3 Tamen *MS.* 4 Tranſmittet, *MS.* 5 *Subintellige*, fieret.

Exo-

A. D. 1325. Exonienſis [1] unus erat ex illis, qui venerant cum filio. Curiales vero Francorum ipſum, quaſi alicujus ſceleris notatum, reſpiciebant præ ceteris. Ipſe vero nichil ſibi conſcius, vel [2] ad vultus eorum caute præmunitus, familiares ſuos ibidem relinquens, qui præſenciam ſuam fingerent, clam fugam iniit, clam de nocte mutata veſte uſus [3] duplomate ad mare devenit, & quaſi mercator, vel peregrinus, navem conſcendens, in Angliam rediit, & ita ſiquid in eum machinatum extitit, prudenter evaſit. Igitur ſi periculoſa fuit ei legacio ſua, videat ne videatur interim in Francia. Quatuor ſunt quippe perſonæ de majoribus Angliæ, Exonienſis Epiſcopus nuper Theſaurarius, Robertus de Baldoke nunc Cancellarius, Hugo Deſpenſer pater & filius, qui ſi reperirentur infra regnum Franciæ, non carerent utique mala manſione. Aſſeritur enim, quod, de conſilio Exonienſis, prædia reginæ capta erant in manu domini Regis, &, ipſa deſtituta [4] Francis familiaribus ſuis, Robertus de Baldoke fautor erat in nece procerum. Nimirum ſi exoſus [5] habeatur parentibus eorum, quorum licet multi ſunt in Anglia, quidam tamen eorum dominantur in Francia, & quidam valentes exulant, omnes autem & ſinguli tempus ulcionis expectant. Set quicquid in aliis arguitur, Hugoni Deſpenſer tam patri quam filio præ ceteris imputatur.

Inter alia, cum amitteret Rex filium ſuum in Franciam, mandavit uxori ſuæ, quod ſine dilacione rediret in Angliam. Quo quidem mandato tam regi Franciæ, quam ipſi reginæ per nuncios expoſito, reſpondit Re-

---

1 *Walterus Stapledonus.* 2 Adultus *MS.* 3 Duplomata *apud Juriſconſultos Codicilli ſunt, qui dantur curſu publico utentibus. Sic notant Gloſſographi. Ego vero hîc loci* duploma *pro* diploïde *ſive* duploïde *accipiendum eſſe puto.* 4 Fancis *MS.* 5 *F.* habebatur.

gi-

gina, *Ego* (inquid) *ſenciens, quod matrimonium ſicut* [1] *viri & mulieris conjunccio, individuam vitæ* [2] *conſuetudinem retinens, mediumque eſſe, qui inter maritum meum & me hujuſmodi vinculum nititur dividere; proteſtor, me nolle redire, donec auferatur medius ille, ſet, exuta veſte* [3] *nupciali, viduitatis & luctus veſtes aſſumam, donec de hujuſmodi Phariſæo viderim ulcionem.* Set & Rex Franciæ, ne videretur eam detinere, reſpondit: *Regina* (inquid) *libere venit, libere redeat, ſi voluerit. Sin autem maluerit in hiis partibus remanere, ſoror mea eſt, nolo eam expellere.* Reverſi ſunt nuncii, & narraverunt hæc omnia Regi. A. D. 1325.

Tunc Rex, convocatis apud Weſtmonaſterium prælatis & proceribus terræ, ſic cœpit prius acta brevi ſermone referre. *Noſtis* (inquid) *omnes diſſencionem & cauſas, inter Regem Franciæ & nos pro terra Waſconiæ dudum exortas, & quomodo ſatis provide (ut tunc viſum erat) pro formanda concordia Regina transfretavit, habuitque in mandatis, facta legacione ſua, ſtatim rediiſſe. Quod & ipſa repromiſit bona voluntate. Nulli quoque in receſſu ſuo videbatur offenſa. Licenciata enim omnes ſalutavit, & abiit jocunda. Nunc autem neſcio quis animum ejus immutavit. Neſcio quis in advencionibus ipſam inſtruxit. Novi enim, quod ex proprio capite nullam conſinxit offenſam.* [4] *Tamen ſe dicit, Hugonem Deſpenſer adverſarium & inimicum eſſe.* Subjungit & hoc: *Mirum, unde contra Hugonem rancorem conceperit, quæ cum recederet, nulli alii, me excepto, tam ſe jocundam exhibuit. Quamobrem Hugo triſtis effectus eſt valde. Verumtamen innocenciam ſuam paratus eſt quomodolibet oſtendere. Unde conſtanter credo, reginam in hujuſmodi errorem ad ſuggeſtionem alicujus inductam eſſe, & revera malignus & inimicus eſt homo, quicunque ſit ille. Nunc igi-*

1 Vir *MS.* 2 Conſuetudine *MS.* 3 Nūpciali *MS.* 4 *F.* tametſi dicit, *niſi*, tamen ſibi dicit, *malis.*

A. D. 1325. *tur ſapienter conſulitur, ut quam doctrina malorum in verſuciam inſtruit & inſtigat, veſtra prudens & blanda* [1] *correpcio ad debitam unitatem mitem & reducat.* Tunc, de conſilio Regis, ordinatum eſt, quod omnes Epiſcopi Reginæ ſcriberent, & ſingulas litteras ſub eodem tenore verborum eidem deſtinarent, quibus eam, tanquam filiam cariſſimam, ad virum ſuum redire moverent, rancorem ſine cauſa conceptum dimittere, & Hugonem Deſpenſer pariter excuſarent. Singularum vero litterarum communis & unus tenor talis erat:

Cariſſima & præpotens domina mea, de novis & reſponſis tuis, ad dominum noſtrum Regem à te nuper tranſmiſsis, turbatur tota patria, & ex eo, quod in odium Hugonis Deſpenſer differs reditum tuum, multa mala præſagiunt omnes in futurum. Porro, Hugo Deſpenſer coram omnibus innocenciam ſuam ſolempniter oſtendit, & ſe Reginæ nunquam nocuiſſe, ſet omne commodum ejus pro poſſe procuraſſe, & hoc ſemper inpoſterum ſe facturum fore corporali ſacramento firmavit. Addidit quoque, ſe non poſſe credere, hujuſmodi minas ex ſolo capite [2] *ſuo unquam prodiiſſe, ſet aliunde forſan procuratas eſſe, maxime cum ante receſſum* [3] *ſuum & in ipſo receſſu hillarem ſibi faciem oſtenderis, & litteras amicabiles poſtea ei tranſmiſeris, quas in pleno parliamento, in argumentum fidei, protulit coram multis. Quamobrem, cariſſima, rogo te tanquam dominam, moneo te tanquam filiam, quatinus ad dominum noſtrum Regem, virum tuum, redeas, rancorem dimittas, & quæ pro bono pacis adhibeas pro bona pace redire non* [4] *deſperes. Timent enim habitatores terræ noſtræ, eo quod redire negaſti, multa mala contingere. Timent alienigenarum adventum, & deprædacionem bonorum ſuorum, nec reputant ex debita affeccione provenire odio unius homi-*

1 Corepcio *MS.* 2 *F.* tuo. 3 *F.* tuum. 4 Diſperas *MS.*

nis,

nis, populum, tam tibi devotum, velle deſtruere. Quod autem ſcripſiſtis, ea, quæ frater tuus Rex Franciæ, & alii amici tui ejuſdem patriæ pro voto tuo facere intendunt, non in præjudicium domini Regis, nec alicujus alterius, ſet in exterminium ſolius Hugonis redundabunt; Cariſſima & potentiſſima domina, noli tali negocio inicium præbere, cujus progreſſus dampnum irrecuperabile veriſimiliter poſſet afferre. Præſagit enim populus Anglicanus ex hujuſmodi minis adventum alienorum, & dicit, ſi Franci veniant, terram utique ſpoliabunt. Inpoßibile, [1] *quin tam inſontes quam ſontes communiter dampna ſuſtineant, & quæ non rapuerunt, innoxii tunc exſolvent. Heu! quam ſperabamus habuiſſe & patronam, ſi ſic eveniant, continget nos proth dolor! ſentire novercam. Heu! querela voce clerus & populus frequenter ingeminat, timentes, ne odio unius hominis ſe & ſua penitus exterminari contingat. Quo circa, domina Regina, utere ſano conſilio, & ad maritum tuum redire non differas. Nam deſideratus adventus tuus malicias hominum refrenabit, & occaſiones mali ſedabit univerſas.* A.D. 1325.

Set mater & filius, hujuſmodi litteris non obſtantibus, ad Angliam redire noluerunt. Unde Rex, de conſilio duorum Diſpenſatorum, exlegavit & banniavit publice in foro Londonienſi uxorem ſuam & filium tanquam regni proditores.

Hoc anno Regina Angliæ cum primogenito ſuo E. ac Rogero de Mortuo mari nuper elapſo, nec non & cum parva manu Hunaldorum, circa feſtum Sancti Michaëlis in Eſſexiam in Anglia applicuit, verſus Londonias, ubi rex erat, tetendit, &, quod mirandum fuit, terra undique tranquilla, ſine ſanguinis ſtrepitu regem, à Londoniis mature fugitantem, uſque in Weſtwalliam pedetentim inſecuntur. A. D. 1326.

1 Qui *MS.*

A. D. 1326. Interim in craſtino Sancti Kalixti papæ [1] decollatus eſt Epiſcopus Exonienſis, Theſaurarius regis, per Londonienſes extra hoſtium boriale Sancti Pauli. In die ſequenti capta eſt turris Londoniarum per Cives ad opus Reginæ & filii ſui. Et [2] cito poſt, in vigilia Apoſtolorum Symonis & Judæ, captum eſt Caſtrum Briſtolliæ per Reginam & ſuos, ubi Hugo Deſpenſer ſenior diſtractus & ſuſpenſus eſt, & capud ejus Wyntoniam tranſmiſſum eſt.

Eodem anno, die Sancti Hugonis, Comes Arundell̄ apud partes Salopiæ captus eſt, ſet apud Herford [3] decollatus. Eadem ebdomada Rex Angliæ captus apud Neyth̄ in Weſtwallia, ſet apud Caſtrum de Kenilworth̄ cuſtodiendum demandatur. Junior autem Deſpenſer Hugo, qui cum Rege captus fuerat, diſtractus ac [4] decollatus & ſuſpenſus eſt apud Herford, corpore ejus quadripertito, ſet caput ejus ad Pontem Londoniarum tranſmiſſum eſt.

Quo eciam anno, in Octabis Epiphaniæ, factum eſt parliamentum apud Londonias, ubi, de communi ordinacione, miſſi ſunt ſolempnes nuncii ad Regem incarceratum, ſ. tres Epiſcopi, duo Comites, duo Barones, duo Abbates, duo Juſticiarii, ut Regi detento homagium, quondam ſibi factum, reſignarent, ipſumque pro domino ulterius non haberent. De quibus dominus Willelmus Truſſel, miles, & procurator tocius parliamenti, vice omnium dixit Regi hujuſmodi verba: *Ego W. Truſſel, vice omnium de terra Angliæ & tocius parliamenti procurator, tibi* [5] *Edwardo reddo homagium, prius tibi factum, &* [6] *ex nunc defido te, & privo te omni pote-*

1 Decolatus *MS.* 2 Sito *MS.* 3 Decolatus *MS.* 4 Decolatus *MS.* 5 Edwarde *al. Vide* X. *Script. col.* 2549. 6 Extunc diffido *al. Vide ibid.*

ſtate

ſtate Regia & dignitate, nequaquam tibi de cetero, tanquam Regi, pariturus. Iſtud fuit proclamatum publice apud Londonias. A.D. 1326.

Eodem anno, in vigilia Purificacionis beatæ Mariæ, Edwardus, filius ejus, factus eſt miles. Deinde ipſe factus adoleſcens XV annorum, ad huc patre ſuo vivente ſub cuſtodia, coronatus eſt in feſto Purificacionis beatæ Mariæ in regem apud Weſtmonaſterium. In cujus primordiis grata [1] ſuggerebantur auſpicia. Nam & tunc terra recepit ubertatem, aër temperiem, mare tranquillitatem, Eccleſia libertatem.

Et tercio Nonas Aprilis tranſlatus eſt Rex antiquus de Kenylworth uſque Caſtrum de Berkeley, ubi, licet multi conſpirarent ad ejus liberacionem, mortuus eſt, de cujus meritis, an inter Sanctos numerandus ſit, frequens in wlgo, ſicut quondam de Thoma Comite Lancaſtriæ, ad huc [2] deceptacio eſt; ſet revera nec carceris incluſio, nec alia proſecucio, cum talia ſceleratis impenduntur, nec eciam oblacionum frequencia, aut miraculorum [3] ſimulacra, cum talia ſint indifferencia, quemquam ſanctum probant, niſi [4] conreſponderet ſanctimonia vitæ præcedentis. Bene namque cum unoquoque agitur, ſi talia cum contricione culpam in eo [5] dilluant, aut pœnam debitam imminuant, quamvis inmediate avolacionem non efficiant. Set præſumpcio [6] flagitiorum inpunitatem ſibi & ſui ſimilibus innaniter ſperancium, ambicioque matronarum circumgirare affectancium, rumorem talis veneracionis multum amplificat & dilatat, donec ædificacio, ſuper arenam fundata, decidat & labeſcat. A.D. 1327.

---

1 Suggebantur *MS.* 2 *Sic.* 3 Similacra, *MS.* 4 *Sic.* 5 *Sic.* 6 Flagiſiorum *MS.*

A. D. 1327. In parliamento apud Wyntoniam [1] decollatus eſt Edmundus de Wodeſtoke, avunculus hujus Regis, Comes Canciæ, pro eo quod conſpiravit ad liberacionem fratris ſui Regis mortui, ut dicebatur. Natus eſt novo Regi Edwardo primogenitus ſuus Edwardus ex Regina ſua, filia Comitis Hunald, XVII Kalendas Junii. Eoque anno, in Craſtino Sancti Lucæ, captus eſt apud Notyngham Rogerus de Mortuo Mari, tunc Comes Marchiæ vocatus, indeque Londonias miſſus, judicio parliamenti tractus & ſuſpenſus eſt. In vigilia Sancti Andreæ Edwardus le Boilliol, quondam Regis Scociæ proximus heres, cum modica manu Anglorum, i. duobus vix [2] milibus, intravit Scociam, ut regnum ſibi recuperaret, circa Advincula Sancti Petri, & occidit LX milia Scotorum apud Glodeſmore. Venit Rex Angliæ in auxilium ejus, & obſedit Berewycum IIII° Idus Julii, cui miles quidam Scotus, Willelmus de Reth̄, promiſit, quod ad certum nominatum diem adduceret exercitum Scotorum ad pugnandum cum eo, & ad obſidionem illam removendam, quod niſi faceret, urbs [3] Berewycy ſibi redderetur. Interim Scoti ſubdole combuſſerunt in partibus Northumbranis, et obſederunt Caſtrum de Bamburgh̄, ubi Regina Angliæ tunc morabatur, ſi ſic forſan obſidionem Berewycy ſolvere poſſent. Tandem, die præfixa hora nona, pelago pleno advenerunt Scoti contra Anglos, in tribus aciebus, omnes pedites, diſtincti XIIII° Kalend Auguſti prope Berewicum, in loco qui dicitur Bothull̄, juxta Halidoun, qui oppreſſi ſunt à ſagittariis Angliæ, & inſecuti ab equitibus Angliæ uſque ad noctem. Ita quod ceciderunt de Scotis octo Comites cum mille CCC equitibus, & de plebeis XXXV milibus; quo viſo, oppidani reddiderunt Berewicum Regi Angliæ. Et, quod mirabile

A. D. 1333.

1 Decolatus *MS.* 2 *Sic.* 3 *Sic.*

eſt

eſt dictu, non ceciderunt ex parte Anglorum niſi unus Miles, unus Armiger, & XII pedites. A. D. 1333.

In feſto Sanctorum Gervaſii & Prothaſii Edwardus le Boilliol, verus Rex Scociæ, fecit homagium E. Regi Angliæ pro Regno Scociæ apud Novum Caſtrum ſuper Tinam, in præſencia trium Epiſcoporum, baronum, ac Comitum, & copioſæ plebis. Et cito poſt Scoti rebellarunt, quamobrem Rex Angliæ, ſub gelida yeme Galwodiam intrans, totam patriam uſque ad mare Scoticum devaſtavit, caſtrum de Rokesburgh̄ reparavit (ubi ſe & ſuos per totam yemem tutavit) deinde circa feſtum beati Gregorii in XL^a Rex E. in pleno parliamento Londoniis de Comitatu Cornubiæ fecit ducatum, quem contulit E. primogenito ſuo, una cum Comitatu Ceſtriæ. Ordinavit eciam ibidem quinque Comites, unum ad Derbiam, alium ad Northamptoniam, tercium ad Huntyngdoniam, 4^m ad Saresburiam, quintum ad Glouceſtriam. A. D. 1334. A. D. 1335.

Orta eſt grandis diſcordia inter Reges Franciæ & Angliæ, ex eo quod Rex Franciæ multas terras & opida in Waſconia inprobe uſurpaverat, qua de cauſa rex Angliæ plures oblaciones [1] h̄iles fecerat Regi Franciæ, ſet ſic terras ſuas recuperare non poſſet; ſet cum ſic nil proficeret, collectis undique pecuniis, mare tranſire diſpoſuit. Circa feſtum beatæ Margaretæ virginis Rex Edwardus tranſiit in Flandriam, inde Coloniam adiit, ubi Imperatorem Bavarrum ſibi conciliavit, Brabannos & Flandrenſes ſibi fœderavit, de quorum conſilio arma Franciæ cum armis ſuis immiſcuit, boriales partes Franciæ uſque ad Turnacum incendit & vaſtavit. A. D. 1336.

Circa feſtum Purificacionis beatæ Mariæ E. Angl. rediit, uxorem tamen ſuam cum liberis, in ea parte A. D. 1337.

1 *Id eſt*, humiles *vel* habiles.

pro-

A. D. 1337. progenitis, apud Andwarpiam in Selandiam dimiſit, quaſi in aſſeuracionem reditus ſui. Celebratoque apud Londonias parliamento, atque negociis diſpoſitis, indixit Angligenis tributum quintæ partis bonorum, lanas ovium occupavit, novamque garbam de omni gleba Angliæ ſuis expedicionibus deputavit, de quarum proventu dominos villarum vicinarum reſpondere fecit. Hoc eciam anno tanta fuit rerum copia & æris inopia, quod quarterium frumenti Londoniis ad II s. venderetur, & bos pinguis ad dimidium marcæ.

A. D. 1338. Rex Edwardus in vigilia Sancti Johannis Baptiſtæ cum ducentis navibus mare ingreſſus eſt verſus Flandriam, ſet juxta maritima Flandriæ, juxta lez Scluſſe, claſſem Francorum copioſam & inſtructam obviam habuit, qua de cauſſa per totam illam diem cum ſuis deliberans, in Craſtino, ſuperveniente in ejus auxilium valente Milite Roberto de Morleya cum boriali Claſſe Angliæ, commiſſum eſt navale bellum fortiſſimum, quale circa oras Angliæ nuſquam eſt viſum, ubi, Deo favente, Franci & Normanni acriter ſagittati per Anglos ſunt devicti, partim cæſi, partim ſubmerſi, partim capti, navibuſque eorum, exceptis paucis quæ [1] aufugerant, totaliter occupatis.

Inde Rex E. Flandream attingens, adunato exercitu copioſo, borialem partem Franciæ vaſtavit, urbem munitiſſimam Tornacum diu obſedit, ſet ob defectum pecuniæ, quam ſui ſegnes procuratores ab Anglia non miſerant, contractis treugis & induciis inter Reges utriuſque diſcuſſum eſt. Rex E. cum navigio ſuo adiit Britanniam Minorem, ubi per cibos & potus inconvenientes plures de ſuis amiſit. Miſſi ſunt tamen ad eum duo Cardinales, qui ex parte papæ treugas triennales inter Reges indixerunt, ſub quo ſpacio de jure, quod

A. D. 1340.

1 Affugerant, *MS.*

Rex

Rex Angliæ vendicavit ad regnum Franciæ, ad plenum A. D.
diſcuti poſſit. In redeundo quoque de Britannia Rex 1340.
Edwardus maxima dampna & incommoda per marinam tempeſtatem perpeſſus eſt, quæ utique per nigromaticos Regis Franciæ dicebantur procurari. Denique ipſe Rex E. propter proviſiones de dignitatibus & beneficiis eccleſiaſticis, quas papa Clemens fecit in Anglia, offenſus, ſub anno graciæ milleſimo CCC°XLIIII° A. D.
proviſiones, per papam factas, caſſavit. Et nequis dein- 1344.
ceps hujuſmodi proviſiones in [1]AngT auferret, ſub pœna carceris & capitis interdixit.

In feſto Tranſlacionis beati Thomæ Martiris Rex Edwardus, ingreſſus mare, ignorantibus omnibus ſuis, quorſum tenderet, ſet tandem, ductu cujuſdam Militis de Harecourt, nuper de Francia exlegati, in auſtrali parte Normanniæ apud Hogges juxta Sequanem flumen applicuit, Cadamum & alias urbes ſpoliavit, un- A. D.
de & ſui plurimi ſunt ditati. verum quia Rex Fran- 1346.
ciæ Philippus pontes fluminum confregerat, ne exercitus adinvicem confligere poſſent, Rex E. Normanniam tranſeundo depræḍavit, & tandem Sancti Rufi die [2]martiris, quod eſt pridie feſtum Sancti Auguſtini doctoris, Regem Franciæ apud Creſcy in Picardia glorioſe devicit, & Regem Boëmyæ interfecit, ducem Lotheryngiæ, duos Epiſcopos, octo Comites, plures nobiles dominos, duo [3]millia militum, ac wlgus innumerabile cecidit, reliquam plenam diſperſit & fugavit. Ex tunc quoque in obſidione urbis Caleſiæ, ab olim Anglis infeſtæ, per annum, & eo amplius, demoratus eſt Rex Angliæ.

---

1 *F.* Angliam afferret. 2 *Aug.* 27. *Alii in diem* 26 *Auguſti* (*qui illo anno dies erat Saturni, quum Aug.* 27. *dies plane eſſet Solis*) *prælium incidiſſe referunt.* 3 *Omittit MS.*

A. D. 1346. Eodem anno, in Craſtino Sancti Michaëlis, in monte Tumba contriti ſunt Scoti per Anglos, & potiſſime per Clerum Eboracenſis dioceſis, tam regularem quam ſecularem, qui per inſtigacionem Regis Franciæ in Angliam uſque Dunelmum proceſſerunt, ubi captus eſt David le Brutz Rex Scociæ, Willelmus Douglas, & quidam alii magni, ceteris occiſis, fugatis aut diſperſis.

A. D. 1347. Circa feſtum Sancti Bartholomæi Philippus, Rex Franciæ, qui ſe quaſi ad pungnandum paraverat, & præcipue ad diſſolvendam obſidionem urbis Caleſiæ propius acceſſerat, diliculo clam [1]aufugit, relictis tentoriis cum victualibus plurimis. Quo viſo, Caleſienſes villam illam reddiderunt Regi E. quam per Menſem diſponens, circa feſtum Sancti Michaëlis rediit, conceſſis, ad inſtanciam domini papæ, novem menſium treugis; ſet in redeundo, ſicut quondam de Britannia Minori rediens, maximam tempeſtatem in mari, qua plures probos milites amiſit, perpeſſus eſt. Unde & ipſe Rex E. in talem admirativam querimoniam prolapſus eſt: *O! bona domina mea Maria, quid eſt, & quid* [2]*protendit, quod tendendo verſus Franciam aura grata pocior, mare arridet, & cuncta michi eveniunt proſpere, ſet in redeundo verſus Angliam, infortunia nimis adverſa perpecior?*

A. D. 1348. Hoc anno inundavit pluvia nimia, à feſto Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ uſque ad Natale Domini proxime ſequens, ut vix tranſiret dies, quin plueret in die vel in nocte, ſub quo temporis decurſu magna mortalitas hominum [3]craſſata eſt per orbem, ab auſtralibus & orientalibus plagis incipiens, ut vix media pars hominum [4]remaneret.

---

1 Affugit, *MS.* 2 *Pro*, portendit. 3 *Idem quod*, graſſata. 4 Remanentis *MS.*

AN

AN ACCOUNT
OF THE
CANONIZATION
OF
WILLIAM de MARCHIA
BISHOP of BATH and WELLS,
THE COMMISSION
To ſhut up
JOHN CHERDE
(MONK of FORD ABBEY)
In his ſolitary Apartment during Life,
AND
THE CHARTERS
For the foundation of
TRINITY HOSPITAL at ILCHESTER.
With K. H. VIII's.
LETTER of THANKS
Upon the
Ld. Privy Seal THOMAS CROMWELL'S
Being elected, choſen and inſtalled DEAN of WELLS.

Communicated to the Publiſher by the Rev.
Dr. ARCHER, Archdeacon of WELLS.

Dr. ARCHER's Letter to the Publiſher.

Worthy Good Sir,

I Pray you not to impute my long ſilence to any unmindfullneſs of you, but to a ſincere deſire of obliging you to the utmoſt of my power. What time I could ſpare from neceßary buſineſs, I have moſtly imployed in peruſing regiſters and records, in hope of collecting ſuch inſtruments relating to the religious houſes of this county, eſpecially as to the abbies of Athelney, Mochelney & Old Clive, as I believe would have been acceptable to you, and very agreeable to me to have tranſcribed for you. This I expected particularly as to the abbies I've mention'd, becauſe their abbats were perpetual prebendaries of this church; but upon diligent ſearch and examination, I found very valuable inſtruments were carried away (I ſuppoſe ſome time after the diſſolution) and the leaves cutt out of the ancient books, in which the copies of thoſe inſtruments were recorded. As for the other abbies & priories of this county, this church had little or nothing to do with them, except thoſe of Bath and Glaſſenbury; and the regiſters of the biſhops take notice of nothing but acts of juriſdiction, ſuch as confirmations of elections, viſitations, & monitions occaſionally given; many of which occur, and ſome of them, if you think fit, when I have a little more leiſure ſhall be tranſcribed.

I have ſent you the copies of the letters written by the dean & chapter of Wells, John of Drokensford the biſhop of Bath

&

& Wells, & king Edward the ſecond, concerning the canonization of William de Marchia, biſhop of this ſee, which are mention'd by biſhop Godwin in his book de præſulibus: *they are written in a very bad hand, & in ſome places hardly legible, where they are not, I have left a blank.*

The commiſsion to ſhut up a monk in his ſolitary apartment during life, is the firſt I ever met with, and I ſend it, becauſe perhaps you may eſteem it a curioſity.

I have ſent you the charters for the foundation of the hoſpital at Ilcheſter, which I believe have not come to light ſince it's diſſolution.

I'm ſorry to find my ſelf ſo much diſappointed in thoſe books, in which I expected to have a much fuller and larger account, than I met with. I deſire your kind acceptance of what by Mr Tottenham I ſend you, & pray you to be ſo good as to acquaint me at any time if you think I can in any way be ſerviceable to you, for I am with great truth & ſincerity, Good Sir,

Your moſt faithfull, reſpectfull
and much obliged
humble ſervt
Edm: Archer.

Wells July 31.
1728.

Li-

Literæ ſuper canonizatione Willelmi [1] de Marchia, epiſcopi Bathon. et Wellen.

I.

REVERENDÆ diſcretionis viro, confratri et amico ſuo confidentiſſimo, magiſtro [2] Roberto de Baldok, archidiacono Middleſexiæ ac domini noſtri regis cancellario, decanus et capitulum eccleſiæ Wellenſis ſalutem et fraternam in Domino charitatem. Cum in diœceſi Bathon. & Wellen. et in aliis diœceſibus circumvicinis ſit publica vox & fama, ac apud nos per teſtes, omni exceptione majores, dilucide ſit probatum, quod felicis memoriæ dominus, Willelmus de Marchia, quondam Bathon. & Wellen. epiſcopus, dum vixerit vir extitit vitæ ſanctæ, converſationis honeſtæ, famæ laudabilis,

1 Jan. 28. 1292. Willelmus de Marchia, canonicus Wellenſis et regni theſaurarius, in epiſcopum cooptatus eſt, atque Jun. XI. 1302. animam expiravit. *Archer.*

2 Robertus de Baldock canonicus Wellenſis & præbendarius de Yatton. *Idem.*

mo-

morum honeſtate præclarus, apud bonos manſuetus, bonus paſtor, in miniſterio ſacerdotali Deo devotus, et veritatis zelator præcipuus, eleemoſynarius largifluus, pauperibus et miſerabilibus perſonis compatiens, et alia exercens pietatis et charitatis opera, neceſſitates plures, et varias perſecutiones pro juribus et libertatibus eccleſiæ Wellenſis tuendis et conſervandis, ac grege ſibi commiſſo patienter ſuſtinens, variis quoque virtutum inſigniis, multiſque miraculis ipſius meritorum obtentu claruit, et indies clarere non deſinit. Diſcretioni veſtræ circumſpectæ, de quâ plenam gerimus fiduciam, affectuoſis precibus ſupplicamus, quatenus erga excellentiſſimum principem, dominum noſtrum Edwardum, regem Angliæ illuſtrem, veritatis intuitu, et precum noſtrarum interventu, cum omni, qua poteritis, diligentia inſtare velitis, ut idem dominus noſter rex domino noſtro papæ, et cardinalibus Romanæ curiæ amicis ſuis, ſuas literas dirigat ſpeciales, pro canonizatione Willelmi prædicti obtinendâ cum gratiâ, juſtitiâ, et favore. In his, et in aliis, nos et eccleſiam noſtram Wellenſem tangentibus, quæ dilectus confrater noſter, magiſter [1]Robertus de Wamberg, lator præſentium fidus, vir amicus, vobis ex parte noſtra plenius intimabit, viva voce fidem credulam, ſi placeat, adhibeatis. In felicibus ad vota ſucceſſibus dies veſtros dirigat altiſſimus per tempora diutina. Scriptum in capitulo noſtro Welliæ, ſecundo die menſis Junii, anno Domini milleſimo CCC^mo viceſimo quarto.

Reg. Wellen. 1. fol. 172.

---

1 Robertus de Wamberg canonicus Wellen. et anno 1326. archidiaconus Wellen. *Idem.*

II.

REVERENDÆ diſcretionis viro, magiſtro Roberto de Wamberg, confratri et concanonico ſuo, decanus et capitulum Wellenſe ſalutem, et veræ charitatis continuum incrementum. Cum nuper Magiſtro Laurentio de la Warre, quem, tunc nuncium et ambaſſatorem domini noſtri regis, firmiter credebamus iter ſuum arripuiſſe ad curiam Romanam pro negotio dicti regis, in totum aperuimus conſilia et deſideria cordis noſtri, præcipue pro communibus negotiis noſtri capituli in Romana curia promovendis, necnon canonizatione bonæ memoriæ Willelmi de Marchia, quondam Bathon. & Wellen. epiſcopi, Magiſter tamen Johannes de Bruton adverſarius noſter, ſicut ſcitis, pro dictis negotiis eſt ad Romanam curiam acceſſurus, de quo timemus, quod forte nobis per tanti nuncii regis honorem in ipſius ad Romanam curiam adventu plures nobis adverſarios excitabit, ad noſtram et eccleſiæ Wellenſis jurium ſubverſionem, ſupplicamus igitur vobis, in quo confidimus, quatenus, ſi placet, habito conſilio cum amicis noſtris Londini, quos bene noſtis, contra prædicti magiſtri Johannis machinationem congruum remedium, quod poteritis, adhibere velitis. Et pro occaſione prædicta latorem præſentium magiſtris Ricardo de Caab et Johanni de Irigge, procuratoribus noſtris in curia Romana exiſtentibus, mittimus pro informatione eorumdem in hac parte, vobis intime ſupplicamus, quatenus, conſilio habito cum amicis noſtris prædictis, quod vobis melius viſum fuerit, et totum conſilium veſtrum in ſcriptis eiſdem Johanni et Ricardo, vel eorum alteri, cum inſtrumentis ſuper notificatione inhibitionis noſtræ, et

omnibus aliis, dictum negotium tangentibus, ſub ſigillo veſtro per eundem mandare velitis. Et quod factum fuerit in præmiſſis, per Stephanum Trippe nobis, quam citius poteritis, reſcribatis, & dictum negotium celeriter expediendo, ſcripſimus domino cancellario literas, quarum copiam vobis tranſmittimus inſpiciendam, ad literas regias impetrandas de domino noſtro rege ad dominum noſtrum papam, et amicos regis in curia cardinales, pro canonizatione bonæ memoriæ Willelmi ſupradicti, circa quarum executionem, prout ſcimus vos non poſſe diu morari, ſcripſimus magiſtro Thomæ de Plumbſtoke; quod ſi gratiam in oculis domini regis inveneritis, ipſe magiſter Thomas, ſicut per vos ſibi dicetur, viriliter exequetur. Feliciſſime valeatis. Scriptum Welliæ, quarto die Junii, anno Domini milleſimo CCC^mo viceſimo quarto.

Ibid. fol. 172.

III.

REVERENDÆ diſcretionis viro, et amico ſuo confidentiſſimo, domino [1] Johanni de Grandi ſono, decanus et capitulum eccleſiæ cathedralis Wellenſis ſalutem et fraternam in Domino charitatem. Cum in diœceſi Bathon. & Wellen. &c. —— prout in epiſtola prima ——— non deſinit, Diſcretioni igitur veſtræ, de qua plenam gerimus fiduciam, affectuoſis precibus ſupplicamus, quatenus petitio ſuper præmiſſi bonæ memoriæ viri meritis, per advocatos et procuratores in curia, qui ſapiunt, gratioſe concepta ſummo proceſſu veſtro conſilio pariter et auxilio præſententur, vel procurare velitis per aliquem de cardinalibus ſolemni-

1 Johannes de Grandi ſono canonicus Wellenſis, epiſcopus Exon. 1327. Archer.

lemniter præſentari, ut ipſe pater noſter in terris, paternis motus viſceribus, ipſum velit humilem ſublimare, quem Deus tantis miraculis diſpoſuit coruſcare. Feliciter valeatis in omnium ſalvatore. Scriptum Welliæ, quinto die Junii, anno Domini milleſimo [1] CCC^mo quarto. Ibid. fol. 171.

IIII.

VENERABILI in Chriſto patri et domino & magiſtro Willelmo de Teſta, Dei gratia, titulo Sancti Siriaci ſanctæ Romanæ eccleſiæ presbytero cardinali, Johannes, eadem gratia eccleſiarum Bathon. et Wellen. miniſter, ſemetipſum cum obedientia debita tanto patri, & reverentiam genuflexam. Veſtræ dilectæ et reverendæ paternitati innoteſcat, quòd in noſtra diœceſi fama eſt publica, et in vicinis diœceſibus extitit notorie divulgatum, ac apud nos per teſtes, omni exceptione majores, dilucide ſit probatum, quòd recolendæ memoriæ Willelmus dictus de Marchia, olim prædeceſſor noſter, Bathon. & Wellen. epiſcopus, dum vixerit vir extitit vitæ ſanctæ &c. ——— ——clarere non deſinit. Hinc eſt, quod veſtram reverendam paternitatem hactenus duximus ſupplicandam, quatenus pro ipſius Willelmi canonizatione inſtare dignemini. Ib. fol. 172.

V.

AMICIS ſuis chariſſimis magiſtris Johanni de Yrigge et Ricardo Caab, procuratoribus ſuis in curia Romana commorantibus, decanus et capitulum Wellenſe ſalutem, & veræ dilectionis continuum incre-

1 Sic Apogr. Archerianum. F. CCC^mo *viceſimo quarto.*

mentum. Acceſſurus eſt ad curiam Romanam magiſter Johannes de Bruton, adverſarius noſter et eccleſiæ noſtræ, ſicut ſcitis, qui, licet ſi pro negotiis domini regis dudum veniret, credimus tamen, ipſum nobis et eccleſiæ noſtræ plus velle, ſi poterit, nocere quam prodeſſe. Quocirca vos rogamus, quatenus circumſpecte agatis, et ipſius machinationibus obvietis, tam contra eccleſiam quam perſonas eccleſiæ, vigilando, conſulendo, conſilia etiam à majoribus et ſolemnioribus, ſi fuerit neceſſe, petendo. Et etiam ſuper canonizatione bonæ memoriæ domini Willelmi de Marchia, quondam Bathon. & Wellen. epiſcopi, inter dominum noſtrum epiſcopum et nos tractatu habito diligenti, unanimi conſenſu ſpecialiter ordinamus, ad procurandum & promovendum canonizationem prædictam ejuſdem, pro qua dictus dominus noſter epiſcopus per literas ſuas ſcripſit, quas vobis mittimus, ſimul cum copia earumdem, dominis Willelmo de Teſta et Lucæ de Fliſco, ad promovendum negotium prædictum. Mittimus etiam vobis literas noſtras, domino Johanni de Grandi ſono liberandas, ſub eadem forma, pro negotio ſupradicto, ſimul cum quodam rotulo, in quo miracula, quæ jam poſt mortem ejuſdem in partibus Bath. & Wellen. diœceſis eniteſcunt, continentur, vos rogantes, quatenus dictum negotium cum omni diligentia promovere velitis, et procuratores examinatores ſuper probationem miraculorum præmiſſorum, viz. dominos Sarum & Landaven. epiſcopos, et dominos abbates Glaſton, Schireborn, Mocheln. Athelin. et de Keyneſham, ad examinandum et expediendum prædictum negotium. Sumptus vero, quos vos apponere contigerit, tam circa negotia noſtra propria, quam circa canonizationem prædictam, vobis ad plenum ſatis-

tisfiet, cum de eis nobis conſtiterit. Feliciter valeatis. Ib. fol. 172.

VI.

Litera regia domino papæ, pro canonizatione Willelmi de Marchia.

SANCTISSIMO in Chriſto patri &c. Glorioſus Deus in ſanctis ſuis, mirabilis in majeſtate, et faciens prodigia, reſerato jam noſtris temporibus ærario dulcedinis ſuæ, quam pie abſcondit, tuentibus ſe talentum pretioſum, odoribus virtutum miris et variis refertum, ad laudem et gloriam nominis ſui patefecit. Ecce! enim, pater ſanctiſſime, vir almus dudum bonæ memoriæ Bathon. et Wellen. epiſcopus, Willelmus de Marchia, dum carnis indumento tegeretur, in carne vivens præter carnem, theſaurariæ celebris memoriæ patris noſtri aliquamdiu curam gerens, in fidei conſtantia præcipuus, in eleemoſynarum largitione profuſus, et in univerſa morum honeſtate præclarus, magnis jam fulget miraculis. Id luce clarius languidorum curatio inſinuat, vox populi publica manifeſtè denuntiat, et religioſi cœtus virorum et mulierum conſtantiſſime præſtiterunt. Itaque cum conditor omnium creatarum, qui quod in tali plaſmate plantaverat agnovit, ipſum talibus et tantis gratiarum muneribus inſigniverit in terris, veraciter credimus pro nobis interceſſorem in cœlis conſtantem et paternum; unde non immerito veſtræ ſanctitati dignum duximus ſupplicandum, quatenus theſaurum hunc, loco inferiorum, quo detinetur, incluſus, ad locum celebriorem cunctis fidelibus venerandum transferri veſtra ſollicitudo præcipiat, et aſcribere dignetur catalogo ſanctorum venerando. Fol. 174.

VI.

VI.

Litera regia cardinalibus &c.

VENERABILI in Chriſto patri &c. Glorioſus &c. ——————— unde non immerito domino ſummo pontifici dignum duximus ſupplicandum devotis precibus, quatenus theſaurum tam ſalubrem à loco inferiori, quo detinetur incluſus, ad locum celebriorem, cunctis fidelibus venerandum, transferri jubeat, et aſcribere dignetur ſanctorum catalogo venerando. Et veſtram præclaram dilectionem tota devotione depoſcimus, quatenus operi tam ſalubri conſilium et auxilium impendere velitis pro loco & tempore opportunis. Datum &c.

To defray the expence of procuring this canonization from the court of Rome, as alſo to raiſe a contribution to finiſh the new building of the body of the cathedral, the clergy of the dioceſe granted a tenth of their benefices in the year 1327. as appears from the following commiſſion:

Johannes, permiſſione divinâ, Bathon. & Wellen. epiſcopus, dilectis in Chriſto filiis, Johanni de Middleton rectori de Temple comb, & Ricardo de Baac vicario de North Cory, ſalutem, gratiam et benedictionem. Cum omnes et ſinguli viri eccleſiaſtici noſtræ diœceſis, tam illi, quorum beneficia infra quam ultra ſex marcas ſe extendunt, unam decimam beneficiorum ſuorum eccleſiaſticorum, juxta taxationem veri valoris eorumdem, pro canonizatione recolendæ memoriæ domini Willelmi de Marchia, quondam Bath.

&

& Wellen. epiſcopi, prædeceſſoris noſtri, & ſubſidio novi operis dictæ eccleſiæ noſtræ Wellen. ad —— —— noſtram certis terminis ſolvendam, gratis conceſſerint, ad colligendum et recipiendam hujuſmodi decimam à viris eccleſiaſticis Archidiaconatus Wellen. ac literas acquietantiæ de ſoluto faciendas, non ſolventes autem, ſi qui fuerint in hac parte, ad ſatisfaciendum de dicta decima, ipſos viros eccleſiaſticos ſingulariter contingenti, habita monitione præmiſſa, per cenſuras eccleſiaſticas canonice compellendum, vobis conjunctim et diviſim, et utrique veſtrûm in ſolidum tenore præſentium committimus vices noſtras, cum coërtionis canonicæ poteſtate. Datum apud Blakeford IIII^to^ Nonas Sept. anno 1327.

Reg. Johannis de Drokenesford. Fol. 267.

Commiſſio ad includendum Robertum Cherde monachum in domo ſolitariâ.

RICARDUS Pates, canonicus eccleſiæ Wellen. venerabilis in Chriſto patris domini, domini Henrici, Dei gratia, Bathon. & Wellen. epiſcopi in remotis agentis, vicarius in Spiritualibus generalis, diſcretis viris, magiſtris Willelmo Sture de Whitſtanton, Johanni Battyn de Weſt Cokyr eccleſiarum rectoribus et Johanni Wall procuratori, conjunctim et diviſim ſalutem in omnium ſalvatore. Laudabile propoſitum domini Roberti Cherde, monachi monaſterii de Forda, ordinis Ciſtercienſis, Exon. diœceſis, viceſimo ſeptimo menſis Octobris, anno milleſimo CCCC^mo^ ſecundo, coram nobis in capella bea-

beatæ Mariæ virginis juxta clauſtrum eccleſiæ cathedralis Wellen. perſonaliter comparentis, et juriſdictionem dicti reverendi patris in hac parte prorogantis, ac literam dimiſſionis abbatis ſui de Forda exhibentis, et penes regiſtrum ejuſdem reverendi patris dimittentis, conſiderantes, qui vitam ſolitariam ducere atque anachoritam in quadam domo, juxta eccleſiam parochialem de Crukern, Bathon. & Wellen. diœceſis, infra cœmeterium in occidentali parte ejuſdem eccleſiæ pro tali perſona conſtructa, perpetuo moraturus, coram nobis humiliter elegit, ac ipſum per nos ad hujuſmodi vitam ſolitariam in dicta domo perpetuo ducendam admitti inſtanter ſupplicavit: Nos igitur, ſuper vita, moribus et converſatione dicti Roberti certiorari volentes, inquiſita diligentius veritate ſuper præmiſſis, teſtes, per eundem dominum Robertum productos in hac parte, in forma jurandorum teſtium juratos, admiſimus ac diligenter examinavimus, per quos, ac etiam alia documenta, ipſum dominum Robertum vitæ laudabilis, et converſationis honeſtæ, etiam ad hujuſmodi vitam ſolitariam admittendum habilem et idoneum ac conſtantem invenimus: ſicque ſupplicationem ſuam, de qua præmittitur, conſonam fore rationi, præfatum dominum Robertum Cherde, ad hujuſmodi vitam ſolitariam ſive anachoritam in dicta domo, infra cœmeterium de Crukerne, ut præfertur, conſtructa, perpetuo ducendam, concurrentibus omnibus et ſingulis in hac parte requiſitis, præſtito primitus coram nobis per eundem dominum Robertum, de fideliter obſervando ab hac hora inantea caſtitatem, et alias obſervantias debitas in talibus fieri et obſervari conſuetas, juramento corporali admiſimus, ac ipſum dominum Robertum, juxta modum, formam et conſuetudinem

in

in talibus fieri conſuetam, in dictam domum inducendum, & in eadem, abſque egreſſu quocunque, perpetuo includendum fore decernimus juſtitia ſuadente. Vobis igitur conjunctim et diviſim, de quorum fidelitate et induſtria plenam in Domino fiduciam obtinemus, ad ipſum dominum Robertum Cherde in dictam domum ſolitariam de Crukern canonice inducendum et includendum, abſque egreſſu ex tunc in eadem perpetuo moraturum ſive permanſurum, cum ſolemnitatibus in talibus fieri conſuetis, vices noſtras committimus, cum cujuſlibet coërcionis canonicæ poteſtate; Et quid feceritis in præmiſſis, nos, expedito negotio hujuſmodi, cum per partem dicti domini Roberti fueritis requiſiti, curetis reddere certiores, præſentium cum tenore ſub ſigillo. Datum ſub ſigillo officii noſtri &c.

Reg. Bowet fol. 21.

I.

Chartæ Albæ Aulæ Ivelceſtre.

OMNIBUS Chriſti fidelibus, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, Willelmus Dacus æternam in vero ſalvatore ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, me, divinæ pietatis intuitu, dediſſe et liberaliter conceſſiſſe, et hac carta meâ confirmaſſe Domino Deo, in puram et perpetuam eleemoſynam, domum de Ivelceſtre, quæ vocatur **Alba Aula**, cum toto meſſuagio ad eandem domum pertinente, & duas domos eidem domui vicinas quas Rogerus de Doucheld tenuit, et ambo molendina quæ poſſidebam in villa de Ivelceſtre, cum tota terra arabili

bili quæ ad prædicta molendina [1] pertinent, cum uno [2] ſexclirio prati ad dicta molendina pertinente, ita tamen, quod molitio mea et familiæ meæ in eiſdem molendinis quieta ſit ab omni molitura. Dedi etiam Deo domum quæ fuit Aylwardi de Lagga, cum toto meſſuagio ad dictam domum pertinente, et decem acras terræ juxta idem meſſuagium jacentes, et decem et octo acras terræ quæ vocantur Heychynge, et quinque acras terræ quæ vocantur crofta Panchot, quæ jacent in parte boreali de Pulbrugg, & duos ſolidos de ſervitio tenementorum Henrici Caretarii, ſcilicet de una virgata terræ apud Sowey duodecim denarios, et de uno meſſuagio in villa de Ivelceſtre duodecim denarios, & ſeptem acras terræ quæ fuerunt de Haywarderia, ſcilicet unam acram quæ vocatur Hachware, et unam acram quæ jacet juxta domum leproſorum, et duas acras et dimidiam in parte occidentali à domo leproſorum, et duas acras et dimidium quæ jacent juxta terram W. Ruffegray verſus Pulbrugg, ad ſtatuendum hoſpitium in honorem Dei et ſanctæ Trinitatis, ad ſuſcipiendum pauperes debiles, peregrè proficiſcentes, pro ſalute animæ Ricardi Wynton. epiſcopi, nati apud Sok, et pro ſalute animæ patris et matris ejus et anteceſſorum ejus, et omnium ſibi conſanguinitate provenientium, et pro ſalute animæ Herberti Sarum epiſcopi, et patris et matris ejus et anteceſſorum ejus, et omnium ſibi conſanguinitate provenientium, et pro ſa-

---

1 *Sic Apogr. Archerianum. F.* pertinet. 2 *Quid ſibi velit vox iſta vix è Lexicographis colligas. Lineolam ſubter poſuit cl. Archerus. et recte. utpote qui quid ſignet verbum minùs habuit compertum. Ego exiſtimo, non aliud valere atque,* a glade, *ſive* a plain flip, of meadow ground. *Sex nempe idem eſt quod Anglo-Saxonicum* ɣeax, gladius *ſive* gladiolus, *&* clarius *idem quod Latinum* clarus.

lute

lute animæ Ricardi Sarum epiſcopi, et patris et matris ejus et anteceſſorum ejus, et omnium ſibi conſanguinitate provenientium, et pro ſalute animæ Jocelini Bathon. epiſcopi, et patris et matris ejus et anteceſſorum ejus, et omnium ſibi conſanguinitate provenientium, et pro ſalute Adæ de Ivelceſter decani Sarum, et patris et matris ejus et anteceſſorum ejus, et omnium ſibi conſanguinitate provenientium, & pro ſalute animæ meæ, et patris & matris meæ et anteceſſorum meorum, et omnium mihi conſanguinitate provenientium, et pro ſalute animæ Emmæ uxoris meæ, & patris et matris ejus et anteceſſorum ejus, et omnium ſibi conſanguinitate provenientium, et pro ſalute omnium eorum, qui eleemoſynas ſuas, ad prædicti hoſpitalis emendationem et ſuſtentationem, miſeriçorditer contulerint. Hoc etiam adjicio, quod ego et heredes mei cuſtodes jam dicti hoſpitalis domino Bathon. epiſcopo, in cujus protectione hoſpitale eſt, præſentabimus; et ſi ita contigerit, quod cuſtos ejuſdem hoſpitalis eidem hoſpitali non fuerit neçeſſarius, ego et heredes mei tantum, et nullus alius, ipſum removebimus, et alium, quem viderimus expedire, per prudentium virorum conſilia ibidem ſubſtituemus. Ego et heredes mei in nomine Domini omnes terras prænominatas Deo et hoſpitali prædicto contra omnes homines warantizabimus. Et ut hæç mea donatio rata permaneat, et in perpetuum ſtabilis perſeveret, præſentem chartam ſigilli mei appoſitione roboravi. His teſtibus, domino Stephano archiepiſcopo Cantuarienſi. Hugone Lincoln. epiſcopo, Jocelino Bathon. epiſcopo, Ricardo Sarum epiſcopo, Ada de Ivelceſtre decano Sarum, Galfrido archidiacono de Berkſhire, Johanne capellano domini Ricardi Sarum epiſcopi, magiſtro Luca Sarum

canonico, Hugone Malet, Gilberto Daco, Ricardo Daco, Ricardo Pauncefort et Ricardo filio ejus, Ricardo de Clyvedon, Bartholomæo de Kenmeſſing, et multis aliis.

Reg. Joh. de Drok. fol. 58.

Data fuit hæc charta, ut conjicio, annum circiter 1226. *Archer.*

II.

Literæ abbatis de Cernel ſuper ratificatione appropriationis prædictæ.

OMNIBUS Chriſti fidelibus, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, Willelmus, divina permiſſione, Abbas Cernell, et ejuſdem loci conventus, ſalutem in Domino. Literas noſtras patentes direximus venerabili patri Jocelino, Dei gratia, Bathon. epiſcopo in hæc verba. Reverendo domino et patri in Domino chariſſimo Jocelino, Dei gratia, Bathon. epiſcopo, W. divina permiſſione, abbas Cernel: et ejuſdem loci conventus, ſalutem et devotam in Domino reverentiam. Noveritis, nos ratam et gratam habituros ordinationem, quam feceritis ſuper advocatione eccleſiæ beatæ Mariæ minoris de Ivelceſtre, et beneficio annuo, quod de eadem eccleſia percipere ſolebamus. In cujus rei teſtimonium ſigilla noſtra apponi fecimus. Valeat paternitas veſtra ſemper in Domino. Idem vero dominus epiſcopus, receptis prædictis literis noſtris, de conſilio virorum prudentium et juris peritorum, eidem aſſidentium, ordinavit in hunc modum, viz. quòd penſionem illam annuam, quam de eadem eccleſia percipere conſuevimus, ſcilicet, duos ſolidos, percipiamus tota vita Thomæ nunc perſonæ illius eccleſiæ, et quod advocatio illius eccleſiæ eidem epiſcopo et ſucceſſoribus

bus ſuis in perpetuum remaneat. Ordinavit etiam, quod, poſt deceſſum vel ceſſionem dicti Thomæ, percipiamus unam marcam annuam infra octavas aſſumptionis beatæ Mariæ in domo Cernell, de proventibus dictæ eccleſiæ, nomine perpetui beneficii, per manum rectoris illius eccleſiæ qui pro tempore fuerit, marcam autem illam percipiemus abſque omni onere ordinario. Ad hanc autem ordinationem faciendam induxit prædictum dominum epiſcopum, ut dicebat, ſollicitudo et cura hoſpitii S. Johannis baptiſtæ de Ivelceſtre quam geſſit, quod ſitum eſt in parochia prædictæ eccleſiæ, ut facilius et competentius poſſit providere, quomodo in capella prædicti hoſpitii poſſint in poſterum divina celebrari. Nos itaque prædictam ordinationem dicti domini epiſcopi pro nobis et ſucceſſoribus noſtris per omnia ratam habemus et gratam. In cujus rei teſtimonium præſenti ſcripto ſigilla noſtra appoſuimus.

III.

Litera domini Jocelini epiſcopi ſuper ordinatione appropriationis eccleſiæ beatæ Mariæ minoris.

OMNIBUS, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, Jocelinus, Dei gratia, Bathon. epiſcopus, ſalutem. Literas patentes abbatis et conventus de Cernell ſuſcepimus in hæc verba:

Reverendo domino &c. ut ſupra ——— ſemper in Domino. Nos vero receptis dictis literis, cum quidam locus ad hoſpitalitatis uſum et pauperum ſuſceptionem infra parochiam dictæ eccleſiæ in honore ſanctæ Trinitatis, de conſenſu domini fundi, ſit autoritate pontificali deputatus, cujus cura et ſolicitudo ex officio paſtorali nobis incumbit, conſiderantes pauperta-

tatem et tenuitatem dicti hoſpitii, et defectum quem ſuſtinent fratres et ſorores ejuſdem, qui, relicto ſeculo, ad ſerviendum Deo et pauperibus ſub paupertatis habitu ibidem converſionis et religionis habitum aſſumpſerunt, et quod pro divinis celebrandis et audiendis inter ſeculares per vicos, in ſcandalum religionis, neceſſe habeant ad ipſam eccleſiam concurrere parochialem, cum in dicto hoſpitio non niſi ſalva juſtitia dictæ matricis eccleſiæ poterant divina celebrari, de conſilio virorum prudentium et juris peritorum de dicta advocatione et eccleſia taliter ordinamus, viz. quod hoſpitale prædictum et fratres ejuſdem habeant advocationem prædictæ eccleſiæ in perpetuum. Indulgemus etiam eiſdem, quod Thoma, nunc rectore ejuſdem, cedente vel decedente, liberè valeant ex hac noſtra indulgentia dictam eccleſiam in proprios uſus convertere et retinere, et ipſius ingredi poſſeſſionem, noſtro vel ſucceſſorum noſtrorum aſſenſu minime requiſito, ita quod in eadem per idoneum capellanum faciant competenter deſerviri. et quod ex tunc ſolvant annuatim in octavis aſſumptionis beatæ Mariæ virginis apud Cernel abbati et monachis ejuſdem loci unam marcam annuam de fructibus ejuſdem eccleſiæ, nomine perpetui beneficii abſque omni onere ordinario. Præfato vero Thoma, nunc rectore ejuſdem, dictam eccleſiam poſſidente, percipiant dicti abbas et conventus de Cernell annuam penſionem duorum ſolidorum, quam inde prius percipere conſueverunt, ita quod dicti fratres habeant in dicto hoſpitio capellam ſuam, in qua faciant celebrari divina cum pulſatione campanarum, et aliis ſolennitatibus conſuetis et neceſſariis in divinorum celebratione; Et quod habeant cœmeterium benedictum infra ſepta ſui hoſpitii, ad ſepeliendum

dum fratres ſuos et ſorores et alios, qui ibidem duxerint ſepulturam eligendam: ſalva ſemper juſtitia eccleſiarum parochialium illorum, qui ibidem elegerint ſepeliri. Hæc autem ordinavimus, ſalva nobis, et ſucceſſoribus noſtris, eccleſiarum noſtrarum et noſtra per omnia juriſdictione, poteſtate et dignitate; et ſalvo archidiaconis loci jure archidiaconali, in cujus læſionis recompenſationem volumus et ſtatuimus, eiſdem archidiaconis ſynodalia conſueta annuatim duplicari. In cujus rei teſtimonium præſenti ſcripto ſigillum noſtrum apponi fecimus; datum apud Woky die Converſionis Sancti Pauli, anno gratiæ milleſimo ducenteſimo quadrageſimo primo.

---

[1] *King Henry* VIIIth's^ *Letter of Thanks upon the Lord Privy Seal Thomas Cromwell's being elected, choſen and inſtalled Dean of Wells.*"

To our truſtie and well belovyd, the preſident and chapitre of our cathedrall churche of Wellys.

By the Kinge.

TRUSTIE and well belovyd, we grete you well. And for aſmoche as, upon ſignification by our lettres made unto you, of our determynation for the preferment of our right truſtie and wel belovyd counſaillour, the Lorde prvvye ſeale, to the rome of the deane in that our cathedrall churche of Wellys, as we underſtonde, with a right honeſte and

---

1 *Titulum hunc, in apographo Archeriano deſideratum, adjeci.*

lov-

lovinge ſorte ye have ben contentyd therein to gratifie us, and ſo have proceeded there unto ſo farre, as, with thobſervation of your laudable ceremonyes in that behalf accuſtomyd, ye have electyd, choſen, and enſtalled our ſayd counſaillour in the ſaide deanry. To thyntent ye ſhold knowe, that wee doo accept and take your proceedings in the ſame in moſt thaunkfull parte, we thought yt convenyent for us, not onely by theſe our lettres to geve unto you therefore our expreſſe and condigne thankes, but alſo therewith to advertyſe you, that, in all your reaſonable purſutes, we ſhall ſoo further declare our good favour and affection towards you and every of you, as ye ſhall have cauſe to think your confyrmyty therein well employd. Geven under our ſignet at Aſhey the fyrſte day of October.

AP-



APPENDIX.

Num. I. Vide Præf. §. I.

A ſhort Account of Dr. Robert Brady and Mr. John Lightwine. From my learned Friend Mr. Thomas Baker of Cambridge.

IN anſwere to your laſt I ſend you a ſhort account of Dr. Brady. *Robertus Brady, filius Thomæ de Denver in Com. Norf. Attornati ad Legem, natus ibid. literis grammaticis inſtitutus apud Downeham ejuſdem Com. ſub Magiſtro Gilbert per biennium, annum agens* 16m. *admiſſus eſt pauper Scholaris* 20 *Feb.* 1643, *Fidejuſſore Venerabili Viro* Dre. *Bachcroft Collegii Cuſtode.* Regr. Coll. Caii. E Litteris Bakerianis Julii 27. 1729.

He was never Fellow, by a Mandat, dat. *Septembr.* 6to. 1660, he was admitted Dr. of Phyſic, being then only M.B. And by another Mandat, about the ſame time (a Copy whereof I have not) was conſtituted Maſter of Caius College. *Literæ Patentes pro Munere Profeſſoris Regii in Medicina datæ ſunt Febr.* 16. *an.* 26°. *Car.* 2di. *Oratio Inauguralis habita fuit Novembr. an.* 1677. He ſubſcribes for that Office or Preferment (as I preſume) Oct. 30. 1677.

Die Lunæ 19. *Aug. an. Domini* 1700 *Rob. Brady, M. D. Coll. Gonv. et Caii Cant. Cuſtos ſive Magiſter obiit apud Denver* [*Oppidum ſuum Natale*] *in agro Norfolc. in Ædibus Fran. Jenney Rectoris, et in Cancell) Eccleſiæ ibid. ſepultus eſt die Mercurii* 21. *ejuſdem Menſis.* From Mr. Hare late Richmond Herald.

By his Will, dated Aug. 24. *an.* 1694. thus: **I Robert Brady, Dr. in Phyſick, being in perfect health and ſound memory, do make this my laſt Will and Teſt. as followeth. Firſt, I give all my perſonall Eſtate for the payment of my debts, and the interring of my body decently, but with all frugality, which I leave to my Executor hereafter named: excepting ſo many of my Books, which are not to be found in the Library of Gonv: and Caius College, which I give thereunto. And if my perſonall Eſtate ſhall not be ſufficient, for the payment of my debts & Interment, I will, the defect thereof ſhall be ſuppiy'd, by the growing profits of my reall Eſtate, which ſhall be over and above the Annuity hereafter given.** [Then follow ſome few Legacies not conſiderable, with an Annuity of forty pounds by the year to **my Niece Mary Fuller during her life.**] Item, **I give and bequeath unto the Maſter and Fellows of Gonv. and Caius Coll. in Cambr. five hundred pounds, to buy the perpetuall Advowſons of two competent Livings or Rectories, whereof the Advowſons of the two Medieties of the Rectory of Denver in the County of Norfolk to be one, if it may be.** [accordingly purchas't, & now in the College.] **The mony to be raiſed out of the growing profits of my real Eſtate, after the Legacies & Annuity paid.** Item, **I will & bequeath, after all theſe things performed, & Legacies & Annuity paid, all my reall Eſtate, Lands, & Tenements in Denver aforeſaid, & the Towns adjoyning, to the Maſter or Keeper of Gonv. & Caius College aforeſaid for the time being, & his Succeſſors for ever, to the Intent & purpoſe, that after all charges of Repaires, and incident charges being deducted, the clear yearly value ſhall be divided into ten equall parts, whereof the Preſident of the ſaid College ſhall have one, the ſix Franckland Fellows every one, one, the ſaid Maſter or Keeper, two, and the College Cheſt, one. —— Item, I do make Mr. John Lightwin, Senior Fellow of the College aforeſaid, Executor of** this

this my last Will & Test. & do, notwithstanding the Legacies before given, & Annuity to be paid as before, give unto him ten pounds by the year &c. — In witness whereof I have sett to my hand & seale, the 24th day of August 1694.

Robt. Brady.

Witnesses Joh. Case, Tho. Goodall,
& John Copland.

Tenore præsentium Nos Tho. Green, S. T. P. Procan. &c. notum facimus omnibus &c. quod decimo nono die Mensis Septembr. an. Domini 1700. *coram nobis probatum fuit &c. Testamentum Roberti Brady, Professoris Regii in Medicina, defunct. &c. Commissaque fuit Administratio &c. Johanni Lightwin, M. A. Coll. prædict. Socio &c. Executori &c.*

Mem. The Original Will was delivered to the Executor by Mr Vicechancellor's Order, to be prov'd in the Court of Chancery. *E Registro Testamentorum.*

Johannes Lightwine, filius Matthæi de Berford in Com. Norf. Ingenui, natus ibidem, rei literariæ operam dedit ibidem sub Magistro Purt per triennium, annum agens 16*m. admissus est pauper Scholaris Mar.* 16. 1670. *Fidejussore Mro.* Bassett [after Master of Sid. Coll. in King James's time] *Regr. Jo. Lightwine Coll. Caii Art. Bac. ann.* 1673, 4. *Jo. Lightwine Coll. Caii Art. Mr. an.* 1677. He was one of the Proctors of this University *an.* 1695. being then Fellow of Caius College. And this, I presume, is enough for that unhappy Man, who [died in the Month of June this year 1729, after he had liv'd some years an animal Life, being by Age reduced to Childhood, and] had been very usefull to Dr. Brady in writing, compiling *Indices* to his Books *&c.* deserving well to be remembred by him.

Num. II. Vide Præf. §. V.

A Note about Jervais Hollis, from the genuine or 1*st. Ed. of Mr. Ant. à Wood's* Athenæ Oxon. *Vol.* II. *col.* 702.

[THIS year 1642. among many others was created Master of Arts on Nov. 1.] *Jervais Hollis* a Parliament man for *Great Grimesby* in *Lincoln-shire* ——

He had lately retired to his Majeſty, becauſe of the violent proceedings againſt him his ſaid Maj. in the Parliament ſitting at *Weſtminſter*, being then Serjeant Major, and in the next year he ſate as a member in the Parl. held at *Oxon.*

Num. III. Vide Præf. §. V.

[*Notæ MSS. ipſius Joannis Bale, adjectæ Codici impreſſo de Scriptoribus* &c.]

Pag. I. Baptiſta Mantuanus in Lib. 2. Dionyſii Areopagitæ.

POST maris illuviem primam, cum terra colonis
Orba foret, Noë, ſæclis genus unde futuris,
Miſit ab Armeniis, in Gallica Regna Samothem,
Cordatum fortemque virum, qui crevit in amplam
Progeniem, vetus inſtaurans pecudumque hominumque
Semen, et has omnes implens Animantibus Oras.

Baptiſta Mantuanus Lib. 2. Agelariorum.

Primus in Italiam ventis avibuſque ſecundis
Venit, et Auſoniis Gomarus conſedit in Oris.
Sarmaticos primus Campos habuiſſe Tuïſcon
Fertur, et à Tanai longe uſque ad flumina Rheni,
Belgarumque domos gelidas regnare per Oras.
Tranſiit ad Celtas, et ad Gallica Regna Samothes
Scrutator naturæ ingens, Divumque Samotes.
Unde volunt Dryidas ortos et Sacra Deorum &c.

P. 5. Oſiris Olympius] Hunc, ut puto, Beroſus Lib. 5. Oceanum vocat.

P. 7. Brytus Julius] Lydii dicuntur à Lud, filio Sem.

P. 8. Fato conceſſit Brytus,] Ætatis ſuæ anno 59. ſecundum alios.

P. 15. Num. XXII.] Ex vetuſtiſſimo Codice Iſiodori de Ortu, Vita, & Obitu Sanctorum Patrum, Philippus à Bethſaida Civitate, unde et Petrus. Hic Gallis prædicavit Chriſtum,

ſtum, Barbaraſque Gentes, vicinaſque tenebris, et tumenti Oceano conjunctas, ad ſcientiæ lucem, fideique portum deducit. Deinde in Hierapoli, Phrygiæ Provinciæ urbe, crucifixus lapidatuſque obiit, tectoque ſepultus Cadavere, una cum Filiabus ſuis ibidem requieſcit. Hæc Iſidorus.

P.16.] Narrat Nicephorus, ſed ſine certis teſtimoniis, ut habet Hiſtoria Eccl. Uvgaridi, Simonem Cananæum Evangelium propagaſſe per Regiones ad Occidentalem Oceanum ſitas, et Inſulas Britannicas Cent.I. L.2. Cap.10. Operæ pretium etiam fuerit (inquit Nicephorus, Lib. 2. Cap.40.) Simonem Cana Galileæ ortum, qui propter flagrantem in Magiſtrum ſuum ardorem, ſummamque Evangelicæ rei per omnia curam, Zelotes cognominatus eſt, hîc referre. Accepto enim, is, cælitus adveniente Sancto Spiritu, Ægyptum, Cyrenem, & Aphricam, deinde Mauritaniam et Lybiam omnem, Evangelium prædicans percurrit: eandemque Doctrinam, etiam ad Occidentalem Oceanum, Inſulaſque Britannicas perfert. Hæc Nicephorus.

Pag.16.] Romæ ante Paulum docuerunt Andronicus et Junias, qui præcipui erant inter Apoſtolos; affirmat enim, eos ibidem ante ſe fuiſſe in miniſterio Evangelii. Ante me (inquit) fuerunt in Chriſto, Rom.16. Salutat Paulus Aquilam et Priſcillam ut ſuos adjutores in Chriſto Jeſu, qui Eccleſiam domeſticam Romæ habuerunt ante adventum ejus. Poſtea venit illuc Paulus Captivus, et biennio in ſuo Conducto fuit Act.18.

Libri Recognitionum Clementis, Barnabam primum Romæ Eccleſiam plantaſſe referunt. Joannes docuit, Romam ſedem eſſe futuram Meretricis Babylonicæ ſeu Antichriſti. Apoc.17.

P.21. Num.XXVI.] Traditur et Claudia Rufina Britannica Mulier, pia ac docta, cum ſuo Marito Aulo Rufo, cognomento Pudente, anno Chriſti 60, fidem à Doctore Paulo, Romæ recepiſſe, de quibus idem Paulus mentionem facit 2. Tim. 4. & Martialis in Epigrammatibus.

P.27. Num.XXXII.] Araclius Miles, ad Chriſti fidem ab Albano converſus, dentibus excuſſis, atque oſſibus fractis,

ctis, decollatione Capitis tandem Martyrio coronatur. Ex vita D. Albani.

P.28. Lin. 1, 2, &c.] Mille Martyres cum Amphibalo, pro Chriſto moriuntur. Anno Domini 1177. fit Tranſlatio Corporis Sancti Amphibali. In alio Exemplari, 793.

P.39.] S. Hilarii Filia Abra dicta, ex ejus Vitâ. Vel Abrin. Ponetus Fo.134.

Ibid. Auſonii Epigramma in Sylvium.

Sylvius ille bonus, qui Carmina noſtra laceſſit,
Noſtra magis meruit Diſticha Britto bonus.
Sylvius hic bonus eſt, Quis Sylvius? iſte Britannus
Aut Britto hic non eſt Sylvius, aut malus eſt.
Sylvius eſſe bonus Civis, ferturque Britannus,
Quis credat Civem degeneraſſe bonum?
Nemo bonus Britto eſt, ſi Simplex Sylvius eſſe
Incipiat ſimplex, deſinat eſſe bonus.

P.54. David Meneven.] Obiiſſe fertur David an. Domini 604. Polychron. Lib.5. Ca. 10.

P.59. Merlinus &c.] Prophetia Merlini incipit, *Arbor ſterilis à primo Trunco deciſa, ad ſpacium* &c. Prophetia de Regno Angliæ incipit. *Mortuo Leone Juſtitiæ, ſurget Albus Rex.*

P.64. Dinothus] Anno Domini 610, ſepties trecenti Britannorum Monachi ſunt occiſi, qui de labore manuum victitabant. Polychron. Lib.5. Cap.10.

Anno Domini 614. Weſtmonaſterium in Spinarum Inſula fundabatur. Cap. 12. ejuſdem.

Pag. 65.] Pro Huldricus Auguſtanus, lege, Voluſianus Carthaginenſis.

P. 67. Elbodus] Cum Romanum Imperium dilaceratum eſſet à Gothis, Wandalis, et Hunnis, infuſæ Barbaræ Gentes in Provincias Chriſtianas, mutaverunt linguas, ac multas Eccleſias et Scholas deleverunt. Inde ſequutæ ſunt in doctrinâ tenebræ, et nova doctrinæ forma nata eſt &c. Melanthon.

P.70. Honorius] Berinum & Fælicem ad Anglo-Saxones Apoſtolos miſit.

Ibid.

Ibid.] Joannes Quartus Venantii Scholaſtici Sacerdotis filius erat, ut habet Ivo Carnotenſis in Panormia Lib. 3. Cap. 26.

P. 87. Accas Hagulſtald.] Scripſit -- ad Bedam Epiſt. 1. *Sape quidem tuæ Sanctæ Fraternitati.*

P. 89. Joannes Beverlac.] Ex veteri Chronico. Anno Domini 688. conſecratus eſt Sanctus Joannes Eccleſiæ Haguſtaldenſis Epiſcopus. Et anno 21. ſequente defuncto Wilfrido, ad Eccleſiam Eboracenſem eſt tranſlatus, et anno Domini 721. deceſſit, annoque Domini 1037. eſt canonizatus, et Corpus ejus Beverlacum tranſlatum.

P. 90. Inas] Inas, Anglorum Rex, fecit 80. Capita Legum Lib. 1. *In primis præcipimus, ut Miniſtri Domini rectam Diſciplinam.*

P. 122. Gildas Quartus] Geſta Britonum à Gilda quodam edita, Incipiunt, *Britannia Inſula, à quodam Bruto Conſule Romano vocatur. Hac autem ſurgit ab Affrico Brumali ad occidentem vergens* 800. *in longitudine et* 200. *in latitudine porrigens ſpacium.*

P. 124. Joannes Erigena.] Script. reliquit -- In Dionyſium de Cœleſti Hierarchiâ Lib. 1. *Cunctis fidelibus neceſſe eſt, ut credendo.* vel ſic, *Valde quidem admiranda, digniſque virtutum laudibus.* De Eccleſiaſticâ Hierarchiâ Lib. 1. *Quia quidem ſecundum nos Hierarchia.* De Divinis Nominibus Lib. 1. *Nunc autem, O Beate, poſt Theologicos Characteres* &c. In Theologiam Myſticam Lib. 1. *Trinitas ſupereſſentialis et ſuper* ---

P. 126. Alphredus Magnus.] Leges Alphredi, Regis Viſi Saxonum, 51. numero Lib. 1. *Poſtquam natus pro Salute noſtrâ Dei Filius.* Leges Alphredi Anglorum, et Codrini Dacorum Regum Lib. 1. *Hoc eſt Conſilium, quod Alphredus Rex et Codrinus* &c. Aliæ Leges eorundem. *Si quis rectum ſibi fieri poſtulet, coram aliquibus* &c.

Ibid.] Alphredi Regis Epitaphium.

Nobilitas innata tibi, probitatis honorem,
Armipotens Alphrede, dedit, probitaſque laborem,
Perpetuumque labor nomen, cui mixta dolore.
Si modo victus erat, ad craſtina bella parabat,

Si

Si modo victor erat, ad craſtina bella pavebat.
Jam, poſt tranſactos Regni vitæque labores,
Chriſtus ei ſit vera quies, ſceptrumque perhenne.

P.127. Ethelſtanus.] Howelum, Britannorum Regem, in Cambriâ ſibi ſubjugavit, ac Conſtantinum, Scotorum Regem. Leges 45. numero edidit Lib. 1. *Ego Ethelſtanus Rex, conſilio Wolfheluni Archiepiſcopi mei* &c. Legem de Epiſcopis quoque. *Epiſcopo jure pertinet, omnem rectitudinem promovere Dei* &c. Leges 22. *Hoc eſt Judicium, qualiter Hundredum &c.* Leges adhuc 19. *Hoc conſultum eſt, quod Epiſcopi et Præpoſiti.*

Ibid. P.127. Howelus, Britannorum Rex, Cognomento Bonus, qui Leges Walliæ fecit et ordinavit, anno Domini 920. obiit.

P.137. Edgarus] Inſtituta quædam, vel tredecim Leges.

P.139. Num. XXXVI. Beornelinus, Scotorum Pontifex, pro Sacerdotum Conjugio diſputans, Dunſtanum Archiepiſcopum ſuperabat. Ex legendâ Dunſtani.

P.141. Ite Miſſa eſt.] Inde additur Miſſæ, Ite Miſſa eſt. Osbernus.

P.152. Canutus.] Congeſſit Conſuetudines Angliæ Lib.3. *Leges quas dicunt Edwardi Regis, ex Canuti.* Canuti Inſtituta centum et XI. Lib.I. *Inprimis eſt, ut Deum et Dominum noſtrum tota.* Leges Dacorum Lib. 1. *Hæc eſt Inſtitutio, quam Canutus Rex conſilio Principum ſuorum* &c. Ad Benignum Abbatem de Taviſtoke (potius ad ſuos Archiepiſcopos) Epiſt.1. *Canutus Rex totius Angliæ, Daniæ, et Norwegiæ* &c.

P.154. Marbodus claruit anno Domini 1067. Britannus &c.

P.164. Edwardus.] De perfectione vitæ, vel Speculum Sacerdotis Lib.1. *Sanctus Edwardus Rex et Confeſſor in Extremitate vitæ.* Leges Sancti Edwardi Lib.1. *Poſt quartum annum adquiſitionis Regis Wilhelmi iſtius terræ* ----

P.166. Sulcardus ſcripſit] de Chartis et rebus Monaſterienſibus, et primo de conſtructione Weſtmonaſterii, ad Vitalem Abbatem Lib.1. *Sola Liberalitas boni Cordis.* De privilegiis ejuſdem Eccleſiæ Lib.1. *Nicolaus et Leo ſuſcipiunt Eccleſiam Beati Petri.*

P.

P.168. Godfridus Wintonienſis] Lege, Godfridus Cameracenſis.

P.170. Joannes Pyke] Latine compoſuit de Regibus Anglo Saxonum Lib.1. Titulus, Suppletio Regum Angliæ, quantum ad Reges Saxonum, Danorum, et Normannorum extracta per Joannem Pyke. Incipit, *Geſta ante initium Regum et Pontificum Provinciæ Angliæ, præmitti debent Diſpoſitio et Mirabilia ejus* &c.

Pag.176. *Diſpoſuit*] Lege, *decrevit.*

P.181. Florentius Wigornienſis.] Hujus literato labore, adauctam dicit ſuam Hiſtoriam Marianus Scotus. Polychron. Lib.7. Cap.15.

P.195. Galfridus Monemutenſis compoſuit] De proceſſu Regis Arthuri Lib.1. In quo narrat, quod in Suthwalliâ, urbe vero Legionum, fuerunt Aſtrologi et Philoſophi, in omni arte eruditi.

P.197. Nicolaus Brekſpeare.] Hunc tradit fama vulgata filium fuiſſe Abbatis S.Albani in Angliâ, et dum Monachatum ibidem poſtularet, repulſum fuiſſe. Qui tandem literis et moribus inſiſtens &c. Joannes Bromton.

Ibid. Norwegios] *Wormaciences* aliud Exemplar habet.

P.199. Guil. Rhievallenſis.] Iſtum Bromtonus allegat.

P.202. *Prohibens*] Lege, *Interdicens.*

P.204. *Concordare.*] Lege, *Conciliare.*

P.204. *Intronizatus,*] Lege, *Inauguratus.*

P.212. Joannes Sarisburienſis.] Alii dicunt, obiiſſe illum anno Domini 1181.

P.217. Senatus Wigorn.] Magiſter Senatus Theologus et Prior Wigornienſis Officio ceſſit, cui ſucceſſit Petrus ejuſdem Eccleſiæ Monachus. Chronicon Wigorn.

P.220. Herebertus de Boſham] Scripſit ad Guilhelmum Dennonenſem Archiepiſcopum, Commentarium in Pſalterium Lib.2. *Dum ego cum dimicante Domini prœlia.* Super omnes Epiſtolas Pauli Lib. 14. *Quod jampridem ſuper Epiſtolas Opus.*

P.224. Barthol. Iſcanus] Obiit anno Domini 1184. Exceſtriæ ſepultus.

P.229. Baldwinus Devonius-ſcripſit.] De Sectis Hæreticorum Lib.1. *Myſterium fidei à ſapientibus et prud.* De Orthodoxæ fidei Dogmatibus Lib.1. *Doctrina Sanctorum Conciliorum & Orthodoxorum Patrum.*

P.232. Ricardus Præmonſtrat.] Chronicon fecit ab anno Domini 1064. uſque ad annum 1284.

P.234. Anno Domini 1196. Guilhelmus quidam à longâ Barbâ cognominatus, Londini violenter ab Eccleſiâ de Bowe extractus, ob Hæreſin, ut illi dicebant, interficiebatur. Arnoldi Chronicon.

P.236. Aſſiſii in Eccleſiâ S. Damiani, Imago Crucis erat, quæ Franciſco dixiſſe fertur, Vade, repara Domum meam, quæ, ut cernis, tota labitur. Onus Eccleſiæ Cap.16.

Pag. 239. Galfridus Vineſauf edidit] de Arte dictandi Lib.1. *Si quis habet fundare Domum.*

P. 242. Colmannus] Dicitur hic Colmannus Wigornienſis, ac ſcripſiſſe Divi Wulſtani Vitam Lib.1.

P. 245. Nigellus Wireker-] Edidit ſuper vitiis Curatorum, vel de abuſibus Eccleſiaſticorum, Lib.1. Gloſſas in Joannem ſcripſit Lib.1. *Principium nomen non eſt Subſtantia Divina.*

P. 248. Rogerus Hoveden.] Continuationes ejuſdem Rogeri Lib.1. *Comes Flandriæ cum pluribus aliis, iter Hieroſolymitanum aggreditur.*

Pag. 249. Alexander Theologus.] Comentarius dictus vel Pargetter --- v. Radulphum Nigrum in Vitâ Joannis Anglorum Regis. Cap. 16. Obiiſſe fertur anno Domini 1220. Hoveden.

P. 250. Sylveſter Giraldus] compoſuit Topographiam Cambriæ Lib.2. *Ille ego qui quondam Hybernicam.* Relationem dormientium Lib.1. *Septem Dormientes in Civitate.* Rhetoricas Orationes Lib.1. *Hierarchiarum Spectabilis Conglobatio.*

P.253. Gualterus Mapes.] Anno Domini 1194. Gualterus Mapes, de quo multa jucunda referuntur, ex Præcentore Lincolnienſi, Archidiaconus Exonienſis efficitur. Jo. Bromton.

P.264. Joannes Graye] Obiit anno Domini 1214. in tranſ-

tranſmarinis partibus, Româ rediens. Hoveden. Ubi Regis ac ſua procuraverat negotia.

P. 265. Joannes Plantagenet] Obiit Joannes anno Domini 1216. cum regnaſſet annis 18. Menſibus 5, diebus 4. Radulphus Niger Cap. 47.

Toxicum illi paravit ac dedit Simon de Swinſeto, Monachus Ciſtercienſis Ordinis, ſed malignus proditor, ut in Scrito [Scripto] Chronico reperi.

P. 268. Robertus Curſon] Presbyter Cardinalis in Cœlio Monte, ad S. Stephanum.

P. 269. Angelus Hieroſolymitanus] Albericus, trium Fontium Monachus, in ſuis Chronicis, de Angelo ſic ſcribit. Anno Domini 1218. quidam adveniens Prædicator de partibus tranſmarinis, Romam à Patriarcha miſſus, maximam populorum multitudinem Cruce ſignavit. vide Boſtium Cap. 9. De Patronatu Mariæ.

Anno Domini 1221. Heremitæ, Carmelum inhabitantes, ob Paganorum Inſultus compulſi ſunt ab eo loco diſcedere, et per varias Mundi partes diſpergi. Ex Aluimicenſi Chronico.

Anno Domini 1221. Carmelitæ radices mittunt in Angliâ. Annales Guilhelmi Horman.

Anno Domini 1220. Carmelitæ in Angliâ morari cœperunt. Arnoldus Londinenſis in Repoſitorio.

An. Domini 1220. Carmelitæ in Angliam venerunt. Calendarium Auguſtinianorum.

An. Domini 1223. Carmelitæ pro ſubſidio Angliam viſitant. Robertus Bale Brunhamenſis.

P. 272. Alex. Neckam] Conſtat, Alexandrum Neckamum Abbatem fuiſſe Corimenſem, circiter annum Domini 1225. et à quodam Philippo ſic Scommate tactum fuiſſe.

Es niger et nequam, dictus cognomine Neckham,
Nigrior eſſe potes, nequior eſſe nequis.

Antea vero eundem tetigerat Philippum hac velitatione.

Phi, nota fœtoris, lippus, malus omnibus horis,
Phi, fœtor, lippus, ſemper malus ergo Philippus.

Obiit Magiſter Alexander Nequam, Abbas Cirenceſtrenſis,

ſis, obiit apud Kemeſeye, et ſepelitur Wigorniæ anno Domini 1217. Ex Chronico Wigornienſi.

P. 279. Ranulphus Glanvyle] Ranulphus de Glainvilla Vir Illuſtris, Juris Regni Angliæ, et antiquarum ejus Conſuetudinum peritiſſimus ſui temporis. Sub Rege Henrico Secundo, Juſtitiæ gubernacula tenens, ſcripſit Tractatum de Legibus et Conſuetudinibus ejuſdem Regni Angliæ in 14. Libris.

Prologus incipit; *Regiam Poteſtatem non ſolum Armis contra Rebelles* &c. Et illas ſolum Leges continent et Conſuetudines, ſecundum quas placitatur in Curiâ Regis ad Scaccarium, & coram Juſticiis ubicunque fuerint. Claruit anno Domini 1180. [Claruit anno 1180.]

P.280. Cyrillus &c.] Philippus de Mantuâ Auguſtinianus, in Scripto ſuper Apocalypſim, ſic habet. Expoſitio Magni Prophetæ Joachim, in Librum Beati Cyrilli Carmelitæ, de Magnis Tribulationibus, et Statu Sanctæ Matris Eccleſiæ, ab his noſtris temporibus, uſque ad finem Seculi.

P.282. Robertus Richius ſcripſit] Exegeſim in Canonem D. Auguſtini Lib. 1.

P.286. Laurentius Somercote -- compoſuit] Super Articulis fidei Lib.1. *Jeſu Glorioſe, Suavitatum omnium dulcedo* &c.

P.318. Joannes Gualenſis] Obiit Pariſiis apud Minores anno Domini 1285.

P. 326. Thomas Spotte -- edidit] Chronicon ejuſdem Thomæ Lib.1. *Lux vera, quæ illuminat omnem hominem.*

P.328. Joannes Beckton.] Breton quædam habent Chronica.

Anno Domini 1275. Obiit Joannes Le Breton, Epiſcopus Herefordenſis, cui ſucceſſit Magiſter Thomas de Cantilupo. Chron. Wigornienſe.

P.330. Thomas Copeius &c.] doctiſſimus Vir.

P. 345. Thomas Borſtale -- compoſuit] Dictionarium Theologiæ Lib.1. *Abjicere debemus divitias temporales, quia--*

P.350. Joannes Peckam] Sequentiam edidit, De Trinitate, quæ incipit, *Deum trinum adoremus: Tres in uno collaudemus* &c.

P,

P. 351. Joannes Acton -- edidit] Apparatum Septupli: Lib. 1. *Tetra peccatorum rubigine, quo ad eorum materiam* &c.

Pag. 382. Joan. Baconthorp -- Staturâ puſillâ.] Nigellus Cap. 12. de *B.* Puſillæ Staturæ eſt? Sed nec Hieremias magnus erat, nec ipſe Joannes Præcurſor, quo major inter natos Mulierum nemo ſurrexit.

P. 389. Theobaldus.] putatur Stampenſis [collegit] contra errantem in Theologicis Lib. 1. *Quiſquis prædicat, et prædicando temere diſſi.*

P. 391. Joan. Winchelſea--] Edidit Sermones feſtivales Lib. 1. *Omnis qui audit et credit.*

P. 391. Nicolaus Lyranus] Cantuariæ natus Twini teſtimonio.

P. 400. Nic. Triveth --] Poſteritati commendavit Hiſt. ab Orbe Condito. Geſta temporum Lib. 1.

P. 409. Henr. Coſteſay -- compoſuit] De virtute Pſalmorum Lib. 1. *Nullus mortalium poteſt verbis aut mente.*

P. 419. Adamus Carthuſianus --] Congeſſit Vitam Hugonis Lincoln. Lib. 1. *Sanctus Hugo Genetricis ſolatio.*

P. 427. Gualterus Hemmyngforde --] Perſcripſit Hiſtoriam Anglorum. *Ne faſtidioſus occurram, qui ſuccincte.* Chronica Gualteri Gisburne de Geſtis Regum Angliæ Lib. 3. *Ne faſtidioſus occurram, qui ſuccincte laborare diſpono.*

P. 429. Joan. Avonius -- ſcripſit] Annulum Aſtronomicum.

P. 444. Ricardus Fizrauf -- ſcripſit] Defenſorium Curatorum Lib. 1. *In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.* Conciones Quadrageſimales Lib. 1. *Tu autem cum jejunas, unge Caput.*

P. 446. Joan. Paſchal -- in Scripta retulit] Homelias 67. de tempore Lib. 1. *Qui habet Mandata mea, et ſervat ea.* Homelias 80. de Sanctis Lib. 1. *Erat Andreas frater Simonis Petri.* De Chriſti Paſſione Lib. 1. *Expedit vobis, ut unus moriatur.*

P. 482. Utredus Bolton -- compoſuit] Meditationes devotas Lib. 1. *Domine recogitabo omnes annos meos in amaritudine.*

P.

P.488. Adamus Muremuth -- Congeſſit] Dierum ſuorum Opus Lib. 1.

P.493. Rogerum Frisby &c.] Qui Rogerus anno eodem, ſtupendo Dei judicio, in Patibulo, cum magnâ Infamiâ, miſeram vitam finivit.

P.500. Guilhelmus Berton.] Guilhelmus Berton, Cancellarius Oxonienſis, recitavit Articulos Joannis Wiclif, et publice eos condemnavit, edito ſuper eiſdem Libello. Lelandus in Collectaneis.

P.517. Adamus Eſton] Obiit anno Domini 1378. Additiones Polyc. Obiit anno Domini 1397. Romæ ſepultus. Panvinius Pag.264.

Pag.524. Alexander Quintus] Ex Baptiſtæ Panætii Ferrarienſis 56. Sermone. Cum Alexander Quintus Papa graviter ægrotari cœpiſſet, ex Marſilii Parmenſis Medici, magno pretio à Balthazar Coſſa, vel Joanne 23. Papa poſtmodum conducti, venenato Pharmaco, mortem contraxit violentam.

P.525. Galfridus Chaucer] Hic Tullius minor dicebatur, tam erat artis dicendi peritus, Thomam Ocklevum Scribam olim habuit.

Epitaphium Chauceri MS.

Qui fuit Anglorum Vates ter maximus olim,
Galfridus Chaucer, conditur hoc tumulo.
Annum ſi quæras Domini, ſi tempora mortis,
Ecce notæ ſubſunt, quæ tibi cuncta notant.
26. Octobris anno Domini 1400.

Nicolaus Brigam Weſtmonaſterii hos fecit Muſarum nomine ſumptus.

Super ejus Sepulchro.

Si rogites, quis eram, forſan te fama docebit.
Quod ſi fama negat, Mundi quia gloria tranſit,
Hæc Monumenta lege.

P.535. Suſpendio necantur &c.] Et inter illos Rogerus Frisby Minorita, de quo prius Pag.493.

P. 537. Thomas Occleve] Joannis Goweri et Galfridi Chau-

Chauceri Diſcipulus erat, ut in ſuo Libro de Regimine Principum refert. Tranſtulit Ariſtotelem et Ægidium de Regimine Princ. Tranſtulit Jacobum de Caſulis, de Ludo Scaccorum Lib. 1.

Tractatus hos fecit, De Regimine Principum Lib. 1. *Mente colligens inſtabilia facta.* De fide ſervandâ Principibus Lib. 1. *Princeps benigne, cum te ornabit Dignitas Regia.* De Theſeo Athenienſi Lib. 1. *Dum eſſet, ut veteres Hiſtoriæ tradunt, Dux quidam Theſeus.* De ſuis Prodigalitatibus Lib. 1. *O precioſum & incomparabilem Theſaurum.*

P. 571. Claruit Joannes Barath] Ex libro de temporis ſui malis, Clerus (inquit) datus eſt in Eſcam omni Nationi, quæ ſub Cœlo eſt, factuſque eſt in deriſum omni populo, et in ſubſannationem atque opprobrium cunctis Gentibus.

P. 574. Ex Epiſtolâ quadam de Magiſtris Lovanienſibus. Excommunicati ſunt, qui loquebantur de quindecim Virginibus quas pauci Carmelitæ conſtuprarunt, Gandavi circa an. Domini 1526.

Poſt, Qui te veſtivit fratrem Maledictus abivit, Sequitur,

Non tibi Carmeli tegimen fuit, imo Cameli,
Nec ſtat plebs læta, dum ſit pro fratre Propheta,
Chriſti Præconem, fratrem dans, det rationem,
Et fratrem Chriſtum ſimul induat, hunc velut iſtum.
Nunquam Meſſias Frater fuerat nec Helias.

P. 575. Poſt, Atque ea quæ neſcis, ſic aſtruis ut ea quæ ſcis, Sequitur,

Nam mihi Carmeli tegimen fuit imo Cameli,
Sum Carmelita merito, ſed tu Giezita.
Huic Deus eſt teſtis, decet hæc me candida Veſtis
Plus quam te Culla, decet hæc tam ſacra Cuculla,
Qua te veſtiſti, zonam Giezi, ſed abiſti
Nec Frater Chriſti, nec Meſſiæ, nec Heliæ,
Sed Frater fictus Benedicti, non benedictus
Dum vitiis victus maledicere vis maledictus,

Tranſis

Tranſis hinc ore maledictus, ſceleſtus amore,
Giezi livore, mores quos arguo mœſtus.

P. 586. Joan. Lydgate -- congeſſit] Vitam D. Albani Martyris Lib. 3. ad Joannem Frumentarium. *Clionem advocare, ut Craſſitudinem.*

P. 595. Joannes Bury -- ſcripſit] Contra Concluſiones ejuſdem [viz. R. Pecock] Lib. 1. *Cum nuper ille Reginaldus Pecock Ciceſtrenſis.*

P. 601. Carmelitam Martyrem canonizavit] circa annum Domini 1464. Alii tribuunt (et verius) Calixto tertio anno Domini 1456.

P. 636. Angelo Politiano] Angelus Politianus, de Pontificis poteſtate plura ſcripſit, interim tamen ejus Liturgiam aſpernabatur, et cum Domitio Calderino ſuo, nec Miſſam quidem, totius Papatus Baſim ac Fundamentum, audire volebat. Ricardus Argentinus.

P. 637. Samſon Franciſcanus] Franciſcus Sanſon, Ordinis fratrum Minorum Generalis.

P. 638. Hadrianus Sextus &c.] Eodem ipſo die, quo Rhodii ſe Turcæ, Papæ negligentiâ, dedere concluſerunt, Hadriano Papæ Romæ hoc contigit Prodigium. Cum is Palatii Sacellum, ad ſolennes Natalis diei Chriſti Ceremonias peragendas, ingrederetur, Januæ illius Sacelli ſuperluminare, quod Marmoreum erat, poſt ejus ingreſſum illico decidit, et nonnullos Cuſtodiæ ſuæ Milites, cum maximo illius timore, occidit &c. Ricardus Argentinus.

P. 638. Româ vi captâ, &c.] Cyrillus, Romanæ Urbis calamitatem prophetico Spiritu præſagiens: Aquila (inquit) grandis, armatâ manu Romam intrabit, omnes Prælatos (heu!) Religioſos et Cives capiet, ac multos interimet variis ſuppliciis; unde abradi facient Coronas ſuas; alii dabunt fugam ad Montes et ad Sylvas &c. Quod in Urbis direptione, ſub Carolo Quinto, demeritis et peccatis hominum eam pœnam commerentibus, factum fuiſſe putant quidam. Idem Argentinus.

P. 641. Joan. Claymundus] edidit, de Elegantiis linguæ Latinæ verſu. Lib. 1.

P. 643. Ptolemæus quidam Lucenſis &c.] Petrus quidam

dam Lucenſis Canonicorum Regularium Ordinis Monachus &c. Ita Romæ, ſicut olim Mantuæ damnata fuit opinio. Ipſe tamen Petrus benigne abſolutus ac dimiſſus erat. Mantuanus in Libro, de loco Conceptionis Chriſti.

P.650. Thomas Linacer] patriâ Cantuarienſis.

P.653. Ricardus Pacæus--exaravit] De pace inter Reges Lib.1. *Quum non vulgaris, Sacratiſſime atque Invictiſſime Rex, priſcorum &c.*

P.655. Thomas Morus -- Contexuit] De afflictorum Conſolatione Lib.1.

P.656. Guilhelmus Horman -- Scripſit] Annales Chronicorum Lib.1. *Auguſtinus venit in Angliam.*

P.666. Petrus &c.] Petrus cognomento Sapiens, natione Gallus, patriâ Rhemenſis, triginta circiter annorum Juvenis, Carmelitanæ Profeſſionis, et Pariſienſis Academiæ Theologus, ob doctas atque pias Conciones Toloſæ à Dominicanis exuſtus fuit circa hæc tempora [An.1545.]

P.672. Joannes Lelandus] Joan. Parkhurſtus ad Joan. Lelandum Antiquarium.

Noſtra habet inſignes, Lelande, Britannia Vates,
Te magis inſignem, non habet illa tamen.
Id bene teſtantur præclara Poëmata nuper
Edita, quæ potuit compoſuiſſe Maro.
Perge ut cœpiſti, cœptum nec deſere curſum,
Et Patriam Scriptis condecorato tuis.

P.673. Edwardus Sextus] Ad Edwardum, Angliæ Regem, Joannes Juelus [P.675.]

O Fortunatos nimium, te Rege, Britannos,
Dive puer, poſſent ſi ſua ſcire bona.
Hoc ex morte tuâ, Miſeri, ſeroque videmus,
Ex vitâ quoniam vidimus ante parum.
Externos nondum norat tua Regia faſces,
Sed ſtetit et Patriæ et Religionis honos.
At poſtquam Mors atra tuos concluſit ocellos,
Mors nimis heu! nobis triſtis, amœna tibi;
Relligio eſt odio, Patria eſt oppreſſa Tyrannis,
Atque alius colitur Rex, aliuſque Deus.

Longior, O Edwarde, utinam tibi vita fuiſſet,
Aut Hæres alius, par ſimiliſque tibi.

P.686. Stephanus Gardinerus] Nota Exemplum Maximini Tyranni, qui divinâ Ultione, inflatis ſubito Viſceribus, ſuppuratiſque Inteſtinis ita diſtenditur, ut inter ſe et putridum Cadaver nil intereſſet, ſcatentibus undique Vermibus, & tabo ſerpente, tanto pedore, ut ſuſtineri fœtor non poſſet. Hoc volebant ejus Merita. Ex Platina in Melchiade.

P. 701. Nicolaus Grimoaldus -- ſcripſit] Contra Decimatores Lib.1. *Inſignia verba quorundam Veterum Magiſtrorum* &c.

P.709. Ricardus Whitforde--] Tranſtulit in Anglicum Sermonem Opuſcula plura, præſertim Præparatorium ad Communionem Lib.1. *Ubi in Opuſculo quod nuper edidi.* De formanda Confeſſione Lib.1. Alphabetum Religioſorum Lib.1. *Amor in Latino Sermone pro dilectione ponitur.* Auream Epiſtolam ex Bernardo Lib.1. *Salubrem Lectionem, et Chriſtianis omnibus* - Pro regimine Familiæ Lib.1. *Attendite primum devoti Chriſtiani.* Experientiam Mortis Lib.1. *Venerabilis Mater, devotæque Sorores.*

P. 710. Joannes Lyttleton -- congeſſit] Super Patriæ ſuæ Legibus Lib.1. De formis actionum Lib.1. De Naturâ Brevium Lib.1. Claruiſſe fertur ſubRege Edwardo Quarto.

P. 712. Joannes Lambert -- Edidit in Anglico Sermone] De veritate Euchariſtiæ Lib.1. *Dum afflictus in Carcere, pauper* -- Argumenta pro eadem Lib.1. *Indigne Chriſtus edi non poteſt.*

P.714. Cuthbertus Tonſtallus -- ſcripſit] de laude Matrimonii, in Sponſalibus Mariæ Henrici VIII. Filiæ, et Franciſci Francorum Regis Primogeniti. De Veritate Corporis Chriſti. *Quis dabit Capiti meo aquam?* Hymnum in laudem Jeſu. *Jeſu præconia tibi nunc ſedula* &c. Obiit anno Domini 1559. die 18. Novembris.

P.714. Ricardus Samſon -- Latine protulit] Contra quaſdam Poſitiones Wiclevi. Lib.1.

P.

P.714. Lanc. Ridley -- compoſuit in patrio Sermone] In Paulum ad Theſſal. Lib. 2. Vel in ſecundam ad Theſſ. Lib.1. Annotationes in Joſue Lib. 1. De Conjugio Miniſtrorum Lib.1.

P.715. Ricardus Crocus -- Compoſuit] In Auſonium Annotationes Lib.1. *Cum veniſſet nuper in manus* &c.

P.715. Guil. Barlowe -- ſcripſit] Alphabetarium Clericorum Lib.1.

P.717. Nicolaus Udallus] Obiit anno Domini 1557. Weſtmonaſterii ſepultus.

Pag.718. Joannes Rheſus -- Scripſit] Fidem Hiſtoriæ Britannicæ, quod Britannia rerum in eâ geſtarum Monumentis, nullo unquam tempore, à primo ejus Incolatu, caruiſſe videatur. Contra Calumniantem Polydorum Lib. 1. *Ut hæc Inſula Britannia, Albion quoque.*

P.719. Thomas Gybſonus] Obiit Londini anno Domini 1562.

P.720. Eadmundus Allen] Obiit Epiſcopus Roffenſis anno Domini 1559. in Octobri.

P.720. Joan. Heronus] Obiit in Januario an. Domini 1560, in Eccleſia Roffenſi ſepultus.

P.722. Rogerus Aſcamus -- Conſcripſit] De Nobilitate Britannicâ Lib.1. Hiſtoriam ſui temporis Lib.1.

P.723. Georgius Lilius -- ſcripſit] De Vitâ, moribus, ac fine Thomæ Cranmeri Lib. 1. *Deum Immortalem oro atque obteſtor, ſi primum mihi hoc Munus.* Obiit Lilius Cantuariæ ſepultus anno Domini 1559.

P. 724. alias 754. Joannes Byrdus -- accepi ſcripſiſſe] Contra Tranſubſtantiationem Lib.1. Contra Miſſam Papiſticam ex Doctoribus Lib.1. Obiit extra ſuam Dioceſim in Eſſexiâ Dunmowe ſepultus, fere Octogenarius anno Domini 1556.

P.725. alias 755. Guil. Hugh -- compoſuit] Conſolationem dulcem morientis Lib.1.

P.763. alias 733. Joannes Foxus -- Scripſit -- Perſecutiones Eccleſiæ à Luthero Lib. 3. *Quum Gentium ac locorum varias* --

P.736. Eadmundus Bonerus.] Commentarios ſcripſit in

Symbolum fidei Lib. 1. Super Eccleſiæ Sacramentis Lib. 1. Super Præceptis Decalogi Lib. 1. In Orationem Dominicam Lib. 1. In Salutationem Mariæ Lib. 1. Homelias tredecim Lib. 1. et alia.

Collectas etiam Miſſales fecit pro Papa, pro Cardinale Polo, pro Philippo et Maria, ac tandem pro Seipſo.

P. 736. Joannes Whitus] Obiit anno Domini 1560, Menſe Januarii.

P. 739. Reginaldus Polus] Joannes Parkhurſtus, ad Candidum :

Falleris omnino, de Polo qui bene ſperas,
Anne aliquando Lupus deſinet eſſe Lupus?

[Tranſcript. è Codice impreſſo, notato in Margine manu Joannis Bale, olim penes Rev. in Chriſto Patrem Epiſcopum Petri-burg. nunc autem venali, ſed magno pretio.]

Annotatio.

Joannes Baleus, cujus Notas hîc dedimus, Cantabrigienſis erat, notuſque Cranmero Collegæ ſuo. Notas haſce *Minutias* recte appellat Bakerus, monetque etiam auctorem fuiſſe Præbendarium Cantuarienſem. id quod me neutiquam fugerat. Sunt tamen alia in litteris Bakerianis (Cantabrigiæ datis Aug. 27. 1729.) quæ me latuerant. Illa nempe quæ è Regiſtris extraxit Cantabrigienſibus. Sed, ne quid fingam, illa omnia quæ hac occaſione obſervavit Bakerus, ſubjungam ; ita tamen ut præmoneam, me non tantum legiſſe *Vocationem Baleanam*, ſed & cenſere Baleo dignum eſſe opuſculum.

I ſend you John Bale's MSS. Notes. I am confident, you have all, even to Minutiæ, *tho' I doubt you will think 'em all* Minutiæ.

And yet being in Bale's own hand, and (as appears) under his laſt hand, for he quotes the year 1562, *and dy'd the next year* 1563 *in November, that will put ſome value upon 'em. You know, he was Preb. of Canterbury, where he dy'd, and was buried in the Cathedral there.*

Joan-

Joannes Baleus erat è Collegio Jeſu Cant. an. 1514, &c. ubi notus erat Thomæ Cranmer (Collegæ) cui erat ætate pene par, ſed moribus diſſimilis. Tho. Cranmer Art. Mr. an. 1514. Regr. Acad. Cant.

An. 1529, conceditur Fratri Ball Ordinis Carmelitarum ——— ad opponendum in Theologia. Regr. Acad.

Frater Baille Carmelita Sacræ Theologiæ Bac. an. 1529. è veteri Libro Procuratoris.

Mr. Cranmer S. Th. Bac. an. 1521. Regr. Acad.

Johan Bale conſecrated Biſhop [*of Oſſorie*] *upon the Purification daye of our Ladye* [an. Domini 1552.] *by George Arch-Bp. of Dublyne, Tho. Bp. of Kyldare, and Urbane Bp. of Duno aſſiſtinge him —— according to his own account, in a Book, entituled,* The Vocacyon of Johan Bale to the Biſhoprick of Oſſorie Fol. 18. b.

If you have ſeen the ſaid Vocacyon, *and the Treatment he met with in Ireland, you will not wonder, that he car'd not to return to his Bprick.*

This Book is ſo ſcarce, that the Arch Bp. of Cant. had not ſeen it, when he was aſſiſting Father Courayer in the late Controverſy concerning our Orders, and at his Requeſt, I ſent it up to Lambeth.

It is in 8vo. *After the* Errata *is this Date:*

¶ *Imprinted in Rome | before the caſtell of S. Angell | at the ſigne of S. Peter | in Decembre |* Anno D. 1553. [1 Q. Marie.]

Num. IV. Vide Præf. §. V.

Nota de Joanne Tricloo, è Joanne Pitſeo, p. 883.

JOANNES Tricloüs Hiſtoriographus Anglus, ſcripſit *quædam Chronica de rebus Anglicis.* Sed nec operum titulos, nec tempus quo vixit, novi . . . . . .

Num.

Num. V. Vide Præf. §. V.

Nota de Henrico Blaufordo, è Pitſeo, p. 861.

HENRICUS Blaufordus hiſtoricus Anglus ordinis S. Benedicti Monachus ad S. Albanum. Edidit quædam chronica de rebus potiſſimum Anglicis. Sed tempus quo vixit ignoro. Opus illud chronicorum ad S. Albanum ſuo tempore extitiſſe teſtatur Thomas Walſinghamus ad annum Domini 1323.

Num. VI. Vide Præf. §. VI.

ORDINATIONES COLLEGII *ORIELENSIS.*

In quibus et

STATUTA UNIVERSITATIS *OXONIENSIS,*

Ab EDVARDO VI. lata ac ſancita.

E Codice MS. veteri penes Editorem.

*Fol. †1.a. * *Ordinationes collegii ſcholarium domus beatæ Mariæ Oxoniæ per dioceſanum confirmatæ.*

IN Dei nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, Amen. Cunctis, præſentes literas inſpecturis aut audituris, appareat evidenter per eas, quod heæ, quæ infra ſcribuntur, ſunt ordinationes, in collegio ſcholarium domus ſeu aulæ beatæ Mariæ Oxoniæ, Lincolnienſis dioceſis, de novo fundatæ, factæ et ſtabilitæ per præpoſitum et ſcholares dictæ domus in primaria fundatione ejuſdem, perpetuis temporibus firmiter obſervandæ.

*Fol. 1. b. In primis ordinatum eſt, quod, cum eadem * domus in honore beatæ Mariæ matris et virginis glorioſæ, ut prædicitur, ſit fundata, quod domus ſeu aula beatæ Mariæ perpetuo nuncupetur. Et quod ſint in eadem domo decem ſcholares in ſacra theologia ſtudentes, qui ad prædictam ſcientiam ſint habiles et bene diſpoſiti: hoc tamen adhibito moderamine, quod, ſi expedire videatur, aliqui de dicto numero, concurrente ad hoc aſſenſu ſocietatis ſcholarium, vel ſanioris vel majoris partis eorum, ſtudere poſſint in jure canonico, vel per aliqua tempora in jure civili, juxta moderationem infra ſcriptam, ut ad ſtudium in jure canonico ex hoc fiant magis diſpoſiti, ſic ut numerum ternarium non excedant.

Sit autem in dicta domo unus ſcholarium prædictorum reliquis ſuperior, commorans cum eiſdem in dicta domo, qui præpoſiti nomine perpetuo nuncupetur: Vir in ſpiritualibus et temporalibus circumſpectus, eligendus electione communi eorundem ſcholarium, et per epiſcopum Lincolnienſem, vel officiarium Lincolnienſem, ſede epiſcopali vacante, quam citiſſime fieri poteſt (ne, ex diutina vacatione præpoſituræ, dictæ domui inferatur læſio) approban-

*Fol. 2. a. dus ſeu confirmandus, qui ſic approbatus ſeu confirmatus ſcholaribus, et aliis quibuſcunque in domo prædicta commorantibus, quocunque nomine cenſeantur, ac ceteris,

† *Numeri marginales Codicis MS. folia ſignant; ita nimirum, ut* a *folii cujuſlibet faciem primam,* b *faciem ſecundam denotet.*

qui

qui ad exteriorum adminiſtrationem ſeu regimen fuerint deputati, præmineat et præſit: cui omnes ſupradicti, tanquam ſuperiori, in hiis, quæ ad adminiſtrationem dictæ domus pertinent, pareant et intendant.

Sit inſuper in dicta domo unus, nomen decani gerens, converſatione et moribus approbatus, per ipſum præpoſitum, de conſenſu eorundem ſcholarium, deputandus, qui circa profectum et converſationem ipſorum ſcholarium, et aliorum miniſtrorum dictæ domus, vices præpoſiti ipſius abſentis ſuppleat, et ſibi et præpoſito circa eadem pro viribus aſſiſtat.

Percipient vero dictus præpoſitus et ſinguli ſcholarium prædictorum pro ſingulis ſeptimanis, dummodo in eadem domo moram traxerint et præſentes fuerint, duodecem denarios per manus ſui ſuperioris ad ſuas communias de proventibus ejuſdem domus; ita quod, ſi, præter neceſſitates domus ipſius, ad quas deputati fuerint vel tranſmiſſi, extra ſcholas egerint, de ſuis *porcionibus, pro rata temporis, * Fol. 2. b.
ſubtrahatur, et quod ſic ſubtracta in utilitatem ipſius domus per dictum præpoſitum convertantur.

Si autem eorum aliqui propter neceſſitatem vel utilitatem ipſius domus abfuerint, per præpoſitum, vel, ipſo abſente, communem aſſenſum decani, et dictorum ſcholarium vel eorundem ſcholarium, utroque abſente, deputati, qui labores in caſu hujuſmodi ſubire et negocia communia proſequi teneantur, ipſis in nullo, quo minus ſuas porciones integre percipiant, derogetur, vel ſi eædem porciones pro negotiis hujuſmodi proſequendis non ſufficiant, tunc, ipſis penitus ſubtractis, expenſæ neceſſariæ ſibi, pro tempore, quo abfuerint, prout qualitas ipſorum negotiorum popoſcerit, miniſtrentur de communi; præpoſito autem et decano, ſi ipſos vel eorum aliquem pro negotiis domus abeſſe contingat, fiat in omnibus illud idem.

Item ſi, annuente Domino, bona et facultates domus prædictæ augeri contingat, numerus ſcholarium, quociens hoc contigerit, augeatur, quatenus ad hoc eædem facultates ſufficientiam obtulerint, et ad *alia dictæ domus one- * Fol. 3. a.
ra ſupportanda, et quilibet accipiat prout expreſſum eſt

ſuperius. In eventu autem, quo, creſcentibus dictæ domus reditibus, exauctus fuerit dictus numerus ſcholarium, ſicuti eſt prædictum, aliqui de diſcretioribus ſcholaribus dictæ domus per communem aſſenſum præpoſiti et eorundem ſcholarium deputentur, qui ſub ipſo præpoſito, tanquam ejus coadjutores, minus provectorum curam (qualiter in ſtudio et morum honeſtate proficiant) agere teneantur, ſic ut numero cuilibet vicenario, vel etiam decenario, ſi neceſſe fuerit, præſit unus.

Diſpenſatur pro hac re. fol. 10. pa. b. et fol. 27. pa. a.

Vivant inſuper dicti præpoſitus et ſcholares in communi, menſam communem obtinentes, et in eadem veſcentes in communi, modeſte et ſine murmure ſe habentes: et cum facultas hoc permiſerit, lectorem habeant in menſa, qui, juxta diſpoſitionem communem, aliquid de Biblia, vel ſacra pagina, ipſis edentibus legat coram eis; cui diligenter intendant, ſe à diſſolutionibus abſtinentes.

Sit etiam in qualibet camera, in qua præfati commanent ſcholares, unus, ceteris maturitate provectior, qui aliis ſuperintendat ſociis, et per quem de moribus ipſorum, et ſtudii profectu, dictis præpoſito et ſocietati ſcholarium *innoteſcat.

* Fol. 3. b.

In habitu vero dicti ſcholares, quantum commode poterint, ſe conforment, et in cameris ſuis abſque ſtrepitu, et abſque ſociorum impedimento, converſentur, ſtudio quam diligenter adhærentes. Quod ſi qua inter ſe proferant, in quantum poterint colloquio Latino vel ſaltem Gallico perfruantur, et nullus, extraneos vel propinquos inducendo, ſuæ ſocietati oneroſus exiſtat, ne per hoc aliorum turbetur tranquillitas, ne etiam exinde contentiones et jurgia ſuſcitentur.

Extranei.

Hoc inſuper circa aſſumptionem ſcholarium in dictam domum omni ſollicitudine obſervetur, ut ne qui, præterquam honeſti, caſti, pacifici, et humiles (quatenus humana fragilitas noſſe ſinit) indigentes, ad ſtudium habiles, proficere volentes, et per communem aſſenſum dictorum præpoſiti et ſcholarium, ipſis ſcholaribus, vel majori parte eorum, pro ipſis in ſuis conſcientiis deponentibus, electi, in domo prædicta aliqualiter admittantur, qui per unum annum

Electio.

num ſub probatione remaneant, et ſuſtentationem recipiant ſupradictam, ſi conditiones in eis offenderint prænotatas; et ſi ſic per annum ſe conditionatos exhibuerint, tunc in ſocietatem ejuſdem domus effectualiter admittantur. Proviſo, quod, ſi infra annum, et ante admiſſionem prædictam, apparuerit quomodocunque, ipſos ſic conditionatos non eſſe, vel aliâs intollerabiles, ſtatim, cum per ſocietatem prædictam, vel majorem partem ipſius, hoc cognitum fuerit, expellantur, ſpe regreſſus totaliter fruſtrati. * Fol. 4. a.

Nullus etiam in ſocietate ſcholarium prædictorum ad ſtudendum in theologia vel jure canonico, ut prædicitur, admittatur, niſi prius in arte dialectica ſeu philoſophia probabiliter rexerit, & provectus fuerit in eadem. Et ſi ad ſtudendum in jure canonico, ex diſpenſatione ſuperioris (ut [1] permittitur) aliqui ordinari debent, quod prius [2] jure civili per [3] trienium, vel ſaltem per bienium, ſtudeant, probabiliter proficiendo in [4] eodem (cum condicionibus etiam ſupraſcriptis) aliqualiter recipiantur.

Si autem, divina gratia mediante, exauctæ fuerint facultates dictæ domus futuris temporibus, et numerum ſcholarium, juxta earundem quantitatem, augeri contigerit (ut ſuperius eſt prætactum) aſſumentur in eandem domum, modo et forma ſuperius memoratis, aliqui in numero, juxta diſcretionem præpoſiti et ſcholarium prædictorum moderando. Qui *in arte dialectica prædicta, bene diſpoſiti ad eandem, et in aliis conditionibus (ut prætangitur) ſtudeant et proficiant in ſocietate prædicta, percipiendo pro tempore, quo ſteterint in eadem, eorum ſinguli, de dictæ domus proventibus, prout alii ſocii ejuſdem domus, alimenta, ſeu ſtipendia ſupraſcripta, hoc attente et ſolerter proſpecto, quod nullus eorum recipiatur aliqualiter, niſi prius * Fol. 4. b.

---

1 *F.* præmittitur. 2 *Potius* juri civili. *Sic enim Cicero, & plerique veterum dixere.* 3 *Sic.* 4 *Ita diſtinguitur in MS. alioquin malim,* eodem; cum condicionibus etiam ſupraſcriptis aliqualiter recipiantur.

in arte prædicta probabiliter determinaverit, et de ejus profectu in eadem ſpes bona habeatur.

Et cum ſtudentes prædicti in arte prædicta et philoſophia eadem probabiliter rexerint, per tempora per dictos præpoſitum et ſcholares moderanda, ad theologiæ ſtudium, et juris canonici, aut ſaltem juris civilis, per aliqua tempora, ut fiant ad diſcendum canones aptiores, ſe tranſferre teneantur, juxta arbitrium præpoſiti et ſcholarium prædictorum. Quod ſi hoc facere noluerint, ſeu neglexerint, juxta arbitrium ſupradictum, eo ipſo ad morandum in ſocietate ſupradicta inhabiles reputentur, in forma inferius ſcripta amovendi.

Cauſæ amotionis.

Si autem dictorum ſcholarium aliquis religionem intraverit, aut ad alicujus obſequium ſe tranſtulerit, beneficiumve uberius fuerit aſſequutus,* et ab ipſa domo, animo ſtudium deſerendi receſſerit, aut in ipſa domo ſtudere neglexerit, ad moram ulteriorem in eadem domo faciendam et ſocietate ſcholarium prædictorum, nec non ad exhibitionem ſupradictam ulterius recipiendam, totaliter reputetur indignus, amovendus in forma inferius annotata; et id idem obſervetur, ſi quemquam, de dicta ſocietate ſcholarium, homicidium, adulterium, furtum, rapinam, perjurium, ſacrilegium, [1] et ſimoniam, aut aliud grave delictum, committere, ſeu gravem lapſum carnis, aut aliam notam turpitudinis, contigerit incurrere (quod abſit) per quam grave ſcandalum in dicta domo fuerit ſuſcitatum, aut quiſquam eorum rixoſus, ſeu jurgiorum inter ſocios ſuſcitator creber, extiterit, [2] et eorundem ſociorum percuſſor, aut, quod plus eſt, præpoſiti aut decani, ſeu aliàs intollerabilis in ſocietate prædicta, ut, cum de aliquo præmiſſorum per facti notorietatem, vel alio modo legittimo, conſtiterit, tranſgreſſor hujuſmodi à domo et exhibitione prædictis amovendus cenſeatur, ſicut prius. Si vero aliquis eorum levi fama alicujus delicti de præmiſſis, vel alterius tranſgreſſionis vel exceſſus gravis, repertus [3] fuerit,

* *Vel* fol. 19.

* Fol. 5. a.

1 Vel *infra, f.* 19. *b.* 2 Vel *infra, loc. cit.* 3 Reus *forte ſubintelligend.*

vel

vel [1]inobediens, erga præpoſitum & ſuperiores dictæ domus leviter vel murmurans, aut leve jurgium cum ſocio aliquo vel contentionem habens, repertus ſuerit, trina monitione corripiatur per prædictum præpoſitum vel decanum. Primo videlicet inter corripientem et eum. Secundo, adhibitis duobus vel tribus teſtibus de ſocietate prædicta. Tertio, ſi corripientem non audierit, ſocietate tota dictorum ſcholarium, ad hoc, quatenus haberi poterunt, congregata: et ſi ſic ſe emendare noluerit, à dictæ ſocietatis domo et exhibitione extunc ſit eo ipſo excludendus, et, ut inferius ſcribitur, penitus amovendus. * Fol. 5. b.

Et ſi, aliquem dictorum ſcholarium, ex aliqua de cauſis prædictis, vel alia rationabili, à ſocietate et domo prædictis amoveri, aut numerum dictorum ſcholarium, qui nunc eſt, aut qui impoſterum exauctus fuerit, aliquo modo deficere, contigerit, quotiens hoc evenerit, alii, loco ſic amoti, et aliorum deficientium, de dicto numero (modo et forma expreſſis ſuperius) ſubrogentur, et conſuetus numerus impleatur.

Pro hujuſmodi inſuper negotiis arduis, concernentibus dictam domum et ſocietatem memoratam, conveniant iidem ſcholares celebrando ſuper præmiſſa, capitula ſua, et habendo invicem tractatus communes ſpecialiter, et, ad minus, ter in anno, videlicet ante Natale Domini, et ante Paſcha, nec non et ante feſtum Sanctæ Margaretæ virginis, diebus aliquibus, poſtquam magiſtri dictæ Univerſitatis ab actu legendi ceſſaverint, ad hoc oportunis, et in quibus ſingulis faciant primo in eccleſia beatæ Mariæ Oxoniæ, quæ eſt de patronatu eorum, unam miſſam pro domino Edwardo, Dei *gratia, Rege Angliæ, illuſtriſſimæ memoriæ domini Edwardi, quondam Regis Angliæ, filio, fundatore domus et ſocietatis prædictarum primario, domino Henrico, Dei gratia, epiſcopo Lincolnienſi, et domino Adam de [2]Brome, benefactoribus maximis earundem domus et ſocietatis, dummodo ſuperſtites fuerint, et pro omnibus Capitula. * Fol. 6. a. Edwardo 2o. Henricus Borewaſh 1327

1 *Sic diſtinguitur in MS. alioqui comma hîc tolli malim.* 2 *Sive, ut infra,* Browne.

aliis

aliis benefactoribus dictæ domus ſuperſtitibus, et cum iidem dominus Rex, epiſcopus, et Adam viam univerſæ carnis ingreſſi fuerint, pro eorum animabus, et animabus omnium aliorum benefactorum, et omnium fidelium defunctorum, ſpecialiter decantari, et ſubſequenter, lectis coram eis ordinationibus præſentibus, de negotiis prædictis, et ſtatu domus per omnia, moribus, converſatione, et conditionibus, ac profectu ſtudii omnium et ſingulorum de dicta ſocietate, inter ſe tractent et inquirant diligenter, et ea, quæ corrigenda repererint, corrigere et reformare ſtudeant, quatenus de jure poterunt, ſine mora: et ea, quæ circa præmiſſa corrigenda et reformanda communi aſſenſu ordinata fuerint, prædictus præpoſitus ſolerter et celeriter exequatur. Et capitulis prædictis ſcholares, ad dictam ſocietatem admittendi, præſentiam ſuam perſonalem exhibeant, dictæ domus beneficia petituri, et in eiſdem ſolummodo, præmiſſo ſtricto examine, in forma et modo expreſſis ſuperius, admittantur.

* Fol. 6. b. In quibuſcunque etiam temporibus contingant aliqua ardua negocia, concernentia ſtatum dictæ domus vel perſonarum ejuſdem, in quibus decet et expedit habere dictæ ſocietatis conſilium et conſenſum, teneantur dicti ſcholares omnes et ſinguli, per dictum præpoſitum, aut, eo abſente, decanum vocati, niſi rationabilis cauſa impediverit, convenire, de eiſdem negotiis tractaturi, et præbituri ſuum conſilium et aſſenſum, ſine quibus nec arduum, vel præjudiciale dictæ domui aut ſocietati, per eundem præpoſitum, vel aliquos alios adminiſtratores, attemptetur aliqualiter ſive fiat. Quod ſi aliquod tale fiat, abſque tractatu hujuſmodi communi conſilio et aſſenſu, ſaltem majoris et [1] ſenioris partis ſocietatis prædictæ, eo ipſo habeatur irritum et inane. Proviſo, quod idem præpoſitus et alii adminiſtratores pro levibus et quotidianis expediendis, quæ de ſui natura tractatum communem hujuſmodi non requirunt, dictos ſcholares non vexent, ſive turbent, quo minus ſtudio poſſint intendere et vacare.

---

1 *Sic.*

Ad

Ad hæc, præpoſitus domus et ſocietatis prædictarum, ipſa præpoſitura quandocunque vacante, quam cito [1] comode fieri poterit, per communem electionem ſcholarium ejuſdem ſocietatis faciendam, epiſcopis Lincolnienſibus, qui pro tempore fuerint (quibus eadem domus et perſonæ ejuſdem, de jure communi et per præſentes ordinationes, ſpecialiter ſubjecti exiſtunt) aut officiario Lincolnienſi, ſede epiſcopali vacante, præſentandus, et per ipſos, ut præmittitur, approbandus ſeu confirmandus præficiatur. Qui quidem præpoſitus, ſi poſteris temporibus demerita ſua ejus ammotionem expoſcant, per eoſdem, juxta diſtinctionem temporum de ipſa ſede epiſcopali plena et vacante præmiſſam, procedentes ſummarie, et de plano, abſque quocunque ſtrepitu vel ſolempnitate [2] judiciale, ſine ſcriptis et qualibet figura judicii, quatenus brevius et celerius via rationis fieri poſſit, ammoveatur, et alius loco ſuo, abſque moræ diſpendio, eligatur et præficiatur, ſicut ſuperius eſt prædictum. * Fol. 7. a.

Item, quandocunque aliqui dictorum ſcholarium, poſt annum probationis effectualiter, ut præmittitur, admiſſorum, ex aliqua de cauſis præmiſſis ſe reddiderint inhabiles, ſicut prædicitur, aut indignos, et propter hoc fuerint à ſocietate, ſtipendiis, et beneficiis dictæ domus, ammovendi, circa eorum amotionem hoc firmiter obſervetur, quod ſtatim, et quandocunque et quociens hoc contigerit, inſinuetur per literas dictorum præpoſiti et collegii, ſub ſigillo eorum communi, hujuſmodi amotionis cauſa epiſcopo Lincolnienſi, qui pro tempore fuerit, vel officiario Lincolnienſi ſede epiſcopali vacante, per quem, receptis literis hujuſmodi, confeſtim, abſque alia probatione vel proceſſu habendo, etiam ſine vocatione amovendorum hujuſmodi, totaliter ammoveantur. Ipſis et dicto præpoſito, in eventu, quo ipſe ammotus fuerit, ut præmittitur, ab omni appellationis, in integrum reſtitutionis, querelæ et cujuſlibet alterius perſecutionis remedio, penitus et imperpetuum excluſis. Et nulla omnino actio vel querela contra dictum

1 *Sic.* 2 *Sic.*

col-

collegium, aut aliquos vel aliquem de eodem collegio, vel
*Fol. 7. b. *quemvis alium, competat aliqualiter.

Habeant etiam iidem ſcholares in dicta domo ſigillum commune, quod ſub ſigillo dicti præpoſiti in aliqua ciſta ad hoc ordinanda, et ſub clave dicti præpoſiti, et duarum aliarum clavium ad hoc ordinatarum, in cuſtodia duorum de dictis ſcholaribus, qui inter ceteros diſcretiores et fidedigniores, ac in temporalibus circumſpectiores, opinione communi, reputentur, eligendorum per communem aſſenſum præpoſiti et ſcholarium prædictorum, remanebit. Quorum quilibet habeat clavem unam. Ita quod nulla litera ſub eodem ſigillo exeat, vel ſcriptum fiat, niſi prius per præpoſitum et cuſtodes prædictos, vel, ſi grande concernat negotium, per ſocietatem prædictam, aut deputandos ſpecialiter ab ea, examinetur, et in eorum præſentia ſigilletur. Et iidem cuſtodes recipiant et cuſtodiant ſub dicto præpoſito pecuniam quamcunque, ex redditibus et proventibus dictæ domus provenientem, et eandem per præceptum et viſum præpoſiti ad ejuſdem domus expenſas neceſſarias miniſtrabunt; compotis, à quibuſcumque adminiſtratoribus dictæ domus reddendis, cum dicto præpoſito intererunt, et eos audient cum eodem dicto præpoſito annis ſingulis in feſto S. Michaëlis, vel circiter aliquo die ad hoc oportuno; ſtatum dictæ domus, et univerſa recepta et expenſas ejuſdem, coram ſocietate dictorum ſcholarium, vel ſpecialiter deputandorum ab eis, faciant recitari.

Bleƈtio Theſaurariorum.

Tres claves.

Computus.

Ceterum, quia caſus omnes futuri ab initio certa lege
*Fol. 8. a. *includi nequeunt ſeu ſtatuto, idcirco ordinatum eſt, quod, ſi quas obſervantias, vel ſtatuta ſalubria et honeſta per præpoſitum et ſocietatem prædictos, aut eundem præpoſitum et decem vel octo ſeniores et diſcretiores dicti collegii, de perito et communi dictæ ſocietatis conſilio, ad utilitatem et ad obſervationem inſtitutionis dicti collegii, et jurium ejuſdem, impoſterum provideri et ſtatui contingat, ea, poſtquam per epiſcopum Lincolnienſem fuerint approbata, et non ante, omnes et ſinguli de dicta domo futuris temporibus obſervare teneantur. Proviſo, quod nihil, contrarium vel præjudiciale juriſdictioni aut juri epiſcopali Lincolnien-

nienſi, vel officiariorum ſuorum, aut eccleſiæ Lincolnienſis, aliqualiter ſtatuatur ſive fiat, et ſi aliqua talia attemptentur, ſint ipſo jure, ac omnia, quæ ſecuta fuerint ex eiſdem vel ab ea, irrita atque nulla.

Amplius, duo ex dictis ſcholaribus in presbiteros ordinati, vel duo alii capellani ex proventibus dictæ domus per ſocietatem prædictam inveniendi, in præfata eccleſia beatæ Mariæ, ad altare in capella beatæ Annæ intitulata, quotidie celebrare divina, cum pleno ſervicio de mortuis, ſcilicet Commendatione (Placebo et Dirige, ſi fuerint capellani alii à ſcholaribus prædictis) teneantur perpetuis temporibus in futurum, pro animabus quondam domini Roberti de Burghaſſhe militis, dominæ Matildis uxoris ſuæ, domini *Henrici de Burghaſſhe epiſcopi Lincolnienſis filii eorundem, et aliorum epiſcoporum Lincolnienſium, et magiſtri Roberti, et domini Stephani, ac ceterorum liberorum Roberti et Matildis prædictorum, omniumque fidelium defunctorum, præcipue pro animabus prædicti domini Regis poſt tranſitum ſuum ab hac luce, et anima domini Adam de [1] Browne, et aliorum benefactorum domus prædictæ quorumcunque. Proviſo, quod prædictum dominum regem, dictumque epiſcopum, et Adam de Browne præfatum, dum ſuperſtites fuerint, in miſſis ſuis quotidie memoriæ ſpecialiter recommendent, pro ipſis devote cum ſpeciali collecta Dominum deprecando. Et quod alter capellanorum prædictorum celebret quotidie de beata virgine, in cujus honore dicta domus eſt fundata. Duo Capellani. Burgaſſh. *Fol. 8. b

Item Scholares prædicti teneantur ſingulis diebus et feſtis duplicibus intereſſe divinis officiis in eccleſia prædicta Sanctæ Mariæ exequendis, videlicet primis veſperis, matutinis, miſſæ, et ceteris horis canonicis dicendis in eadem eccleſia, et legendo et cantando, prout noverint juvare in eiſdem, niſi cauſa rationabili fuerint impediti, vel per ſuperiorem dictæ domus licentiati. hoc tamen excepto, quod actualiter regentes, nec non et legentes curſorie, præcipue librum Sententiarum, vel [2] aliquem lecturam notabilem,

1 *Vel, ut ſupra*, Brome. 2 *Sic. L.* aliquam.

* Fol. 9. a. ſecundis veſperis intereſſe minime teneantur. Sed ſingulis annis, poſtquam dominus Henricus epiſcopus diem ſuum clauſerit extremum, teneantur imperpetuum dicti ſcholares, cum presbiteris ſuis dictæ domus, die anniverſarii ſui, pro ſua et ceteris animabus, in eccleſia beatæ Mariæ prædictæ, cum pleno ſervitio de mortuis ſupradicto, præmiſſis more conſueto vigiliis mortuorum, facere celebrari ſolempniter unam miſſam.

Secreta non revelanda.

Quilibet etiam dictorum ſcholarium, in ejus admiſſione, jurabit dictæ domui et collegio antedicto fidelitatem, et quod ſecreta ejuſdem domus, non communicanda cum extraneis, celabit, et quod domum prædictam, vel jura ejuſdem aut eccleſiæ Lincolnienſis, ad quemcumque ſtatum devenerit, in tota vita ſua nullatenus impugnabit in aliquo, ſed ea manutenebit pro viribus et defendet, haſque ordinationes et alias, ſtatutaque rationabilia impoſterum facienda, cum per epiſcopum Lincolnienſem approbata fuerint et ea didicerit, obſervabit. Ita videlicet, quod, ipſis didicitis ſeu ſcitis, ea obſervare non contemnat. Idem vero juramentum præſtabit ante factas ordinationes præſentes admiſſus in collegio antedicto. Et in juramento cujuſlibet ſpecialiter exprimatur, quod in eventu, quo contigerit, eum à dictis domo et ſocietate, ex aliqua de cauſis prædictis, vel alia rationabili, ut præmittitur, ammoveri, quod nulla appellatione, aut aliquo alio juris vel conſuetudinis remedio, utetur contra amotionem hujuſmodi, nec ullam * perſequutionem faciet, literas vel preces magnatum impetrando, aut quid aliud faciendo, quod cedere poſſit in turbationem dictæ ſocietatis ſeu gravamen, quantumcumque ſibi aliâs probitatis et vitæ merita ſuffragentur.

* Fol. 9. b.

Si vero ex præſcriptis ordinationibus aliqua obſcura, diminuta, vel ambigua in futurum reſultare contigerit vel oriri, per epiſcopum Lincolnienſem, qui pro tunc fuerit, declarentur, ſuppleantur, vel, ſi neceſſe fuerit, corrigantur, et etiam reformentur. In quorum omnium teſtimonium, ſigillum commune dictorum [1] præpoſiti, et collegii

1 *Adami nimirum de Brome ſive Browne.*

do-

domus prædictæ, præsentibus est appensum. Datum in collegio prædicto Oxoniæ vicesimo tertio die Maii, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo sexto.

Ordinationes præpositi et scholarium domus beatæ Mariæ Oxoniæ, per Henricum episcopum Lincolnienſem, per communem assensum prædictorum, confirmatæ. Burgwashe.

UNIVERSIS, præsentes literas inspecturis, Henricus, permissione divina Lincolnienſis episcopus, salutem in Domino sempiternam.

*Noverit universitas, Nos quasdam ordinationes (per præpositum et scholares domus seu aulæ beatæ Mariæ Oxoniæ, nostræ dioceſis, eorum communi et unanimi assensu factas, perpetuis temporibus in eadem domo per ipsos et successores suos quoscunque firmiter observandas, sigillo communi præpositi et collegii eorundem scholarium, eisdem appenso, signatas, et nobis ex parte exhibitas) inspexisse, eo, qui sequitur, sub tenore. *Fol. 10. a.

Noverint universi, quod ea, quæ infra scribuntur, sunt ordinationes, per præpositum et scholares domus beatæ Mariæ Oxoniæ, de communi et unanimi assensu eorundem, factæ et stabilitæ, inter ipsos et eorum successores in eadem domo perpetuis temporibus observandæ.

Inprimis, licet ordinationibus, per præpositum et scholares domus prædictæ prius factis, contineatur, quod, vacante præpositura domus illius, scholares ejusdem domus aliquem de seipsis eligant in præpositum, et quod præpositus hujusmodi vivat in communi, mensam communem obtinens, pensata tamen utilitate domus prædictæ, ordinatum et provisum est, quod, cum præpositus ibidem eligendus fuerit, de aliis quam de seipsis, si fuerit necesse et expedire videbitur, eligatur, sive beneficiatus fuerit, sive non, dum tamen idem, sic electus, socius juratus ejusdem domus prius extiterit. Et licet quicunque non beneficiatus * ad eandem præposituram electus, si postmodum beneficium ecclesiasticum quodcunque adeptus fuerit, remaneat nihi- Electio præpositi. * Fol. 10. b.

lominus præpoſitus, pro voluntate ſua, ac ſi beneficiatus non fuiſſet.

Percipiat vero præpoſitus domus prædictæ, qui pro tempore fuerit, ſingulis annis pro communis ejus, et pro roba ſua, et pro ſtipendiis cujuſdam famuli ſui deſervientis, decem marcas de bonis domus prædictæ, et inde menſam per ſe teneat, vel communias etiam inter ſocios de dicta ſocietate ponat quandocunque ſibi placuerit.

Augetur ſtipendium. fol. 27. pa. a.

Nullus incipiat ſine conceſſu præpoſiti.

Nullus inſuper de dicto collegio in aliqua facultate in eadem domo incipiat, nec à lectura in eadem poſtmodum ceſſet, niſi de arbitrio præpoſiti et ſociorum ejuſdem collegii, vel majoris partis eorundem. Nec aliquis de ſocietate eadem actum aliquem intrinſecum vel extrinſecum, utilitatem dictæ domus concernentem, ad quem per ſocietatem prædictam, vel majorem partem ejuſdem, electus fuerit ſive deputatus, admittere contradicat. Et ſi contingat (quod abſit) aliquam diſſenſionem vel diſcordiam inter aliquos de dicta ſocietate oriri, primo per præpoſitum ejuſdem domus, vel, ipſo abſente, ejus vices gerentem, ſi commode fieri poterit, [1] ſedetur, pacificetur. quod ſi per eos fieri non poterit, per totam ſocietatem terminetur et finiatur, ita quod cauſa inde coram aliquo judice extra domum prædictam nullatenus * ventiletur.

lis.

Nulla cauſa ventilanda extra domum.

* Fol. 11. a.

Habeant etiam dicti ſcholares inter ſe ſingulis ſeptimanis, exceptis vacationibus, diſputationes regulares, unam de philoſophia (dum ſeptem ibidem fuerint philoſophiæ intendentes, quorum unus bacalarius ejuſdem facultatis extiterit) et aliam de theologia (dum ſeptem ſcholares, theologiæ intendentes, præſentes exiſtant) niſi ſuper hac ex cauſa rationabili fuerint impediti.

diſputationes.

Omnes inſuper [2] commines libri dictæ domus ſingulis annis, in feſto commemorationis animarum, in præpoſiti præſentia, vel ejus vices gerentis et ſcholarium prædictorum, deferantur et oſtendantur, et tunc quilibet eorum, ſecundum ſuum ordinem, unum librum de ſcientia, cui intendit, vel alium, ſibi magis neceſſarium, quem voluerit,

Libri, in feſto omnium animarum reſtituendi.

1 *Sic.* 2 *Sic.*

ſibi

ſibi eligat, et illum habeat pro voluntate ſua uſque ad idem feſtum anno revoluto, in quo fiat conſimilis electio librorum prædictorum, et ſic conſequenter fiat de anno in annum. Et ſi plures libri fuerint ibi quam ſcholares, iterum modo, quo prius, ſecundum ordinem perſonarum eligantur.

Omnia etiam eis generaliter legata vel collata, ſub nomine domus collegii vel ſcholarium, non ſpecificando certam perſonam, cui talia legantur, conformiter convertantur in theſaurum et utilitatem dictæ domus, niſi per teſtamentum legantis, vel factum conferentis, appareat, quod voluntas legantis vel conferentis fuit, quod talia legata * vel collata inter perſonas dicti collegii dividantur, vel aliâs in certos uſus ipſorum convertantur. * Fol. 11. b.

Cum vero quarterium frumenti in Oxonia vendatur pro decem ſolidis et ultra, quilibet ſcholaris de dicto collegio ſingulis ſeptimanis percipiat (ultra duodecem denarios, quos ex ordinatione dictæ domus nunc percipit) tres denarios hujuſmodi cariſtia durante, ita quod, ceſſante tali cariſtia, et quarterium frumenti ibidem pro precio ſolidorum decem non vendatur, ex tunc quilibet eorum ſcholarium habeat duodecem denarios ſicut prius. commina auctæ.

Pro honeſtate inſuper dictæ domus et perſonarum ejuſdem, nec non pro ſcandalo in futurum evitando, ordinatum eſt, quod nulla mulier lotrix ſeu alia domum prædictam, ad aliquod officium ibidem, ingrediatur, ſed quod omnia officia, infra ſepta domus ejuſdem facienda, de cetero per mares fiant. Mulier.

Omnes igitur ſcholares de prædicto collegio, et domo prædicta, in majoribus duplicibus feſtis, omnibus horis canonicis, et miſſæ diei in eccleſia ſua beatæ Mariæ celebrandæ, ſuperpelliciis utantur in choro, et in illis feſtis ſic eant cum proceſſione, quando fit proceſſio ibidem diebus hujuſmodi, niſi ex cauſa rationabili impediti, vel à dicto præpoſito, ſeu ejus locum gerente, ſuper hoc licentiati extiterint.

Percipiant inſuper dicti ſcholares, ſingulis annis, de bonis * domus ſupradictæ, in ſeptimana Natalis Domini quinque * Fol. 12. a.

que ſolidos, in ſeptimana Paſchæ quinque ſolidos, in ſeptimana Pentecoſtes quadraginta denarios, ad pietantiam propter eorundem ſolemnitates. Et etiam pro mançipio ſuo unam marçam, pro coquo dimidium marcæ, et pro barbitonſore et lotione capitum ſuorum decem ſolidos, nec non pro napparia, vaſis, et aliis utenſilibus, in eadem domo ſingulis annis de novo providendis, dimidium marcæ. Decanus vero ejuſdem domus, qui pro tempore fuerit, decem ſolidos. Illi quoque duo ſcholares, qui ad [1]oblationes, provenientes de eccleſia antedicta, nec non redditus, de ſchopis et aliis domibus ſuis in villa Oxoniæ et ejus ſuburbiis colligendos et recipiendos, deputati fuerint, decem ſolidos, viz. ut eorum quilibet quinque ſolidos, in recompenſationem laborum ſuorum, ſingulis annis percipiat de bonis ſupradictis. In quorum teſtimonium ſigillum commune dictorum præpoſiti et collegii domus prædictæ præſentibus eſt appenſum. Datum in collegio prædicto Oxoniæ die Veneris, in feſto conceptionis beatæ Mariæ, anno Domini milleſimo CCC°. viceſimo nono.

gaudia.

famuli.

Nos igitur, inſpectis et diligenter examinatis ordinationibus prædictis, invenientes eaſdem rationabiles et honeſtas, et nemini damnum vel præjudicium afferentes, ipſas in dicto collegio perpetuis temporibus obſervandas et tenendas, quantum in nobis, * ratificamus, reſervantes etiam nobis, et ſucceſſoribus noſtris, poteſtatem, prædictas ordinationes, ſi aliqua obſcura, diminuta, vel ambigua, ex eis in futurum reſultare contigerit vel oriri, declarandi, interpretandi, et, ſi neceſſe fuerit, corrigendi, ſalvis etiam nobis et ſucceſſoribus epiſcopalibus conſuetudinibus et eccleſiæ Lincolnienſis dignitate. In quorum omnium teſtimonium præſentibus ſigillum noſtrum appoſuimus. Datum apud Tinghorſe IIII° Kalend. Marcii, anno Domini milleſimo tricenteſimo viceſimo nono.

*Fol. 12. b.

---

1 Oblationem, *MS.*

Quæ-

Quædam ordinationes præpoſiti et ſcholarium domus beatæ Mariæ Oxoniæ, per Johannem, epiſcopum Lincolnienſem, per communem aſſenſum, confirmatæ.

UNIVERSIS Chriſti fidelibus, præſentes literas inſpecturis, Johannes, permiſſione divina, Lincolnienſis epiſcopus, ſalutem in Domino ſempiternam. Buckingham.

Noverit univerſitas veſtra, nos quaſdam ordinationes, per præpoſitum et ſcholares domus ſeu aulæ * beatæ Mariæ Oxoniæ, noſtræ dioceſis, de eorum communi et unanimi aſſenſu factas, perpetuis temporibus in eadem domo per epiſcopos et ſucceſſores ſuos quoſcunque obſervandas, ſigillo communi præpoſiti et collegii eorundem ſcholarium, eiſdem [1]appenſo, et ſignatas, nobis ex parte eorundem exhibitas, inſpexiſſe, eo, qui ſequitur, ſub tenore. * Fol. 13. a.

Noverint univerſi, quod ea, quæ infra ſcribuntur, ſunt ordinationes, per præpoſitum et ſcholares domus beatæ Mariæ Oxoniæ, de communi et unanimi aſſenſu eorundem, factæ et ſtabilitæ, inter ipſos et eorum ſucceſſores in eadem domo perpetuis temporibus obſervandæ.

In primis, quod, licet in ordinationibus primariis, per præpoſitum et ſcholares dictæ domus primis factis, contineatur, quod dictus præpoſitus et ſinguli ſcholares dictæ domus ſingulis ſeptimanis, dummodo moram in eadem domo traxerint et præſentes fuerint, duodecem denarios ad ſuas comunias de proventibus ejuſdem domus percipere debeant et habere, ac poſtea ordinatum eſt per eoſdem præpoſitum et ſcholares, quod præpoſitus dictæ domus, qui pro tempore fuerit, ſingulis annis pro communis ſuis, et roba ſua, & pro ſtipendio ſuo, et pro ſtipendiis cujuſdam famuli ſui deſervientis, de bonis dictæ domus percipiat decem marcas. Et etiam ordinatum eſt, quod, quando quarterium frumenti vendatur in Oxonia * pro decem ſolidis et ultra, quilibet ſcholaris de dicto collegio percipiat ſingulis ſeptimanis ad ſuas communias, hujuſmodi cariſtia durante, tres denarios (ultra duodecem denarios, quos ſolet

ſupra fol. 10. b.

* Fol. 13. b.

1 *F.* appenſo, ſignatas, et nobis.

per-

percipere ex ordinatione primaria dictæ domus) penſatos tum cariſtia victualium plus ſolito ingruente, quæ ex conſuetis comminis dictæ domus dictos præpoſitum et ſcholares congrue ſuſtentari non ſinit, et incremento dictæ domus à ſua primaria fundatione ac profectu ſcholarium ejuſdem eo magis ampliando, quo ipſis pro ſua ſuſtentatione uberius ſit proviſum. Jam ordinatum eſt de novo per eoſdem præpoſitum et ſcholares, ex unanimi aſſenſu eorundem, quod tam præpoſitus, qui pro tempore fuerit, ultra decem marcas prædictas, quam omnes alii et ſinguli ſcholares dictæ domus, ultra duodecem denarios, ſingulis eorum ſingulis ſeptimanis aſſignatos pro comminis, qualitercunque vendetur frumentum, ſive pro majore pretio ſive pro minore, tres denarios in ſeptimana recipiant ad communias, dum ibi præſentes fuerint, ut præfertur.

Inſuper ordinatum eſt, quod ſingulis pro focalibus aulæ et coquinæ neceſſariis habeant dicti præpoſitus et ſcholares duas marcas, de proventibus dictæ domus, et pro quatuor ſervientibus honeſtis, quorum unus continue et ſpecialiter præpoſito, reliqui vero tres ſint pro neceſſariis ſcholarium præcipue attendentes, qualibet hebdomada pro comminis ſingulorum quatuor ſervientium decem denarios, viz. quadraginta denarios in ſeptimana habeant de bonis dictæ domus, dum modo ibidem quatuor ſic tales ſint. In quorum omnium teſtimonium ſigillum commune dictæ domus præſentibus eſt appenſum.

Servientes quatuor.

* Fol. 14. a.

Nos igitur, inſpectis et diligenter examinatis prædictis, invenientes eaſdem rationabiles et honeſtas, nemini damnum vel præjudicium afferentes, ipſas in dicto collegio perpetuis temporibus obſervandas et tenendas, quantum in nobis eſt, ratificamus, approbamus et authoritate pontificali confirmamus, reſervantes etiam nobis et ſucceſſoribus noſtris poteſtatem, prædictas ordinationes, ſi aliqua diminuta vel ambigua ex eis in futurum reſultare contigerit vel oriri, declarandi, interpretandi, et, ſi neceſſe fuerit, corrigendi, ſalvis etiam nobis et ſucceſſoribus noſtris epiſcopalibus conſuetudinibus et eccleſiæ Lincolnienſis dignitate. In quorum omnium teſtimonium ſigillum noſtrum præ-

præſentibus appoſuimus. Datum Oxoniæ tertio Idus Septembris, anno Domini milleſimo tricenteſimo ſexageſimo quarto, et Conſecrationis noſtræ ſecundo.

---

*UNIVERSIS, præſentes literas inſpecturis, Willelmus, permiſſione [1]divina, Lincolnienſis epiſcopus, ſalutem in Domino ſempiternam. * Fol. 14. b. Smithe.

Noverit univerſitas veſtra, Nos quaſdam ordinationes, per præpoſitum et ſcholares domus ſeu aulæ beatæ Mariæ Oxoniæ, noſtræ dioceſis, de eorum communi et unanimi aſſenſu factas, perpetuis temporibus in eadem domo per eoſdem et ſucceſſores ſuos quoſcunque firmiter obſervandas, ſigillo communi præpoſiti et collegii eorundem ſcholarium, eiſdem appenſo, ſignatas, et nobis ex parte eorundem exhibitas, inſpexiſſe, eo, quo ſequitur, tenore.

Univerſis, præſentes literas inſpecturis, appareat evidenter, quod ea, quæ infra ſcribuntur, ſunt ordinationes, ex unanimi conſenſu præpoſiti et ſociorum ejuſdem collegii beatæ Mariæ de Oriell Oxoniæ factæ et ſtabilitæ, per ipſos et eorum ſucceſſores perpetuis futuris temporibus ibidem obſervandæ.

In primis ordinatum et ſtatutum eſt, quod in omnibus electionibus ſcholarium, in dicto collegio futuris temporibus celebrandis, inviolabiliter obſervetur, quod nullatenus, abſque expreſſo conſenſu præpoſiti (ipſo abſente) ad hujuſmodi ſcholarium electionem procedatur, quodque non exiſtant in prædicto collegio ſimul plures quam duo ſcholares, qui infra eandem villam, civitatem, comitatum, vel dioceſin fuerint oriundi, præpoſitum,* qui pro tempore fuerit, inter eos minime numerando. Et ſi (quod abſit) contrarium hujus aliqualiter attemptetur, eo ipſo nec factum

electio ſcholarium. Non ſine expreſſo conſenſu Præpoſiti.

* Fol. 15. a.

---

1 Divana, *MS.*

hujuſmodi, nec quod ex eo ſubſequutum eſt alicujus exiſtat firmitatis.

Tempus computi.

Item ſtatutum eſt, quod annuatim, inter feſtum Sancti Michaëlis et feſtum Sancti Lucæ proxime ſequens, audiantur plena ratiocinia officiariorum dicti collegii, videlicet theſaurariorum et collectorum reddituum, et de ſtatu ipſius tunc diligenter inquiratur, niſi hujuſmodi ratiocinia, propter aliquam rationabilem cauſam, de conſenſu præſidentis et majoris partis capituli, ad ulteriorem diem differantur, ac tunc pro officiariis anni futuri, viz. decano, theſaurariis, provideatur; hoc adjuncto, quod, quotieſcunque decanus voluerit ſe per notabile tempus abſentare, ſi capitulo videatur expedire, deputetur ab eodem capitulo aliquis de diſcretioribus ſociis, qui vices et officium ipſius decani abſentis in omnibus valeat et debeat adimplere, ſtatutis tamen ſuper electionibus præpoſitorum prius editis, hiis non obſtantibus, in ſuo robore permanſuris.

Abſentia decani.

electio librorum.

Item ſtatutum eſt, quod annuatim, in feſto commemorationis omnium animarum, conveniant præſidens et ſocii capitulariter, de libris ipſius collegii debita ratiocinia facturi et aucturi; quo die qui ſe abſentaverit, quominus libri ſuæ electionis præcedentis deliberentur ſive reſtituantur, vel præſens exiſtens eoſdem deliberare aut reſtituere recuſet, vel ſaltem verum valorem, in caſu, quo abſque dolo et fraude aliquem illorum abeſſe contigerit, eo facto anno illo ab omni electione librorum privatus exiſtat, et ſi uſque ad feſtum Natalis Domini, proxime ex tunc ſequens, præfatam deliberationem ſive reſtitutionem ſcienter diſtulerit, eo facto non ſocius ibidem exiſtat.

* Fol. 15. b.

pœna illius, qui collegii bona impignoraverit, vel alienaverit librum vel jocale.

Item ſtatutum eſt, quod ſi (quod abſit) contigerit in futuro, quod aliquis ex dictis ſcholaribus impignoraverit vel alienaverit aliquem librum vel jocale ipſius collegii, præter communem aſſenſum ejuſdem collegii, ſeu ſaltem dederit hujuſmodi impignorationi ſeu alienationi conſilium, auxilium aut favorem, eo facto ſocietate prædicta privatus exiſtat.

Item ſtatutum eſt, quod præpoſitus et ſinguli ſcholares, infra menſem poſtquam ob aliquam rationabilem cauſam à jure

jure et ſocietate prædicti collegii ammoti ſuerint, omnes libros, jocalia, monimenta, ſi qua habuerunt dicto collegio pertinentia et debita, etſi ab eis non petantur, reſtituere teneantur.

Item, ut plena certitudo de beneficio incompatibili cum ſocietate prædicta clarius habeatur, ſtatutum eſt, quod quiſcunque ex dictis ſcholaribus, aut eorum ſucceſſoribus, * præpoſitis tantummodo exceptis, fuerit pacifice aſſequutus aliquod beneficium, redditus, patrimonium, officium, penſionem, ſeu pluralitatem eorundem, ſeu aliquam aliam promotionem, quocunque nomine cenſeatur, unde potuerit ad ſuam exhibitionem annuatim, ad terminum vitæ, decem marcas de importatis percipere Oxoniæ reſidendo, eo facto, et aliâs per acceptionem hujuſmodi promotionis, ſocietate et jure, in prædicto collegio habitis, privatus exiſtat. Beneficium incompatibile. * Fol. 16. a.

Item, quia in prioribus ſtatutis et ordinationibus dicti collegii continetur, quod numerus ſcholarium in eodem creſcere debeat et augeri, prout, annuente Domino, bona, proventus et facultates ejuſdem augmentari contingit, hinc eſt, quod inſuper ſtatutum eſt et ordinatum, quod in dicto collegio, ultra numerum ſcholarium decem, de ſtatutis prioribus ejuſdem expreſſum, ad Dei eccleſiam et cleri augmentum, et pro quadam ſumma mille librarum, ab executoribus venerabilis viri Johannis Franke [1], ad dicti collegii magnum emolumentum et commodum, recepta, alii quatuor ſcholares, facultatis artium baccalarii duntaxat, in univerſitate ſtudentes Oxonienſi, qui prius probabiliter determinaverint in eadem facultate, infra annum poſt datum præſentium erunt electi, et, poſt morum probationem eorundem, ſecundum formam ſtatutorum dicti collegii in perpetuos ſocios ejuſdem aſſumpti et incorporati. Sic quod de tempore in tempus erunt hujuſmodi quatuor ſcholares in dicto collegio pro perpetuo continuati, ut ſint oratores præcipui regis Henrici ſexti (ejuſdem collegii fundatoris) quatuor ſcho. magiſtri Jo. Frankes. * Fol. 16. b.

1 *Qui ſatis conceſſit circa decimum nonum Henrici* VI. *annum, teſte Antonio à Wood in Hiſt. & Antiq. Univ. Oxon. l.* II. *p.* 104.

ac venerabilis viri Johannis Franke, et parentum ipſius, dictorumque executorum ejuſdem, tali adhibita conditione, prout in ipſius Johannis ultima voluntate plenius continetur, videlicet, quod ipſorum quatuor ſcholarium hujuſmodi, quoad nativitatis originem, unus erit de comitatu Dorſet, alius de comitatu Somerſet, tertius erit de comitatu Wiltes, et quartus erit de comitatu Devon̄ oriundi, dummodo tales de dictis comitatibus eligibiles, ad perficiendum et continuandum dictum numerum hujuſmodi quatuor ſcholarium, in dicto collegio ſint ita habiles, ſecundum judicium dictorum præpoſiti, et majoris partis ſcholarium, moribus et ſcientia. Et hoc eo tempore cujuſlibet electionis futuræ, quo tales (ut præfertur) oriundi debent in dictum collegium eligi, ſicut tunc alii ſcholares eligibiles in dicta univerſitate de aliis regni Angliæ comitatibus ſtudentes. Et ſi aliquo tempore electionis futuræ, defectus de ſcholari vel ſcholaribus unius vel plurium dictorum quatuor comitatuum, propter inhabilitatem, ſeu eorundem paucitatem, habeatur, tunc loco ipſius eligendi, ſeu ipſorum eligendorum, alius eligendus ſubrogetur, ſeu * alii eligendi ſubrogentur, habilis, ſeu habiles, moribus et ſcientia, ſecundum formam ſtatutorum et ordinationem dicti collegii, de quocunque regni Angliæ comitatu fuerit talis eligendus oriundus, ſeu de quibuſcunque comitatibus ejuſdem regni fuerint tales eligendi oriundi, ſtatuto de numero ſociorum ſeu ſcholarium, qui in eadem villa, comitatu, ſeu dioceſi fuerint oriundi, ſemper ſalvo. [1]Qui numerus integer quatuor ſcholarium habilium, ultra numerum decem ſcholarium, pro perpetuo in dicto collegio erit habitus, exhibitus et continuatus, ut ceteri ſocii et ſcholares dicti collegii debuerint antiquitus et adhuc debent in dicto collegio haberi, exhiberi et continuari perpetuo.

Dorſett. Somerſet. Wiltes. Devon.

* Fol. 17. a.

Item ſtatutum eſt, quod ſinguli ſcholares ipſius collegii, futuris temporibus eligendi, in eorum primis admiſſionibus, ad harum ordinationum fidelem obſervantiam ſpeciali juramento et in ſpecie corporaliter ſint aſtricti. In cujus

1 Quod numerus *MS.*

rei

rei teſtimonium, ſigillum commune dictorum præpoſiti et ſociorum præſentibus eſt appenſum. Datum Oxoniæ, in capella ejuſdem collegii, tertio decimo die menſis Maii, anno regni Regis Henrici ſexti poſt conquæſtum decimo nono.

Nos igitur, inſpectis et diligenter examinatis ordinationibus prædictis, invenientes eaſdem, quatenus in præſenti appareat, rationabiles et honeſtas, et nemini damnum vel * Fol. 17. b. præjudicium afferentes, ipſas in dicto collegio perpetuis temporibus obſervandas, quantum in nobis eſt, ratificamus, approbamus, et authoritate pontificali confirmamus, reſervantes nobis poteſtatem prædictas ordinationes, ſi aliqua obſcura, diminuta, vel ambigua, ex eis in futurum reſultare contigerit vel oriri, declarandi, interpretandi, et, ſi neceſſe fuerit, corrigendi, præpoſito et ſcholaribus collegii antedicti firmiter injungentes, quod ipſi ordinationes prædictas ſub juramento eorundem obſervent temporibus perpetuis, et faciant inviolabiliter obſervari. In quorum omnium teſtimonium, præſentibus, ad modum indenturarum confectis, ſigillum noſtrum appoſuimus. Quorum partem unam, ſigillo communi dictorum præpoſiti et ſociorum patenter ſigillatam, penes nos retinuimus, in theſauraria eccleſiæ noſtræ Lincolnienſis, ad præmiſſorum perpetuam memoriam, remanendam: alteram vero partem, ſigillo noſtro ſigillatam, prædictis præpoſito et collegio fecimus liberari. Dat.

---

* *Hæc ſunt ſtatuta, legenda electis in ſocios collegii de Oriell* * Fol. 18. a.
Oxoniæ, in primaria admiſſione in annum probationis.

UNIVERSIS, præſentes literas inſpecturis, Henricus, permiſſione divina, Lincolnienſis epiſcopus, ſalutem in Domino ſempiternam. Repetitio ſtatutorum, in primaria fundatione factorum.

Noverit univerſitas veſtra, Nos quaſdam ordinationes, per præpoſitum et ſcholares domus ſeu aulæ beatæ Mariæ Oxoniæ, noſtræ dioceſis, de novo fundatæ, in primaria fundatione ejuſdem, de eorum communi et unanimi aſſenſu,

ſu, factas, perpetuis temporibus in eadem domo per eoſdem, et ſucceſſores ſuos quoſcunque, firmiter obſervandas, ſigillo communi præpoſiti et collegii eorundem ſcholarium, eiſdem appenſo, ſignatas, et nobis ex parte eorundem exhibitas, inſpexiſſe, eo, qui ſequitur, ſub tenore.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, Amen. Cunctis, præſentes literas inſpecturis aut audituris, appareat per eaſdem, quod hæc, quæ infra ſcribuntur, ſunt ordinationes, in collegio ſcholarium domus ſeu aulæ beatæ Mariæ Oxoniæ, Lincolnienſis dioceſis, de novo fundatæ, factæ et ſta-
* Fol. 18. b. bilitæ * per præpoſitum et ſcholares dictæ domus in primaria fundatione ejuſdem, perpetuis temporibus firmiter obſervandæ.

Juramentum ſociorum in admiſſione ſua.

In primis ordinatum eſt, quod quilibet dictorum ſcholarium in ejus admiſſione jurabit dictæ domui et collegio antedicto fidelitatem, et quod ſecreta ejuſdem domus, non communicanda cum extraneis, celabit.

Item ſtatutum eſt, quod dicti ſcholares vivant in communi, menſam communem obtinentes, et in eadem veſcentes in communi, modeſte et pacifice et ſine murmure ſe habentes, et, cum facultas hoc permiſerit, lectorem habeant in menſa, qui, juxta diſpoſitionem communem, aliquid de biblia vel ſacra pagina, ipſis edentibus, legat coram eis, cui diligenter intendant, ſe à diſſolutionibus abſtinentes.

Lector Bibliæ.

Item ordinatum eſt, quod prædicti ſcholares in cameris ſuis, abſque ſtrepitu et abſque ſociorum impedimento, converſentur, ſtudioque diligenter adhærentes, ſi qua inter ſe proferant, in quantum poterunt, colloquio Latino, vel ſaltem Gallico, perfruantur, et nullus, extraneos vel propinquos inducendo, ſuæ ſocietati oneroſus exiſtat, ne per hoc aliorum turbetur tranquillitas, ne exinde contentiones vel jurgia ſuſcitentur.

Hoc inſuper circa aſſumptionem ſcholarium in dictam
* Fol. 19. a. domum omni ſolicitudine obſervetur, ne qui, * præterquam honeſti, caſti, pacifici, et humiles (quantum humana fragilitas noſſe ſinit) indigentes, ad ſtudium habiles, proficere volentes, et per communem aſſenſum præpoſiti et ſcho-

ſcholarium dicti collegii, ipſis ſcholaribus, vel majore parte eorum, pro ipſis in ſuis conſcientiis deponentibus, electi, in domo prædicta aliqualiter admittantur, qui per unum annum ſub probatione remaneant, et ſuſtentationem recipiant ſupradictam, ſi conditiones in eis oſtenderint prænotatas; et ſi per annum ſic ſe conditionatos exhibuerint, tunc in ſocietatem ejuſdem domus effectualiter admittantur. Proviſo tamen, quod, ſi infra annum, et ante admiſſionem prædictam, apparuerit quomodocunque, ipſos ſic conditionatos non eſſe, vel aliâs intollerabiles, ſtatim, cum per ſocietatem ſupradictam, vel majorem partem ipſius, hoc conſtiterit, expellantur, ſpe regreſſus totaliter fruſtrati. Cauſæ amotionis et expulſionis.

Inſuper ſtatutum eſt, quod, ſi dictorum ſcholarium aliquis religionem intraverit, vel ad alicujus obſequium ſe tranſtulerit, beneficiumve uberius eſt aſſequutus,* vel ab ipſa domo, animo ſtudium deſerendi, receſſerit, vel in ipſa domo ſtudere neglexerit, ad moram ulteriorem faciendam in ipſa domo et ſocietate ſcholarium prædictorum, necnon ad *exhibitionem ſupradictam ulterius recipiendam, totaliter reputetur indignus, ammovendus in forma inferius annotata; et illud idem obſervetur, ſi quemquam, de dicta ſocietate ſcholarium, homicidium, adulterium, furtum, rapinam, perjurium, ſacrilegium, [1] vel ſimoniam, aut aliud grave delictum, committere, ſeu gravem lapſum carnis, vel aliam notam turpitudinis, incurrere contigerit (quod abſit) per quam grave ſcandalum in dicta domo fuerit ſuſcitatum, aut ſi quiſquam eorum rixoſus, ſeu jurgiorum inter ſocios ſuſcitator creber, extiterit, [2] vel eorundem ſociorum percuſſor, aut, quod plus eſt, præpoſiti vel decani, ſeu aliâs intollerabilis in ſocietate prædicta, ut, cum de aliquo præmiſſorum per facti notorietatem, vel alio modo legitimo, conſtiterit, tranſgreſſor hujuſmodi à domo et exhibitione prædictis ammovendus cenſeatur, ſicut prius.

* *et* fol. 4.

* Fol. 19. b.

Item ſtatutum eſt, quod in juramento cujuſlibet ſpecialiter exprimatur, quod in eventu, quo contigerit, eum à dicta domo et ſocietate, ex aliqua de cauſis prædictis, vel alia Juramentum ſocii amoti et expulſi.

---

1 Et *ſupra, fol.* 5. a. 2 Et *ſupra, loc. cit.*

ra-

rationabili, ut præmittitur, amoveri, quod nulla appellatione, querela, aut aliquo alio juris vel conſuetudinis remedio, utetur contra ammotionem hujuſmodi, nec ullam
* Fol. 20. a. perſecutionem faciet, literas vel preces magnatum impetrando, aut aliquid aliud faciendo, quod cedere poſſit in turbationem dictæ ſocietatis ſeu gravamen, quantumcumque ſibi aliâs probitatis et vitæ merita ſuffragentur.

Item ſtatutum eſt, quod ſcholares prædicti teneantur, ſingulis diebus dominicis et feſtis duplicibus, intereſſe divinis officiis, in prædicta eccleſia beatæ Mariæ exequendis, viz. primis veſperis, matutinis, miſſæ, et ceteris horis canonicis, dicendis in eadem eccleſia, et legendo et cantando, prout noverint juvare in eiſdem, niſi cauſa rationabili fuerint impediti, vel per ſuperiorem dictæ domus fuerint licenciati.

Ruſſell. UNIVERSIS, præſentes literas inſpecturis, Johannes, permiſſione divina, Lincolnienſis epiſcopus, ſalutem in Domino ſempiternam.

Noverit univerſitas veſtra, Nos quaſdam ordinationes, per præpoſitum et ſcholares domus ſeu aulæ beatæ Mariæ Oxoniæ, noſtræ dioceſis, de eorum communi et unanimi aſſenſu factas, perpetuis temporibus in eadem domo per eoſdem et ſucceſſores ſuos quoſcunque firmiter obſervandas, ſigillo communi præpoſiti et collegii ſcholarium, eiſ-
* Fol. 20. b. dem appenſo, ſignatas, et * nobis ex parte eorundem exhibitas, inſpexiſſe, eo, quo ſequitur, ſub tenore.

Univerſis, præſentes literas inſpecturis aut audituris, appareat evidenter, quod ea, quæ infra ſcribuntur, ſunt ordinationes, ex unanimi conſenſu præpoſiti et ſcholarium domus beatæ Mariæ et collegii Regis Oxoniæ, vocati **Oriell**, factæ et ſtabilitæ, per ipſos et eorum ſucceſſores perpetuis temporibus futuris ibidem firmiter obſervandæ.

In

In primis, cum in ordinationibus et ſtatutis primariis dictæ domus contineatur, quod, creſcentibus redditibus, quociens hoc contigerit, numerus ſcholarium augeatur, quia, annuente Domino, per bona et eleemoſinas reverendi patris et domini, Johannis Carpenter, quondam Wygornienſis [1] epiſcopi, ac magiſtri Henrici Sampſon, executoris ejuſdem, manerium de Dene, juxta Chepingnorton in comitatu Oxonienſi, præfato collegio eſt perquiſitum et amortizatum, et ad perquiſitionem inſuper ac amortizationem manerii de Overchalkeforde et Netherchalkeforde, prædicto manerio de Dene annexi, magna pecuniæ ſumma eſt ſoluta: hinc ſtatutum eſt et ordinatum, quod ex dictorum maneriorum, ceterorumque reddituum dicti collegii, proventibus, ultra numerum decem ſcholarium in primaria inſtitutione, et ultra numerum quatuor ſcholarium ex beneficiis venerabilis viri Johannis *Franke poſterius ordinatum, unus alius ſcholaris, in et de dioceſi Wigornienſi oriundus, facultatis artium baccalarius duntaxat, in univerſitate Oxonienſi ſtudens, qui prius probabiliter determinaverit in eadem, infra annum poſt datum præſentium erit electus, et, poſt morum probationem, ſecundum formam ſtatutorum dicti collegii imperpetuum ſocium ejuſdem aſſumptus et incorporatus, ſic quod de tempore in tempus erit hujuſmodi ſcholaris, de dicta dioc. Wygornienſi oriundus, ſi quis reperiri poterit in dicto collegio, pro perpetuo continuatus.

1 ſocius magiſtri Carpenter.

* Fol. 21. a.

Scholaris Wigorni.

Erit etiam unus alius de numero decem ſcholarium, in primis collegii ſtatutis ordinato, de præfata dioc. Wygornienſi oriundus, ſi aliquis reperiri poterit ita idoneus ut ceteri, qui duo ſcholares de dicta dioceſi, ſic in dicto col-

---

1 *Qui, juxta Godwini Editionem Anglicanam (nam nihil id genus in Ed. Latina) epiſcopi munus, antequam diem extremum clauſerit, reſignavit. Inde certe ad oram exemplaris penes nos Editionis Anglicanæ hæc ſcripſit eruditus neſcio quis:* In his Will 20 Oct. 1476, & proved 9. Nov. of the ſame yeare, he writes, Joh. Carpynter, nuper Wigorn. Epiſcopus. a Copy of which will is in the Towre of Or. Coll. Pyx. C. D. *Ceterum de munificentia ejus in collegium Orielenſe vide Hiſt. & Ant. Univ. Oxon. L. II. p. 104.*

legio pro perpetuo continuati, ſint oratores præcipui pro antedicto reverendo patre, et domino domino Johanne Carpenter epiſcopo, magiſtro Henrico, parentibus ac benefactoribus eorundem.

3 Capellanus. Unus inſuper capellanus de dicta ſocietate, vel alius de proventibus dictæ domus inveniendus, teneatur, pro perpetuis temporibus, ſpecialiter celebrare pro animabus antedictorum domini Johannis Carpenter epiſcopi, magiſtri
* Fol. 21. b. Henrici, parentum et benefactorum * ſuorum, ac omnium fidelium defunctorum.

Si tamen contingat, dictum manerium de Dene, per aliquem legis proceſſum, aut per aliam quamcunque viam, à dicto collegio amoveri et auferri, nec loco ſic ammoti redditus alii, ſeu bona alia, ipſi collegio qualitercunque proveniant; tunc præfati præpoſitus et ſcholares, et eorum ſucceſſores, ad prædicta onera minime teneantur, ſed ſcholares prædicti collegii imperpetuum ſolemniter obſervabunt anniverſarium in feſto [1] undecim millia Virginum [2], vel circiter, cum Placebo et Dirige pro animabus domini
Lyhert, Nordovicenſis epiſcopi. Johannis Carpenter, domini Walteri Liert, epiſcoporum, dictique magiſtri Henrici, et omnium ejuſdem domus benefactorum. In quorum omnium teſtimonium ſigillum commune domus prædictæ præſentibus eſt appenſum. Datum in capella prædicti collegii Oxoniæ, ultimo die menſis Januarii, anno Domini milleſimo CCCC° LXXXII°.

Nos igitur, inſpectis et diligenter examinatis ordinationibus prædictis, invenientes eaſdem rationabiles et honeſtas, ipſas in dicto collegio perpetuis temporibus obſervandas et tenendas, quantum in nobis eſt, ratificamus, approbamus, et authoritate pontificali confirmamus, reſervantes
* Fol. 22. a. nobis poteſtatem prædictas ordinationes, ſi aliqua obſcura, diminuta vel ambigua, ex eis in futuro reſultare contige-

---

1 *Octob.* 21. 2 *Scilicet SS. Urſulæ & ſociarum ejus. Sed (ut hoc obiter notem) in Codd. aliquibus MSS. Martyrologiorum reperit Sirmondus*, SS. Urſula et undecimilla V. M. *quam & veram lectionem eſſe cenſuit. Nec eſt, cur ego improbem, niſi quod Martyrum numerum diminui nollem.*

rit

rit vel oriri, declarandi, interpretandi, et, ſi neceſſe fuerit, corrigendi, præpoſito et ſcholaribus collegii antedicti firmiter injungentes, quod ipſi ordinationes prædictas ſub juramento eorundem obſervent temporibus perpetuis, et faciant inviolabiliter obſervari. In quorum omnium teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus appoſuimus. Datum ſub ſigillo noſtro in hoſpitio noſtro apud vetus templum quinto die Februarii, anno Domini milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſecundo, et noſtræ conſecrationis anno tertio.

---

*UNIVERSIS, præſentes literas inſpecturis, Willelmus, permiſſione divina, Lincolnienſis epiſcopus, ſalutem in Domino ſempiternam. *Fol. 23. a. Smithe.

Noverit univerſitas veſtra, Nos quaſdam ordinationes, per præpoſitum et ſcholares domus ſeu aulæ beatæ Mariæ Oxoniæ, noſtræ dioceſis, de eorum communi et unanimi aſſenſu factas, perpetuis temporibus in eadem domo per eoſdem et ſucceſſores ſuos quoſcunque firmiter obſervandas, ſigillo communi præpoſiti et collegii eorundem ſcholarium, eiſdem appenſo, ſignatas, et nobis ex parte eorum exhibitas, inſpexiſſe, eo, qui ſequitur, ſub tenore.

Univerſis, præſentes literas inſpecturis aut audituris, appareat evidenter, quod ea, quæ infra ſcribuntur, ſunt ordinationes, ex unanimi conſenſu præpoſiti et ſcholarium domus beatæ Mariæ et collegii Regis Oxoniæ, vocati **Oriell**, factæ et ſtabilitæ, per eos, et eorum ſucceſſores, perpetuis futuris temporibus firmiter obſervandæ.

*In primis, cum in ordinationibus et ſtatutis primariis dictæ domus et collegii contineatur, quod, creſcentibus dictæ domus bonis et redditibus, quoties hoc contigerit, numerus ſcholarium augeatur in eodem, quia reverendus in Chriſto pater et dominus, dominus Willelmus, Lincolnienſis epiſcopus, zelo charitatis et intuitu pietatis indu- *Fol. 23. b.

ctus, immenſa prædicto collegio beneficia, in laudem Dei, exaltationem fidei et divini cultus, ac numeri ſcholarium ibidem augmentum, conceſſit, ac, inter cetera ſuæ largitatis beneficia, quandam ſummam trecentarum librarum, bonæ monetæ Angliæ, ſociis dicti collegii, et ipſi collegio antedicto, de ſua munificentia contulit, donavit et realiter tradidit: hinc ſtatutum eſt et ordinatum, de unanimi conſenſu præpoſiti et ſcholarium dicti collegii, quod ex proventibus dicti collegii, ultra numerum decem ſcholarium, in ſtatutis primæ ordinationis expreſſum; ultra etiam numerum quatuor ſcholarium, ex beneficiis venerabilis viri Johannis Franke, poſterius ordinatum; ac etiam ultra unum ſcholarem, ex beneficiis venerabilis patris Johannis Carpenter, quondam Wigornienſis epiſcopi, ſtabilitum, unus alius ſcholaris, in et de dioceſi Lincolnienſi oriundus, facultatis artium baccalarius duntaxat, in univerſitate Oxonienſi ſtudens, qui prius probabiliter determinavit in eadem, infra annum poſt datum præſentium * erit electus, et, poſt morum probationem, juxta formam ſtatutorum dicti collegii in perpetuum ſocium ejuſdem aſſumptus erit et incorporatus, ſic quod de tempore in tempus erit hujuſmodi ſcholaris, de dioceſi antedicta Lincolnienſi oriundus, ſi quis reperiri poterit, in dicto collegio perpetuo continuatus.

10 in primaria fundatione.
quatuor magiſtri Franke.
1 per Carpenter.
Numerus Scholarium 16.

* Fol. 24. a.

Item ſtatutum eſt, quod unus ex ſociis dicti collegii ſacerdos ad cantariam non obligatus ultra jus collegii ſui, ſi talis in collegio reperiatur, alioquin alius honeſtus capellanus, quatuor marcas de proventibus dicti collegii percipiet annuatim, qui pro ſalute animæ dicti patris reverendi Lincolnienſis epiſcopi, et animarum parentum, prædeceſſorum et ſucceſſorum ſuorum epiſcoporum Lincolnienſium, in capella beatæ Mariæ virginis, infra eccleſiam parochialem ejuſdem beatæ virginis, dicto collegio in univerſitate Oxonienſi appropriatam, orabit et in perpetuum celebrabit.

4 Capellanus.

Inſuper ſtatutum eſt, quod, poſtea quam præfatus reverendus pater Lincolnienſis epiſcopus mortem cum vita commutaverit, dicti præpoſitus et ſcholares annuas ſibi, et dictis ſuis parentibus et prædeceſſoribus, exequias in die an-

anniverſarii ſui ſolemniter obſervabunt. Quorum præpoſitus (ſi præſto ſit in ipſis exequiis) viginti denarios, et quilibet ſcholaris præſens decem denarios recipiet.

Inſuper ordinatum eſt, quod ſinguli ſacerdotes de dicta *ſocietate, in ſingulis ſuis miſſis celebrandis, in quibus me- * Fol. 24. b.
moriæ juxta morem eccleſiæ conſuetum dici ſolent, præfatum reverendum patrem ſuis orationibus cum collecta, *Rege, quæſumus, Domine, famulum tuum Willelmum, pontificem noſtrum* et c. dum ſuperſtes fuerit, et, poſtquam fuerit viam univerſæ carnis ingreſſus, cum [1] colecta, *Deus, qui inter Apoſtolicos ſacerdotes* et c. cum ſecretis et poſtcommunionibus, ad ipſas collectas pertinentibus, commendare teneantur imperpetuum.

Poſtremo, in omnibus ſanctis orationibus, quibus præpoſitus, ſocii et ſcholares dicti collegii aſtricti ſunt, præfatum reverendum patrem inter præcipuos benefactores dicti collegii nominare et commendare imperpetuum tenebuntur. In quorum omnium et ſingulorum fidem et teſtimonium præmiſſorum, ſigillum commune domus ſive collegii antedicti præſentibus eſt appenſum. Datum in capella collegii prædicti Oxoniæ quinto die menſis Maii, anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptimo.

Nos igitur, inſpectis et diligenter examinatis ordinationibus prædictis, invenientes eaſdem rationabiles et honeſtas, ipſas in dicto collegio perpetuis temporibus obſervandas et tenendas, quantum in nobis eſt, ratificamus, approbamus et authoritate pontificali noſtra confirmamus, reſervantes nobis poteſtatem prædictas ordinationes, ſi aliqua ex eis obſcura, diminuta, vel ambigua, in futurum reſul- * Fol. 25. a.
tare contigerit vel oriri, declarandi et interpretandi, et, ſi neceſſe fuerit, corrigendi, præpoſito et ſcholaribus collegii antedicti firmiter injungentes, quod ipſi ordinationes prædictas ſub juramento eorum obſervent temporibus perpetuis, et faciant inviolabiliter obſervari. In quorum omnium et ſingulorum fidem et teſtimonium præmiſſorum, ſigillum noſtrum eſt præſentibus appenſum. Datum ſepti-

[1] *Sic.*

mo

mo die menſis Maii, anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptimo, et noſtræ conſecrationis anno duodecimo.

---

* Fol. 25. b. * UNIVERSIS Sanctæ Matris eccleſiæ filiis, ad quos præſentes literæ pervenerint, et præſertim his, quos infra ſcripta tangunt, aut tangere poterunt quomodolibet in futurum, Willelmus, permiſſione divina, Lincolnienſis epiſcopus, ſalutem in Domino ſempiternam.

Smithe.

Ad univerſitatis veſtræ noticiam deducimus, et deduci volumus, per præſentes, quod nos quaſdam ordinationes, per dilectos in Chriſto filios præpoſitum et ſcholares domus beatæ Mariæ ſive collegii Regalis Oxoniæ, vocati **Orielī**, noſtrarum dioceſis et juriſdictionis, de ipſorum unanimi conſenſu et aſſenſu, perpetuis futuris temporibus obſervandas, factas et in ſcriptis redactas, ſigilloque communi eorundem præpoſiti et ſcholarium in cera rubea impreſſo munitas, nobiſque pro parte et per partem eorundem præpoſiti et ſcholarium realiter præſentatas, [1]recepimus, tenorem, qui ſequitur, in ſe continentes.

Univerſis, præſentes literas inſpecturis, appareat evidenter, quod ea, quæ infra ſcribuntur, ſunt ordinationes, ex unanimi conſenſu et aſſenſu præpoſiti et ſcholarium do-

* Fol. 26. a. mus beatæ Mariæ et collegii Regis Oxoniæ, * vocati **Orielī**, Lincolnienſis dioceſis, factæ et ſtabilitæ per ipſos et eorum ſucceſſores, perpetuis futuris temporibus ibidem obſervandæ.

In primis, quia, annuente Domino, per beneficia et pias elemoſinas quorundam benefactorum dictæ domus et collegii, manerium de Schinnyngdon præfato collegio eſt perquæſitum et amortizatum, ea intentione, ut prædictorum ſcholarium tenuitas in aliquo corporis operimento pie [2]relevari poſſit, non obſtantibus enim prioribus ordinationi-

---

1 Recipimus, *MS.* 2 Relevare *MS.*

bus

bus dictæ domus et collegii, in quibus cavetur, quod, crescentibus dictæ domus redditibus, quotiens hoc contigerit, tocies numerus scholarium augeatur; Nos dicti præpositus et scholares unanimi consensu ordinamus et statuimus, quod prædictus præpositus percipiat quolibet secundo anno quinque virgatas panni, quilibet vero dictorum scholarium, in perpetuitatem admissorum, qui studendi gratia per [1]majorem ipsius biennii, præcedentis hujusmodi distributionem, in prædicto collegio præsentiam exhibuit corporalem, consimili modo quinque virgatas panni sumptibus dicti collegii percipiat imperpetuum, proviso semper, quod, si contingat numerum scholarium in futuris temporibus augeri, adeo quod redditus prædictarum terrarum pro dicta libratura non * sufficiat, tunc quindecim seniorum prædictorum scholarium [2]solumodo prædictæ liberaturæ participes fiant, donec prædictus redditus ea intentione sufficienter pro singulis augeatur. Et si tamen contingat (quod absit) dictum manerium de Schynnyngton per aliquem legis processum, aut per aliam quamcunque viam, à dicto collegio amoveri et auferri, nec loco sic amoti redditus alii, seu bona alia, ipsi collegio prædicto qualicunque proveniant, tunc prædictum collegium ad dicta onera supportanda minime teneatur.

Liberata singulis bienniis, præpositi & sociorum.

* Fol. 26. b.

Præterea, licet in ordinationibus, per præpositum et scholares dictæ domus prius factis, contineatur, quod dictus præpositus singulis annis percipiat pro communiis suis, pro roba sua, et stipendio cujusdam famuli, sibi deservientis, decem marcas, de bonis supradicti collegii, et inde mensam per se teneat, vel communias suas inter socios de dicta societate ponat quandocunque sibi placuerit; licet etiam contineatur, quod decanus pro suis laboribus decem percipiat solidos, duo vero thesaurarii decem solidos, quorum uterque quinque percipiat solidos: Nos tamen dicti præpositus et scholares, considerantes multiplices eorum fore labores nunc, ultra tempus primariæ fundationis, ordinamus, quod præpositus * dictæ domus, præter decem mar-

* Fol. 27. a.

---

1 *Subintellige*, partem. 2 *Sic.*

cas

Præpoſiti ſtipendium. Stipendium theſaurariorum et decani.

cas prædictas, communias ſuas percipiat ſicut unus prædictorum ſcholarium, quoties et quamdiu ſuam corporalem ibidem [1] exhibuit præſentiam. Et quod decanus, qui pro tempore fuerit, pro ſtipendio officii ſui percipiat annuatim viginti ſolidos, et theſaurariorum quilibet treſdecem ſolidos et quatuor denarios.

Et inſuper volumus et ordinamus, quod decanus in Regiſtro communi, ad hoc ordinato, ſcribat, ſeu ſcribi faciat, omnia acta et decreta, per præpoſitum et ſcholares dicti collegii capitulariter facta, pro quibus percipiat decanus, ultra penſionem prædictam, VI^s. et octo denarios de proventibus dicti collegii imperpetuum. In quorum omnium teſtimonium, ſigillum noſtrum præſentibus appoſuimus. Datum in collegio prædicto Oxoniæ viceſimo tertio die menſis Octobris, anno Domini milleſimo quingenteſimo quarto.

Quibus ordinationibus per nos diligenter inſpectis, ac deliberatione provida examinatis, quia invenimus eaſdem ordinationes ſatis rationabiles et honeſtas, ac honorem et utilitatem dicti collegii et degentium in eodem non mediocriter reſpicientes, Nos, ad inſtantem requiſitionem dictorum præpoſiti et ſcholarium, eaſdem ordinationes omnes et ſingulas, quantum in nobis, authoritate noſtra ordinaria et pontificali ratificamus, approbamus, ac pro nobis et ſucceſſoribus noſtris confirmamus, * eaſque robur perpetuæ firmitatis habere volumus et ordinamus, ſtatuentes et firmiter injungentes, quod præfati præpoſitus et ſcholares moderni, ac quicunque ſucceſſores ſui in eodem collegio, dictas ordinationes, et ſingula contenta in eiſdem, juxta omnem tenorem, vim, formam et effectum earundem, diligenter perpetuis futuris temporibus obſervent, et faciant inviolabiliter obſervari. Et ſi quid dubium, obſcurum ſive diminutum, in præmiſſis reperiri contigerit in poſterum, illud interpretandi et declarandi, ac, ſi opus fuerit, dictas ordinationes corrigendi et reformandi, nobis et ſucceſſoribus noſtris tenore præſentium reſervamus poteſtatem. In

* Fol. 27. b.

1 *F.* exhibuerit.

quo-

quorum omnium et ſingulorum præmiſſorum teſtimonium atque fidem, ſigillum noſtrum eſt præſentibus appenſum. Datum in hoſpitio noſtro apud vetus templum Londoniæ viceſimo die menſis Novembris, anno Domini milleſimo quingenteſimo quarto, et noſtræ conſecrationis anno nono.

---

* *Onera capellani Wylcottes, ſive compoſitio ejuſdem.* * Fol. 28. a.

HÆC Indentura, facta inter Henricum Sampſon, præpoſitum collegii Regis Oxoniæ, vocati **the Oriell**, in comitatu Oxoniæ, et ejuſdem collegii ſcholares, ex una parte, et Thomam Willcotes, armigerum, et Petrum abbatem et conventum de Bruera in Comitatu Oxoniæ, ex altera parte, teſtatur, quod prædictus Thomas conceſſit præfato præpoſito et ſcholaribus, et eorum ſucceſſoribus, quod ipſe Thomas, pro certa pecuniarum ſumma, eidem Thomæ ſolvenda, et pro certis oneribus et pietatis operibus ſubſcriptis, per ipſos præpoſitum et ſcholares ac ſucceſſores ſuos perpetue ſupportandis et ſuſtinendis, feoffabit, citra feſtum Paſchæ proximo futurum poſt datum præſentium, de et in manerio ſuo de Overchalforde in [1] comitatu Oxoniæ, et in omnibus terris et tenementis, reditibus et ſerviciis, ſuis, cum pertinentiis, in Netherchalforde in eodem comitatu, Johannem Carpenter, Dei gratia, Wigornienſem epiſcopum, Ricardum Chokke militem, Thomam Haukins archidiaconum Wigornienſem, Rogerum Power, Willelmum Bekyngham armigeros, Thomam Ranke clericum, rectorem eccleſiæ de Stonam Aſpall de comitatu Southfolchiæ, Johannem Parker mercatorem, Robertum Skeyman clericum, rectorem de * Northcreyke in comitatu Northfolchiæ, Thomam Sadeler clericum, et Willelmum Pomery de Abyndon, habendis eis, heredibus et aſſignatis ſuis imperpetuum, ad intentionem, quod ipſi Johannes Carpenter Wigornienſis epiſcopus, Ricardus Chokke, Thomas Haukyns, Rogerus * Fol. 28. b.

---

1 Comitate *MS.*

Power, Willelmus Bekyngham, Thomas Ranke, Johannes Parker, Robertus Skeyman, Thomas Sadeler, Willelmus Pomery, permittent ipſum Thomam habere et percipere exitum et proficuum, de eiſdem manerio, terris et tenementis, provenientia, durante vita ſua, abſque aliqua [1]impetitione, perturbatione vel impedimento prædictorum Johannis Carpenter Wigornienſis epiſcopi, Richardi Chokke, Thomæ, Rogeri, Willelmi, Thomæ, Johannis, Roberti, Thomæ, et Willelmi, vel alicujus illorum, et quod ipſi Johannes Carpenter Wigornienſis epiſcopus, Ricardus Chokke miles, Thomas Haukins archidiaconus Wigor. Rogerus Power, Willelmus Bekingham armiger, Thomas Ranke clericus, rector eccleſiæ de Stonam Aſpall, Johannes Parker mercator, Robertus Skeyman clericus, rector de Northcreyke, Thomas Sadeler clericus, et Willelmus Pomery de Abingdon, vel ipſi eorum, qui ſupervixerint, poſt mortem ipſius Thomæ Wilcotes, ad cuſtus et expenſas prædictorum præpoſiti et ſcholarium, vel ſucceſ-
* Fol. 29. a. ſorum ſuorum, facient ſtatum de et * in manerio, terris, et tenementis, reditibus et ſerviciis, prædictis, cum pertinentiis præfatis, præpoſito et ſcholaribus, vel ſucceſſoribus ſuis, quam cito ad hoc faciendum fuerint requiſiti ſive petiti, habendis et tenendis eis et ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, ad onera et pietatis opera ſubſcripta ſupportanda et ſuſtinenda; et prædictus præpoſitus et ſcholares concedunt præfato Thomæ, ac præfato abbati et conventui, et ſucceſſoribus ſuis, quod idem præpoſitus et ſcholares, ac ſucceſſores ſui, ex tunc imperpetuum pro manerio, terris ac tenementis, reditibus et ſerviciis, præfatis, in forma præ-
5 Capellanus. dicta habendis, invenient unum capellanum de ſeipſis, vel alium idoneum, ſingulis diebus celebraturum in eccleſia beatæ Mariæ Oxoniæ, ad altare in capella beatæ Mariæ virginis, niſi aliqua cauſa rationabili impediatur, et ſpecialiter oraturum pro animabus Johannis Wilcottes, Aliciæ ac Elizabet nuper uxorum ſuarum, Elizabet et Margaretæ filiarum ejuſdem Johannis, Thomæ Gilmi et Eliza-

1 Impetatione, *MS.*

bet

bet Malbon, et pro animabus ipſorum Thomæ et Alianoræ, poſt deceſſum eorum ab hac luce, et pro animabus omnium fidelium defunctorum, et quod ipſi præpoſitus, ſive ejus vicem gerens, et ſcholares et ſucceſſores ſui ſemel quolibet anno imperpetuum, viz. die Veneris in craſtino Aſcenſionis Domini, poſt veſperias dicent pro animabus prædictorum * in eccleſia beatæ Mariæ prædicta, Placebo et Dirige cum nota, et die, ſaltem in craſtino ejuſdem diei, Veneris, miſſam de requie cum nota, ſpecialiter orando pro animabus prædictorum, et invenient duos cereos de cera [1]comburentes circa feretrum prædicti Johannis comburentes, tam ad exequias quam ad miſſam pro anima dicti Johannis, et ſingulis annis, die ſabbati proximo poſt feſtum Aſcentionis Domini, mittent unum ſcholarem capellanum, ſeu alium capellanum idoneum, uſque Magnam Tyew in comitatu prædicto, qui in eccleſia parochiali ibidem dicet, vel dici faciet, poſt veſperas, pro animabus prædictorum, Placebo et Dirige, ſi Curatus illius eccleſiæ hoc permittere voluerit, et in craſtino ejuſdem diei miſſam de requie cum nota, ſi ſufficienter coadjutores ibidem interfuerint, ſin autem, ſine nota, cum una collatione, inter altæ miſſæ illius diei dominicæ ſolennia dicenda, ad monendum et inducendum populum parochiæ illius, de habendo animas prædictorum eorum orationibus ſpecialiter recommendant. * Fol. 29. b.

Et ulterius idem præpoſitus et ſcholares, ac ſucceſſores ſui, ſpecialiter orabunt pro bono ſtatu prædictorum Thomæ Wilcottes et Alianoræ uxoris ſuæ, dum in humanis egerint, et poſt eorum, et alterius eorum deceſſum, idem præpoſitus et ſcholares, ac ſucceſſores ſui, annuatim imperpetuum per capellanum idoneum de ſeipſis, vel alium, proxima dominica poſt feſtum Sanctæ * Trinitatis, ſervabunt obitum eorundem Thomæ et Alienoræ, et alterius eorum prius decedentis, in eccleſia parochiali de Spellisbury in prædicto comitatu Oxoniæ, viz. dicendo, die ſabbati proximo ante dictam dominicam diem, poſt veſperas, Place- * Fol. 30. a.

1 *Sic.*

bo et Dirige, ſi Curatus illius eccleſiæ hoc permittere voluerit; et in craſtino miſſam de requie cum nota, ſi ſufficienter coadjutores ibidem interfuerint et voluerint ad hoc juvare; ſin autem, ſine nota, cum una collatione inter altæ miſſæ illius dominicæ ſolennia, ad exhortandum, monendum et inducendum populum ejuſdem parochiæ, de habendo animas ipſorum Thomæ et Alienoræ, et eorum alterius prius [1]decedentis, et animas prædictorum Johannis Wilcotes, Aliciæ et Elizabet nuper uxorum ſuarum, Elizabet et Margaretæ filiarum ſuarum, Thomæ Gilmī et Elizabet Malbon, in orationibus ſuis ſpecialibus, ut prædictum eſt, recommendant.

Et poſt amborum ipſorum Thomæ Wilcotes et Alienoræ obitum, dictus præpoſitus et ſcholares, ac ſucceſſores ſui, ſemel quolibet anno imperpetuum, per capellanum idoneum, ſervabunt obitum eorundem Thomæ Wilcotes et Alienoræ in prædicta eccleſia parochiali de Spellisbury, dominica prius aſſignata, cum collatione ibidem dicenda in forma prædicta, monendo populum ibidem exorare nominatim pro animabus ſupradictis, ſi Curatus illius eccle-
* Fol. 30. b. ſiæ hoc permittere * voluerit.

Et quotienſcunque prædictus præpoſitus et ſcholares, ac ſucceſſores ſui, in dictis exequiis præfati Johannis Wilcottes in præfata eccleſia beatæ Mariæ Oxoniæ, die Veneris in craſtino Aſcentionis Domini, interfuerint, quilibet eorundem præpoſiti et [2]ſcholarium, ſic ibidem intereſſentium, habebit et percipiet decem denarios, per manus dicti Thomæ Wilcottes, durante vita ſua, et poſt deceſſum ejuſdem Thomæ per manus Theſaurariorum collegii prædicti pro tempore exiſtentium, percipiendos.

Et ulterius idem Thomas Wilcottes concedit præfato nominato præpoſito et ſcholaribus, ac eorum ſucceſſoribus, quam cito eidem Thomæ ſolutum fuerit de ſumma pecuniarum, inter ipſum et præfatum præpoſitum et ſcholares concordata, idem Thomas ex tunc ſingulis annis, durante vita ſua, ſolvet, aut ſolvi faciet, præfato capellano, in præ-

1 Decedentium, *MS.* 2 Scholares, *MS.*

di-

dicta eccleſia beatæ Mariæ Oxoniæ pro animabus prædictis celebranti, quinque marcas pro ſalario ſuo in Oxonia, ac prædicti præpoſiti et ſcholarium ac ſucceſſorum ſuorum de et pro ſalario illo.

Et prædictus nunc præpoſitus et ſcholares concedunt præfato Thomæ, ac præfato abbati et conventui, et eorum ſucceſſoribus, quod, quocieſcunque contigerit, ipſos præpoſitum et ſcholares, vel ſucceſſores ſuos, in obſervatione et perimpletione præmiſſorum, ex parte ſua obſervandorum et perimplendorum, in parte vel in toto deficere, ſeu remittere et negligere in obſervatione eorundem exiſtere, tocies idem * præpoſitus et ſcholares, ac ſucceſſores ſui, ſolvent præfato abbati et ſucceſſoribus ſuis quinque marcas legalis monetæ Angliæ, nomine pœnæ; ad quas quidem quinque marcas ſic nomine pœnæ ſolvendas, idem nunc præpoſitus et ſcholares obligant ſe, et ſucceſſores ſuos, præfato abbati et conventui, et ſucceſſoribus ſuis, per præſentes. * Fol. 31. a.

Proviſo tamen, quod, ſi dictum manerium de Overchalkeforde, cum pertinentiis, in comitatu Oxoniæ, ac omnia terrarum tenementa, reditus et ſervitia in Netherchalkeforde, extra poſſeſſionem noſtram, ſive ſucceſſorum noſtrorum, ſine fraude et malo ingenio noſtrûm prædictorum præpoſiti et ſcholarium, aut ſucceſſorum noſtrorum, evincantur, aut juridice et ſecundum debitum legis proceſſum à nobis recuperentur (quod abſit) tunc prædicti præpoſitus et ſcholares, et eorum ſucceſſores, ab omni onere prædicto ſupportando, ac à ſolutione prædictarum quinque marcarum, nomine pœnæ abbati et conventui de Bruera ſolvendarum, ſint quieti et imperpetuum exonerati, iſto ſcripto indentato in aliquo non obſtante. In cujus rei teſtimonium, dictæ partes ſua ſigilla alternatim appoſuerunt. Datum decimo die Novembris, anno Domini 1471, et anno Edwardi quarti undecimo.

---

*Fol. 31. b. *THOMAS Wilcottes, ſepultus apud Spellisbury, ordinavit, ut obitus patris ejus, tumulati apud Magnam Tew, ſervetur ibidem dominica infra Octavas Aſcentionis, cum contione ad populum ibidem; et obitus ejuſdem Thomæ ſervetur apud Spellesbury dominica intra Octavas Corporis Chriſti, cum contione ad populum ibidem. Concionator tenetur tempore contionis hortari populum ad orandum pro animabus Thomæ Wilcottes et Alienoræ uxoris ejus, et pro anima Johannis Wilcottes patris dicti Thomæ, et Aliciæ ac Elizabet uxorum dicti Johannis, Elizabet et Margaretæ filiarum dicti Johannis, et pro anima Thomæ Gilmi et Elizabet Malbon.

Concio apud Tewe magna.

Concio apud Spelſburye.

---

*Fol. 32. b. *JOHANNES Longlonde, permiſſione divina, Lincolnienſis epiſcopus, dilectis noſtris præpoſito et ſociis collegii de Oriell, infra univerſitatem Oxonienſem, noſtrarum dioceſis et juriſdictionis, ſalutem, gratiam et benedictionem.

Viſitantibus nobis nuperime jure noſtro ordinario idem collegium veſtrum, nonnulla, reformatione et correctione digna, nobis detecta et delata fuerunt. Has igitur Injunctiones ſubſcriptas vobis tranſmittimus, quas omnes et ſingulas inviolabiliter per vos reſpective obſervari volumus et mandamus, ſub pœnis in eiſdem reſpective ſpecificatis, juxta et ſecundum omnem vim, formam et effectum earundem.

Inprimis, quia in eadem viſitatione noſtra ordinaria detectum eſt, profectum ſtudii liberalis decreſcere, per abſentiam præpoſiti ejuſdem collegii, injungimus tibi præpoſito dicti collegii moderno, ut diligentius et frequentius invigiles circa curam dicti collegii, et reſideas in eodem per-

*Fol. 33. a. ſonaliter, juxta *et ſecundum vim, formam et effectum ſta-

ſtatutorum, et ſecundum laudabiles conſuetudines ejuſdem collegii, ſub pœna contemptus.

Item injungimus tibi præpoſito, et in tua abſentia decano ejuſdem collegii, quod effectualiter admoneatis omnes et ſingulos baccalarios dicti collegii, ut diligenter obſervent horas debitas et conſuetas in Liberaria ejuſdem nocturnatim, ac omnes alias laudabiles, antiquas et legitimas conſuetudines ipſius collegii, ſecundum ſtatuta et conſuetudines laudabiles ejuſdem, nec tam paſſim extraneos in cubicula ſua inducant; ac etiam, quod antiquam modeſtiam, reverentiam et humilitatem erga ſuos ſuperiores omnino obſervent, ſeque obedientes et corrigibiles omnimodo oſtendant, ſub pœna perditionis communiarum ſuarum pro qualibet vice per tres dies.

Item injungimus decano dicti collegii, qui pro tempore fuerit, quod, in abſentia præpoſiti ejuſdem, ſit magis diligens in corrigendo et reformando defectus et exceſſus ſociorum, et præcipue baccalariorum dicti collegii delinquentium, ſub pœna contemptus.

Injungimus etiam omnibus et ſingulis ſociis dicti collegii, ut nullus eorum curæ deſerviat animarum quovis pacto, contra exigentiam ſtatutorum et laudabilium conſuetudinum dicti collegii, ſub pœna privationis communiarum * Fol. 33. b.
ſuarum per unum menſem integrum pro qualibet ſeptimana, qua ſic curæ deſerviet.

Injungimus præterea vobis omnibus et ſingulis ſociis collegii prælibati, ut obedientes ſitis præpoſito et decano ejuſdem collegii, ac quilibet veſtrûm ſic obediens ſit ſuo ſenio- Obedientia juniorum in ſeniores.
ri, ſuiſve ſenioribus, juxta ſtatuta et conſuetudines collegii ſæpedicti laudabiles, ſub pœna expulſionis à ſocietate dicti collegii, ſi tertia vice culpabilis inveniatur.

Et quia invenimus in dicta noſtra viſitatione ordinaria, diſputationes dicti collegii et dubia earundem multociens remanſiſſe inſoluta, defectu magiſtrorum ſeniorum, qui deberent intereſſe et eadem ſolvere, vobis igitur præpoſito et decano, omnibuſque et ſingulis ſociis ſenioribus dicti collegii, injungimus, ut ſingulis diſputationibus futuris in eodem collegio interſitis, alioſve intereſſe faciatis, qui dicta

cta dubia ſolvere poſſint et velint, juxta ſtatuta et laudabiles conſuetudines dicti collegii, ſub pœnis in hujuſmodi ſtatutis ſpecificatis, quas pœnas vos præpoſitum et decanum, ſine aliquo favore, exequi volumus et mandamus, ſub pœna contemptus.

Item injungimus et præcipimus, ut unus theſaurarius di-
* Fol. 34. a. cti collegii impoſterum nullos proventus aut pecunias ejuſdem collegii recipiat aut exponat, altero inconſulto, et quod iidem theſaurarii perpetuis futuris temporibus omnes
Theſaurarii. et ſingulas pecunias illius collegii receptas in ciſta theſaurariorum, juxta antiquam conſuetudinem ſæpefati collegii, reponant, et eaſdem ſic repoſitas inſimul, prout neceſſitas exegerit, et non aliâs nec alio modo, extrahant, ſub pœna privationis dicti officii infra collegium prædictum imperpetuum. Injungimus itaque vobis præpoſito et theſaurariis
pes compoti. prærecitatis, ut, in ſingulis ſupputationibus futuris, tres pedes compoti adinvicem concordantes fideliter conſcribi faciatis, quorum unus penes præpoſitum ſive decanum, et alii duo penes theſaurarios dicti collegii continue remaneant, juxta antiquam conſuetudinem dicti collegii, ſub pœna contemptus.

Præterea injungimus vobis præpoſito et decano, ſub pœna contemptus, quod nullus ſocius, etiam magiſter, dicti collegii proficiſcatur in patriam, aut ad parentes, quovis pacto impoſterum, abſque ſpeciali licentia veſtra, ſeu alterius veſtrûm, primitus petita, et ex rationabili cauſa con-
* Fol. 34. b. ceſſa et obtenta. Et quod unicuique ſocio, ſive * magiſtro, collegium ſic exeunti, tam in termino, quam temporibus vacationum, præfigatur terminus competens arbitrio veſtro, ſeu alterius veſtrûm, redeundi ad collegium prædictum. Ita tamen, quod idem terminus non excedat ſexaginta dies in anno, ſimul vel interpellatim, niſi ex magna et urgenti cauſa, per vos et duos ſeniores primitus approPœna abſentis ſe à collegio. banda, ſub pœna privationis communiarum poſt regreſſum ſuum tanto tempore, quanto ſe longiori tempore abeſſe ab univerſitate contingat.

Injungimus inſuper vobis præpoſito, decano et ſociis omnibus dicti collegii, ut poſſeſſionem cujuſdam ſilvæ veſtræ,

ſtræ, vocatæ **Orielī wode**, juxta Oxoniam, quam jamdudum veſtris incuria, et negligentia (ut ex detectis in viſitatione noſtra hujuſmodi manifeſtiſſime conſtat) negligenter et inconſulte amiſiſtis, omnibus, quibus poteritis, juris remediis vendicetis, ſeu ſic vendicari faciatis cum effectu. Silva. **Oriel Wood** vocata.

Injungimus præterea omnibus et ſingulis ſociis dicti collegii, tam magiſtris quam baccalariis, ut amodo non ſint negligentes in diſputationibus ſuis ordinariis, et aliis, quemadmodum retroactis temporibus fuerunt, ſed ut unuſquiſque eaſdem diſputationes ſolicite, vigilanter et diligenter obſervet, et curſorie exerceat atque defendat, juxta et ſecundum ſtatuta ac antiquum ritum ejuſdem collegii, nec abſentet ſe ab eiſdem ullo pacto, ſub pœna per diſcretionem præpoſiti, ſive, in ejus abſentia, decani, infligenda, mandantes, ut neque præpoſitus neque decanus negligenter ſe oſtendat in hujuſmodi pœnis imponendis, ſub pœna communiarum perdendarum pro qualibet vice per unum diem completum. * Fol. 35. a.

Injungimus quoque omnibus et ſingulis baccalariis dicti collegii, ut, [1] recentioribus literis linguaque Latina et operibus poëticis poſtpoſitis, antiquioribus literis, ſtudiis et terminis Doctorum antiquorum, quibus ordinarias ſuas diſputationes utilius exercere, tueri et defendere poſſint, principaliter intendant.

Injungimus ulterius vobis præpoſito, decano, et ſociis omnibus ac ſingulis dicti collegii, ut deinceps togæ veſtræ ſint conſutæ ſecundum modum et formam aliorum honorabilium collegiorum dictæ univerſitatis, ſub pœna perditionis communiarum veſtrarum, quamdiu negligentes fueritis in ea parte, et donec reformetur.

Injungimus etiam vobis præpoſito et decano, ac ſociis omnibus, ut, infra unum menſem poſt receptionem præſentium, compleatur numerus ſociorum dicti collegii, et ſic completus de tempore in tempus continuo obſervetur, et ſic plenus, quociens ſocietas [2] vacare contigerit, infra * Fol. 35. b.

1 Recenſioribus *MS.* 2 Vacari *MS.*

unum menſem, quo locus ſic vacaverit, niſi aliqua evidens, juſta, neceſſaria et rationabilis cauſa averſetur, ſub pœna contemptus. Et quod heæ noſtræ Injunctiones, ad perpetuam rei memoriam, in fine libri Statutorum veſtrorum ſcribantur, ac ſemel quolibet anno publice legantur coram ſociis dicti collegii ſub eadem pœna. In quorum omnium et ſingulorum fidem atque teſtimonium, ſigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum. Datum ſub ſigillo noſtro hujuſmodi XX°. die menſis Maii, anno Domini milleſimo quingenteſimo XXXI°. et noſtræ conſecrationis anno undecimo.

Johannes Lincoln̄.

---

*Fol. 36. a. *ILLUSTRISSIMI in Chriſto principis et domini noſtri, domini Henrici octavi, Dei gratia, Angliæ, Fraunciæ, et Hiberniæ Regis, fidei defenſoris, et in terra eccleſiæ Anglicanæ et Hibernicæ ſupremi capitis, authoritate ſuprema eccleſiaſtica, ad exercendum juriſdictionem eccleſiaſticam infra dioceſin et juriſdictionem noſtras, legitime munitus, Johannes, permiſſione divina, Lincolnienſis epiſcopus, dilectis noſtris præpoſito, decano, ſociis et ſcholaſticis collegii Oriell̄ in Oxonia, noſtræ juriſdictionis, ſalutem in Domino.

Cum nos, nuperime collegium veſtrum hujuſmodi per vicarium noſtrum in ſpiritualibus generalem actualiter viſitantes, nonnulla reformatione digna comperimus et invenimus in eodem, vobis et cuilibet veſtrûm has injunctiones noſtras ſubſcriptas tranſmittimus, quas à vobis et quolibet veſtrûm inviolabiliter obſervari volumus, quatenus
Fol. 36. b. vos et quemlibet veſtrûm reſpective concernunt, ſub pœnis in eiſdem inferius deſcriptis et limitatis. Mandantes, ut

ut heæ noſtræ Injunctiones in tali loco cuſtodiantur, ut quilibet ſocius liberum ingreſſum habeat ad eaſdem legendas, cum voluerit.

Inprimis injungimus omnibus et ſingulis ſociis ejuſdem collegii, ad ſtudium theologiæ admiſſis et impoſterum admittendis, ut, poſt ſuam hujuſmodi admiſſionem, deceptationibus philoſophicis in eodem collegio exercendis interſint, quouſque tres completos annos poſt eandem admiſſionem compleverint, niſi aliquo legitimo impedimento, arbitrio præpoſiti, aut, in ejus abſentia, decani, et duorum ſociorum ejuſdem collegii comprobando, legitime præpediti fuerint, ſub pœna perditionis communiarum ſuarum in eodem collegio per duos dies, pro qualibet vice, qua negligentes fuerint in hac parte, et quod quilibet magiſter ſingulis diſputationibus philoſophicis in collegio præparet et formet unam honeſtam rationem ac argumentationem, ſub eadem pœna.

Item injungimus magiſtris Edmundo Criſpyn, Anthonio Alboyne et Johanni Gore, ſociis ejuſdem collegii, ut ſtudeant philoſophiæ diligenter, ſecundum exigentiam ſtatutorum, quouſque, juxta ejuſdem collegii ritum, admiſſi fuerint * ad ſtudium theologiæ in eodem. Et quod extunc * Fol. 37. a. omnibus nervis et viribus ſuis operam dent principaliter ſtudio theologiæ juxta ſtatuta et ritum ejuſdem collegii. Et quia præfatus magiſter Edmundus Criſpyne, ut nos informamur, publicam lectionem infra univerſitatem legit in arte medica, idcirco diſpenſamus cum eodem pro tempore, ut poſſit operam dare arti medicæ. Sic tamen, quod obſervet debitas diſputationes philoſophicas et theologicas infra collegium prædictum, juxta ſtatuta et conſuetudines ejuſdem collegii. Et ulterius injungimus eidem magiſtro Edmundo Criſpyne, ut ammodo diligenter interſit divinis officiis in eccleſia beatæ Mariæ Oxoniæ, ad obeundum officium ſuum in eiſdem, ac à blaſphemiis et execrandis juramentis ſe abſtineat, ſub pœna excommunicationis et amotionis ab ipſo collegio; Et quod de cetero, quamdiu ſocius ejuſdem collegii fuerit, barbam non nutriet, nec camiſiis plicatis, aut caligis ad morem laicorum ſciſſis aut

plicatis, infra collegium aut extra utatur, ſed honeſto et decenti apparatu clericali incedat, ſub pœna expulſionis à collegio prædicto. Quodque impoſterum non [1] contemnet neque derideat præpoſitum, decanum, aut ullum ſociorum dicti collegii, ſed obediens ſit præpoſito et decano dicti collegii in licitis et honeſtis, juxta ordinationem ſtatutorum
* Fol. 37. b. * ejuſdem collegii, ſub eadem pœna.

Injungimus etiam omnibus et ſingulis ſacerdotibus, ſociis dicti collegii, quod impoſterum non dicant Matutinas ſuas temporibus, quibus Matutinæ in eccleſia beatæ Mariæ cantantur, ſed eiſdem Matutinis publicis interſint, et cum aliis pro ſua virili cantent in eiſdem, ſub pœna perditionis communiarum unius ſeptimanæ pro qualibet vice. Et quod ſcholares tales eligantur in aulam beatæ Mariæ, ſi commode fieri poteſt, qui ſciunt cantare, et etiam apti ſunt ad ſtudendum in ſcientia logices.

Oſtium inter aulam et collegium Oriel.

Injungimus inſuper præpoſito, decano et ſociis dicti collegii, quod faciant hoſtium, in muro inter dictum collegium et aulam beatæ Mariæ modo ibidem exiſtens, muro claudi, ſic quod deinceps nullo modo ſit hoſtium ibidem. Et ut provideant aliquem ſolertem et diligentem virum [2] cooptari et eligi in principalem aulæ beatæ Mariæ, quum principalis ibidem modernus locum ſuum in eodem deſeruerit, qui providebit lectores aptos, doctos et ſufficientes ad legendum ſcholaſticis ejuſdem aulæ, ac ad diſputationes obſervandas. Et quod de cetero fiant diſputationes in eadem aula juxta antiquum morem et conſuetudinem ejuſdem.

* Fol. 38. a. Præterea injungimus præpoſito, decano et ſociis dicti collegii, ſub pœna contemptus, ut, infra unum menſem poſt feſtum Nativitatis Domini proximum futurum immediate ſequens, eligant ſocios idoneos in loca ſocietatum jam vacantium in eodem collegio.

Inſuper injungimus præpoſito et decano dicti collegii, ut provideant, quod portæ dicti collegii [3] claudentur et obfirmentur cera et clavi nocturnatim, à feſto omnium Sancto-

1 *F.* contemnat. 2 Coaptari et elegi *MS.* 3 *F.* claudantur.

ium

rum uſque ad feſtum Purificationis beatæ Mariæ, hora octava, et, à feſto Purificationis beatæ Mariæ uſque ad idem feſtum Omnium Sanctorum, hora nona, et poſtea non aperiantur, niſi ex rationabili cauſa, per præpoſitum vel decanum approbanda, uſque ad horam quintam vel ſextam in aurora diei ſequentis; et claves portæ qualibet nocte ſint in cuſtodia præpoſiti, aut ejus vicem gerentis.

Finaliter vero injungimus eiſdem præpoſito, decano et ſociis dicti collegii, quod deinceps in gravioribus negotiis ipſius collegii procedatur maturius et conſultius quam hactenus fieri ſolet, et non præcipitanter, ita quod nihil penitus in unico conſeſſu concludatur aut confirmetur per præpoſitum, decanum et ſocios collegii prædicti, niſi urgens neceſſitas aut evidens utilitas ejuſdem collegii id expoſcat. * Fol. 38. b. Poteſtatem augendi, diminuendi, interpretandi, et, ſi opus [1] fuerit, commutandi aut tollendi has noſtras Injunctiones, nobis et ſucceſſoribus noſtris reſervantes pro locis et temporibus congruis et oportunis. In quorum omnium et ſingulorum præmiſſorum fidem et teſtimonium, ſigillum noſtrum præſentibus apponi mandavimus. Datum in Manerio noſtro de Wooborn II° die Menſis Octobris, anno Domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo quinto, et noſtræ conſecrationis anno viceſimo quinto.

Quia ſtatuta veſtra Edwardi ſecundi jubent, ut unuſquiſque ſic ſtudeat, ut tandem in ſacris literis doctus evadat, Nos ſtricte injungimus, ut unuſquiſque veſtrûm poſt quatuor annos à magiſtratu maxime omnium ſacræ theologiæ ſtudeat, ſin minus, ter monitus per præpoſitum aut ejus vicem gerentem, à ſocietate removeatur, et in ejus locum alius, ad incrementum ſtudii ſacræ theologiæ, per præpoſitum et ſocietatem eligatur.

---

1 Fuerint, *MS.*

*Fol. 39. a. *EDWARDUS ſextus, Dei gratia, Angliæ, Fraunciæ et Hiberniæ Rex, fidei defenſor, et in terra eccleſiæ Anglicanæ et Hibernicæ ſupremum caput, dilectis nobis cancellario, procancellario, doctoribus, magiſtris, diſcipulis, et omnibus, qui bonarum literarum ſtudia profitentur in Academia noſtra Oxonienſi, ſalutem.

Ad officium regni pertinet, non ſolum armis et vi populum, à Deo nobis et noſtræ gubernationi creditum, adverſus externos hoſtes tueri ac defendere, verumetiam eundem domi virtute augere, doctrinis excolere, et omnino (quantum in nobis eſt) omni ubique agreſti immanitate et rudi feritate depulſa, quæ ſolet inſcitiæ et ignorationis eſſe comes, humanitate ac ſcientiis exornare atque amplificare. Ad quam rem hoc tempore animum adjicientes, impulſu ac ſuaſu nobiliſſimi, et nobis quam chariſſimi, avunculi, domi-

*Fol. 39. b. ni Edowardi, Dei gratia, ducis Somerſeti, comitis Hertforde, vicecomitis Beauchampi, domini Seymor, ſummi theſaurarii et comitis mareſcalli Angliæ, gubernatoris perſonæ noſtræ Regiæ, et protectoris omnium regnorum, dominiorum ac ſubditorum noſtrorum, omniumque noſtrorum bellorum, terra marive gerendorum, legati ſummi et ſacrati garterii ordinis equitis, et [1] ceterorum conſiliariorum noſtrorum, ad Academias noſtras oculos adjecimus, ut pote ad fontes et ſeminaria doctrinarum, unde exoriens cognitio veri in univerſas ditiones noſtras fluit et propagatur. In quibus ſi vitæ et morum integritas cum vera doctrina illuceſcat, omnia regna noſtra neceſſe eſt eo ſplendore illuſtrari; ſin barbara fœditas morum, aut ſuperſtitionis error, ignorantiæ tenebroſa obſcuritas in illis locum habeat, quaſi ſi ſol obſcuretur, lucis detrimentum omnes noſtræ ditiones ſentient. Ergo, eodem authore, quo externos hoſtes noſtros terra marive propulſamus et bello perſequimur, ſuperſtitionem et ignorantiam, duos acerrimos veræ religionis et humanitatis hoſtes, Academiis noſtris exigere decre-

1 Ceterum *MS.*

vi-

vimus. Et prædilectum cancellarium noſtrum, Johannem[1] comitem Warwici, vicecomitem Liſle, et magnum camerarium noſtrum Angliæ, et conſanguineum noſtrum chariſſimum, nec non Reverendos patres Lincolnienſem[2] et Roffenſem[3] epiſcopos, dilectos conſiliarios noſtros, Gulielmum Pagetum, militem, familiæ noſtræ antigraphum ſeu contrarotulatorem, Gulielmum Petrum, militem, primariorum ſecretariorum noſtrorum alterum, clariſſimos viros Richardum Coxe, eleemoſinarium noſtrum, et juventutis noſtræ inſtitutorem, Simonem Heynes, Exonienſem decanum, Criſtoferum Nevenſon, legum doctorem, et Ricardum Moriſon, armigerum, intueri, noſtro nomine, Oxonienſis Academiæ ſtatum juſſimus, ac leges, ſtatuta, mores noſtrorum in illa ſcholaſticorum inſpicere ac perpendere. Et ſi quæ ſint in illis corrigenda, eadem corrigere, et in meliorem ſtatum redigere, eamque ibi formam relinquere reipub. quantum humana patitur imbecillitas, [4]labe careat, tendatque maxime ad Dei gloriam, populi noſtri utilitatem, ac noſtri honoris propagationem. Qui ut id facilius facere poſſint, viſum eſt nonnullas leges, in hoc volumine inſcriptas, quas nos, in maximum veſtrum commodum, tulimus et ſancivimus, illis dare, ut vobis tradant, ut, antiquatis ſemibarbaris veſtris et obſcuris ſtatutis, et, propter vetuſtatem, jam plerumque *non intellectis, Regiis deinceps legibus, et noſtro latis auſpicio, pareatis, non ſolum à Deo Optimo Maximoque, verumetiam à nobis, ac poſteris noſtris, præmium mercedemque reportaturi, ſi, virtutem ſectantes, et ingenia veſtra bonis diſciplinis excolentes, digni hac noſtra cura, digni regio favore, et literarum ac virtutis præmio reperiamini. * Fol. 40. a. * Fol. 40. b.

Deum timete, Regem honorate, virtutem colite, diſciplinis bonis operam date. Sed qui reipublicæ vult leges et inſtituta ponere, non ſolum laboris, verumetiam otii debet rationem habere. Intereſt enim ſtudioſorum hominum ac literatorum nonnunquam laxatos habere animos, ut ad

---

1 *Dudley.* 2 *Henricum Holbech aliâs Randes.* 3 *Nicholaum Rydley.*
4 *Sic. F.* quæ labe.

ſtu-

ſtudia contentiores veniant. Et quanquam literarius labor re quidem vera ſit ſuaviſſimum, tamen et otium hoc ſuum habet negotium, et intermiſſionem propterea requirit. Ergo diſputationibus et lectionibus publicis fines terminoſque ponamus. Primus erit ab octavo Januarii uſque ad ſeptimum ante Paſcha diem. Illo enim die ceſſabunt omnes lectiones publicæ et diſputationes uſque ad decimum poſt Paſcha diem. Decimo poſt Paſcha redintegrabuntur le-
*Fol. 41. a. ctiones uſque ad decimum Julii. Tertius terminus, qui idem vacationis dicitur, erit ultimo Julii uſque ad ſeptimum Septembris. Quartus à Calendis Octobris uſque ad decimum ſeptimum Calendas Januarii. Si forte fortuna initium lectionum ceciderit in diem feſtum, differentur in poſterum diem.

Solennis et annua ſit profeſſio bacchalaureorum die Mercurii ante primum dominicum Quadrageſimæ, et Magna Comitia, cooptatioque atque inauguratio ceterorum ordinum, ultimo Martis Junii, quo tempore ſi peſtis obfuerit, aut alia gravior cauſa fuerit, quominus ſolennes ritus poſſint peragi, in ultimum diem Lunæ Septembris, vel alium quemcunque diem, eadem differantur, judicio cancellarii præſcribenda.

Lectores Publici.

Qui [1] prælegerit Theologiam, Jus Civile aut [2] Medecinam, aut Mathematicam, quaternis diebus in hebdomada ad minimum legat, Lunæ, Martis, Mercurii et Jovis, niſi feſtus dies inciderit in aliquem horum.

*Fol. 41. b. Linguarum profeſſores, Philoſophiæ, Dialecticæ * et Rethorices, [3] quibuſvis in quaque ebdomada diebus, niſi feſtus dies inciderit, legant.

Tempora lectionum.

Lectiones Medecinæ, Dialectices et Rethorices, à ſeptima hora matutina ad octavam, lingua Hebraica, Jus Civile, Philoſophia, et lingua Græca, ab octava uſque ad

---

1 Perlegerit *MS.* 2 *Sic.* 3 Quivis *MS.*

no-

nonam, Mathematica ab hora duodecima ad primam, ſcholas [1]ocupent. Theologicus profeſſor prælector ſolus hora nona doceat, iſque publice tantum ſacras ſcripturas profiteatur. Jureconſultus Pandectas, Codicem, vel Eccleſiaſtica regni noſtri Jura, quæ Nos edituri ſumus, et non alia, prælegat. Philoſophicus lector Ariſtotelis problemata, Moralia, Politica, Plinium vel Platonem publice doceat. Medicinæ lector Hippocratem legat vel Galenum. Mathematices profeſſor, ſi Coſmographiam docet, Melam, Plinium, Strabonem, aut Ptolomæum enarret. Dialectices et Rethorices prælector Ariſtotelis Elenchos aut Topica, Ciceronem, Quintilianum aut Hermogenem prælegat. Græcæ linguæ profeſſor Homerum, Demoſthenem, Iſocratem, * Fol. 42. a. Euripidem, aut alium ex antiquioribus, et artem una cum proprietate docebit. Lector Hebraicus non niſi ex fontibus ſacræ ſcripturæ præleget, ſimulque [2]Gramaticam Hebraicam et linguæ proprietatem explicabit.

Ratio ſtudiorum, et quibus modis ad altiores gradus dignitatis juvenes promoventur.

Recenter venientem à ludo literario primum excipiant Mathematica. Illa toto eo anno diſcet, Arithmeticen nimirum, Geometriam, [3]Aſtronomiæ, Coſmographiæque, quantum poterit. Sequens annus Dialecticam docebit. Tertius et quartus adjunget Philoſophiam, et artium iſtarum, pro ratione temporis, domi foriſque quiſque ſit auditor. In hoc quadrienio bis quiſque diſputato in publicis ſcholis, biſque reſpondebit in ſuo grege; quæ ſi perfecerit, et poſt conſuetum examen dignus videatur, baccalaureus eſto.

Bacchalaurei Artium.

Hi auditores aſſidui Philoſophicæ lectionis, Aſtronomiæ, Perſpectivæ, ac linguæ Græcæ ſint, idque, quod * antea * Fol. 42. b. inchoatum erat, ſua induſtria perficiant. Intererunt ma-

1 *Sic.* 2 *Sic.* 3 *Sic.*

giſtrorum artium cunctis diſputationibus aperto capite, nec abibunt inde, niſi à procuratoribus petita venia. Et ſi diſputabunt aliquando contra magiſtrum, id facient reverenter et cum verecundia. Baccalaureus quiſque artium ter diſputabit contra magiſtrum reſpondentem, ſemel diſputabit contra baccalaureum artium, bis in ſui gregis exercitatione reſpondebit, declamabitque bis. In hiis ubi juſtum trium annorum ſpacium verſatus fuerit, et hæc illum perfeciſſe conſtiterit, poſteaquam ſolemniter productus fuerit, cooptabitur in magiſtrorum ordinem.

Magiſtri Artium.

Magiſter artium ſedulus erit Theologiæ atque Hebraicæ lectionis et quotidianus auditor, quibus rebus annorum quinque dabit operam. Hoc ſpacio bis diſputabit contra Theologiæ baccalaureum, totieſque poſt tertium annum in Theologia reſpondebit. Concionabitur Latine ſemel, et toties Anglice, in Academiæ templo; et ſi hoc tempo-
* Fol. 43. a. re in Theologiæ ſtudio profecerit, per * ſolennem inaugurationem bacchalaureus Theologiæ fiat.

Bacchalaureus Theologiæ.

Theologiæ bacchalaureus Theologicam lectionem audiet quotidie in quæſtionibus theologicis, bis diſputabit, ſemel reſpondebit, Latine bis, ſemel Anglice concionabitur in Academiæ templo. Quadriennium, poſt bacchalaureatum ſuſceptum, in Theologia progreſſus, poterit vocari in ordinem Doctorum.

Doctores.

Poſt tantum laboris ſuſceptum, et tot pericula et examina, nolumus plus laboris Doctoribus imponere, quam ipſi velint ſuapte ſponte ſuſcipere, niſi quod qui in hoc ordine ſunt, ſemel poſt Doctoratus ſuſceptum ordinem Latine concionabuntur ſemel quotannis, quam diu in Academia fuerint. Quæſtionem ipſi ſibi proponent in publicis ſcholis,

lis, cujus ambigua et dubitationes, dum in utramque partem enucleaverint, definient determinabuntque.

* *Legum ſtudioſus.*

* Fol. 43. b.

Qui à primo in Academiam adventu legibus operam dabit, primum annum integrum Inſtitutionum lectioni domi ſuæ impendet, deinde quinquennium totum publicum juris prælectorem audiet, diſputabit publice ter, declamabitque bis in legitima quæſtione antequam fiat bacchalaureus juris. Qui fuerit ante bacchalaureus artium, quatuor annorum ſtudio, ſi ordine præſcripto diſputaverit atque declamaverit, poterit eſſe bacchalaureus.

Legum bacchalaureus.

Hic etiam jura docentem audiet triennium, diſputabit hoc tempore bis in ſuis ſcholis, reſpondebit toties, et cooptabitur Doctor. Magiſter artium quinquennium dans operam legibus, et ceteris perfunctus, quæ hîc requiruntur, poterit cooptari inter legum Doctores.

* *Doctor legum.*

* Fol. 44. a.

Doctor mox à doctoratu dabit operam legibus Angliæ, ut non ſit imperitus earum legum, quas habet ſua patria. Et differentias exteri patriique juris noſcat. Et in ſolennibus comitialibus quæſtionibus unus, qui id maxime certiſſimeque ſciat facere, ad finem quæſtionum, quid in illis jus Civile, quid Eccleſiaſticum, quid regni Angliæ jus teneat, doceat, definiat, determinetque

Medicina.

Medicinæ Chirurgiæque ſtudioſus ſex annos rem medicam diſcet, ejus lectionis auditor aſſiduus, Anatomices duas videat, bis diſputet atque ſemel reſpondeat, antequam bacchalaureus fiat, [1] et duas Anatomias faciet, tres ad mi-

1 *Sic. F.* et tres, aut, ad minimum, duas anatomias faciet, curationes *&c.*

nimum anatomias faciet, curationes ſe feciſſe probet, antequam admittatur ad praxim.

* Fol. 44. b. **Bacchalaureus Medicinæ.*

Bacchalaureus Medicinæ diſputabit bis, totieſque reſpondebit. Anatomices tres, aut, ad minimum, duas, videbit, antequam fiat doctor.

Doctor in Medicina.

Poſt ſolennem diſputationem et inaugurationem ſuam, medicari licite poterit in omni medicandi genere. Magiſter artium, quinquennium rei medicæ dans operam, poſtquam bis in eadem facultate reſponderit, totieſque diſputaverit, publice poterit fieri doctor Medicinæ.

Publicæ diſputationes.

Ordo diſputationum hic eſt inter ſophiſtas veterimus. Se reſponſorem exhibebit, et ordine ſequentur alii minores ad finem illius anni. Anni initium, quod ad diſputa-
* Fol. 45. a. tiones attinet, primus dies Octobris eſt. Non reſpondebit, niſi qui ſecundum annum expleverit. Tres principes quæſtiones proponat, unam in Mathematicis, alteram in Dialecticis, tertiam in Philoſophicis naturalibus aut moralibus. Ceteri contra diſputent. Ubi reſponſor [1] hiſitaverit, Moderatorum alter (ſi poſſit) nodum diſſolvat. Tempora eorum diſputationum erunt diebus Jovis, Veneris, Sabbati, à prima poſt meridiem ad tertiam. Scholæ moderator per ſingulas diſputationes quatuor ſuo arbitrio permittet vetuſtatis ordine argumenta reſpondenti proponere, præter principalem diſputatorem.

Bacchalaureorum diſputationes.

Bacchalaureorum diſputationes ſint die Veneris à nona ad undecimam, et Sabbati ab [2] octava ad decimam. Re-

1 *Sic.* 2 Octiva *MS.*

ſpon-

ſpondebit non niſi ſecundi anni bacchalaureus. Incipiet veterrimus, et ordine reliqui ſequentur. Contra diſputabit unus ſuo ordine, cui ſcholæ moderator adjunget quatuor, pro ſuo arbitrio, in ſingulis diſputationibus qui argumenta reſpondenti objicient.

* *Magiſtrorum Artium diſputationes.*

Magiſtrorum Artium diſputationes diebus Lunæ, Martis, et Mercurii fient. Inchoabit reſpondens recentiſſime cooptatus et inauguratus, et ceteri eo ordine, quo ſunt inaugurati, conſequentur. Durabit diſputatio ab hora prima uſque tertiam, ita ut duas integras horas diſputent. Et reſpondere ſuo ordine ſinguli magiſtri Artium cogentur, quo ad ſecundum poſt inaugurationem ſuam expleverint annum. Poſt quod tempus non regentes erunt, et, hac ſoluti cura, inter Theologos, Jureconſultos, aut Medicos diſputabunt. Reſponſor tres ad minimum theſeis è ſuggeſtu pronunciabit, ea forma verborum, qua velit eas defendere. Præco collegia vocabit. Illa diſputatores contra dabunt eo ordine, qui à Commiſſariis deſcribetur. Singulis vero diſputationibus quatuor è collegiis, vel collegiorum combinationibus, replicatores aut diſputatores adſint. Magiſtri Artium aut bacchalaurei ſecundi, ad minimum, anni, eo ordine, quo * fuerint inaugurati in Academia. Si quod collegium neglexerit diſputatores dare, mulctetur VI s. viz. II s. procuratoribus, II s. reſpondenti, II s. præconibus. Theologica diſputatio ſimiliter fiet diebus Jovis, altera quaque ebdomada, ab hora prima uſque ad quartam, per tres integras horas. Bacchalaureus Theologiæ, ut quiſque veterrimus eſt, ita ordine ſuggeſtum reſponſoris accipiet, ternas ad minimum theſeis defendet. Collegia ſingula, vel collegiorum combinationes, ut ante junguntur, ſingulos diſputatores dabunt ſub ea, quæ prædicitur, mulcta, et eoſdem vel Theologiæ bacchalaureos, aut quarti, vel tertii, ad minimum, anni, magiſtros Artium. Themata dubia ſacræ ſcripturæ loca ſint, vel ex illis ducantur.

* Fol. 45. b.

* Fol. 46. a.

Juris Civilis diſputatio fiet ſecundo, ſexto et octavo die Jovis, in unoquoque termino. Suggeſtum occupent tantum

tum Doctores ordine ſuo, et ſeniores bacchalaurei tertii ad minimum anni, vel magiſtri artium pro ſuis formis. Quatuor ad minimum diſputatores dabit Collegium Novum, juri Civili dicatum. Alia juri ſtudentium ſodalitia,
* Fol.46. b. duos ex hiis, qui doctiores * non ſunt, ſub pœna ejuſdem, quæ prædicitur, mulctæ. Hi tres ad minimum horas tempus extrahant, ſi ſic videatur moderatoribus. qui volet, contra eum, qui reſpondet, diſputato.

Medicina bis in quoque quadrante anni diſputationem habebit, quarto nimirum et ſexto Jovis die, ab hora prima ad quartam in quoque termino. Suggeſtum tenebit prælector medicus, aut qui pro forma locum petit. Ceteri quoque ex eodem collegio, vel ex aliis, qui volunt, contra diſputabunt.

Facultatum omnium diſputationes.

Tres, ad minimum, theſeis vel concluſiones omnium harum diſputationum triduo ante diem deſtinatum diſputationis ſcholarum publicarum valvis à reſpondente affigantur, ſub mulcta II^{s}. eidem infligenda, quæ præconibus cedet. Et ſi tempore ſuo reſponſor deſit, nec faciat officium ſuum, mulctabitur XX^{s}. quorum triens unus Academiæ, alter triens procuratoribus, tertius præconibus cedet.
* Fol.47. a. * Bacchalaureorum declamationes erunt diebus Veneris ab hora pomeridiana ſecunda ad tertiam. Prima vero hebdomada duo ordine bacchalaurei unum thema tractabunt, cujus contrariam ſententiam duo alii defendent ebdomada ſequente.

De officio Procuratorum.

Procuratores Academiæ ambo diſputationibus publicis Theologorum, Juris conſultorum, Medicorum, et Magiſtrorum Artium intererunt, et convenientem ac decorum ordinem conſervandum curabunt, et, quamdiu quiſque contra diſputabit, præſcribent exordia, longa argumenta nugatoria, quæ magnum diſputationibus afferunt impedimentum, præcident, et providebunt, ut omnes, qui præſto adeſſe

esse tenentur, adsint, nec sine legitima et approbata causa, aut venia impetrata, discedant, eosque, qui contra faciunt, primo tempore IIII^{d}. secundo duodecim, tertio viginti, quarto graviore pœna, mulctabunt. Si gravior illi, qui mulctabitur, mulcta esse videbitur, ad cancellarium provocatio esto.

* Singularum artium prælectores singulis ejusdem artis disputationibus intererunt, præter prælectorem philosophiæ, quem bacchalaureorum disputationibus tantum præesse volumus. De argumentis judicabunt, et si quæ vel difficilia sint, vel male ab aliis dissoluta, ipsi dissolvent, atque ad extremum, quid ipsis de singulis propositis quæstionibus videatur, determinabunt. [1]Procuratorum etiam erit providere, ut singuli suas in respondendo vices atque ordinem conservent, eumque, qui deliquerit, violati ordinis, ad cancellarium deferent. Cancellarius eum, qui deliquerit, primo pecunia præfinita mulctabit, iterum delinquenti duplicabit mulctam, tertio vero si deliquerit, [2]exiget Academia, et exilio mulctabit perpetuo. At vero si, qui sic offenderit, bacchalaureus artium fuerit, primi aut secundi anni, aut inferioris ordinis, primo V^{s}. secundo X^{s}. tertio, pro cancellarii arbitrio, gravius coërcebitur, nimirum carcere vel exilio. [3]horum omnium mulctarum triens unus procuratoribus, alter præconibus, tertius ærario publico dividatur. Nisi statim persolvatur, pignoribus captis coërceatur, quæ ad eam summam perveniant, et post novendium ea distrahantur, nisi interea temporis pro mulcta satisfaciat. * Fol. 47. b. * Fol. 48. a.

De vestitu scholasticorum.

Scholastici omnes, et gradibus literariis ornati, ejusmodi vestitu utantur, qui illarum ædium, in quibus sunt, statutis præscribitur. In publicis autem conventibus, scholis, ceterisque cœtibus, eo apparatu vestium utantur, qui singulis gradibus, antiquo Academiæ more, constitutus est. Neque quisquam νυκτιλίους, id est, nocturnis, quæ vocant,

1 Procuratorem *MS.* 2 Exigit *MS.* 3 *F.* harum.

pi-

pileis, utantur è ſerico, holoſericove factis, aut quibuſvis aliis ejuſmodi, quæ mollitiei elegantiæve cauſa gerantur, niſi, propter aliquam valetudinis infirmitatem, præfecto illarum ædium cognitam, eidem à præfecto venia ſit ad hoc data. Id ne fiat, publice curabit cancellarius.

Omnes ſcholaſtici, qui in aliquo gradu literarii honoris fuerint, modeſte et reverenter erga ſuperiores ſe gerant, tum domi tum foris, ubicumque in Academia convenerint.

* Fol. 48. b. * Scholaſtici [1] contumaces, nec obedientes cancellario, carcere, aut aliquo leviore ſupplicio, pro cancellarii judicio, coërceantur.

Pridie uniuſcujuſque termini concio Latina, hora nona antemeridiana, in eccleſia beatæ Mariæ virginis habeatur. Concionatorem cancellarius deſignabit, niſi quis pro gradu ſuo obtinendo ad eum laborem teneatur.

Pridie uniuſcujuſque termini fractio panis et ſacroſancta Communio ſit in ſingulis collegiis, aliiſque ſcholaſticis ædibus, et preces ad Deum generales, et brevis præterea exhortatio ad ſcholaſticos, à prælectoribus aut magiſtro collegii facta, ut ſe ſtudiis literarum et pietati dedant.

De electione cancellarii.

Cancellarius Academiæ, intra quatuordecim dies poſt vacationem hujus muneris certo cognitam, à regentibus et non regentibus ad hunc modum eligetur. Præcones aut

* Fol. 49. a. viatores Academiæ, *vicecancellarii juſſu, congregationem regentium et non regentium in horam nonam ſequentis diei vocabunt. Tum autem procancellarius et procuratores, aſſumpto juniore Doctore Theologiæ, qui tum in Academia fuerit, vel, ſi nullus Theologiæ Doctor præſens in Academia fuerit, adhibito juniore Doctore Juris Civilis aut Medicinæ, ſtabunt in ſcrutinio, priuſque ſuis ſuffragiis in ſcriptis latis, ceterorum præſentium ſuffragia ſcripta accipient. Hæc omnia ſenior procurator accepta palam ac

---

1 Continaces, *MS.*

ſi-

ſigillatim leget, et ille per vicecancellarium cancellarius electus renunciabitur, cui plurimi ſuffragati fuerint. Confeſtim autem poſt electionem, inſtrumentum electionis ejus factum ſigillo communi obſignabitur, et, quam maturime fieri poterit, illi tradetur.

De electione vicecancellarii.

Poſtridie Calendas Octobris munus procancellariatus quotannis vacabit, novuſque procancellarius non ante viginti quatuor horas, et omnino ante triduum, per majorem partem regentium eligetur, ad hanc formam ſequentem. * Munere procancellarii vacante, præcones, procuratorum juſſu, congregationem regentium et non regentium in horam diei nonam aut primam vocabunt. Tum procuratores, aſſumptis duobus ſenioribus Doctoribus, in Academia præſentibus, aut, horum vice, ſi nulli in Academia fuerint, duobus ſenioribus bacchalaureis, Theologiæ, in ſcrutinio ſtabunt. Et conſcripta ipſorum ſuffragia primi ferent, ac deinceps aliorum omnium præſentium ſuffragia ſcripta accipient. Hæc ſenior procurator aperte et [1]ſeperatim leget. et ipſe vicecancellarius erit, quem major pars ſuffragiis ſuis adlegerit. * Fol. 49. b.

De electione Procuratorum et clericorum Mercati.

Procuratorum electio poſtridie Michaëlis erit, quo tempore procuratores anni præteriti munere ſuo ſe abdicabunt, et confeſtim poſtquam illi ab hoc munere diſceſſerint, ſine ulla intermiſſione, ad electionem novorum procedatur ad hunc modum. Cancellarius, duobus Magiſtris Artium ſenioribus aſſumptis, in ſcrutinio ſtabit, * et ſua ipſorum conſcripta ſuffragia primi ferent. Deinde omnium aliorum regentium ſuffragia ſcripta ſuſcipient, quæ ſenior Magiſter Artium aperte ac ſeperatim leget, illique procuratores aut taxatores erunt, quos major pars præſentium ſuffragiis ſuis elegerit. * Fol. 50. a.

---

1 *Sic. uti etiam infra.*

De præconum ſeu viatorum numero, officio et electione.

Tres erunt præcones ſeu viatores armigeri, pari loco ac munere, et unus inferioris loci bedellus. Illorum ſi quando munus vacaverit, cancellarius curabit congregationem regentium et non regentium intra triduum in horam nonam ſequentis diei vocandam. Tum cancellarius et procuratores primo ſua ipſorum ſuffragia ſcripta ferent, deinde ceterorum præſentium omnium ſcripta ſuffragia accipient. Quibus palam ac ſeperatim per ſeniorem procuratorem lectis, ille præco renunciabitur, quem major ſuffragantium pars elegerit, quem cancellarius jurejurando aſtrictum ad hoc munus admittet. Pecuniam vero aliquam, aut aliquod munus, *neque cancellarius, neque procuratores, nec quiſquam alius regentium aut non regentium, nec ante electionem, nec poſt, pro ſuffragio ſuo requirat, vel oblatum accipiat, ſed eos ad hujuſmodi munera, ſine ulla mercedis expectatione aut acceptione, eligent, quos maxime idoneos atque aptos judicaverint. Et ſi quis contra fecerit, perpetuo infamis jus ſuffragii amittat. Et quanquam volumus, unumquemque præconum aut viatorum ſic electum et admiſſum, ad omne tempus vitæ ſuæ in hoc officio permanere, niſi inſignis aliqua culpa illius expulſionem atque ejectionem requirat; quo diligentius tamen in officio verſentur, iidem præcones aut viatores, poſt feſtum Sancti Michaëlis, prima illius termini congregatione, baculos ſuos cancellario tradent. Qui cum procuratoribus ſecrete in quodam ſcrutinio à regentibus et non regentibus quæret, quemadmodum ſe geſſerint, num ſeduli et diligentes miniſtri fuerint? qui ſi ſedulo et honeſte officium ſuum feciſſe judicantur, cancellarius illis bacculos reddet, et illorum integritatem ac diligentiam laudabit, et ad ſimilem diligentiam et integritatem hortabitur. At ſi quid ab eis per negligentiam commiſſum fuiſſe quiſquam *magiſtrorum conqueſtus fuerit, aut ſi non feciſſe officium ſuum à quoquam magiſtrorum artium delatum cancellario tum fuerit, cancellarius eos admonebit ſui muneris, aut aliter pro ra-

*Fol. 50. b.

*Fol. 51. a.

ratione culpæ caſtigabit atque corriget. Sin vero quocunque tempore quiſquam illorum inſigniter negligens adverſus cancellarium, procancellarium aut procuratores fuerit, et, poſt alteram et tertiam admonitionem, corrigere ſeſe noluerit, vel aliquod deteſtabile flagitium perpetraverit, unde Academia in magnam infamiam prolabatur, cancellarius, convocatis ſibi procuratoribus et ædium præfectis, cum eorum aſſenſu eum præconem à munere ſuo dejiciet, et tum novus præco, ad formam à nobis præſcriptam, eligatur.

Præcones Armigeri tres æquale ſtipendium æqualem mercedem accipient, ad æqualem laborem ac diligentiam devincti. Stipendium his et merces proveniet, quemadmodum, decreto Commiſſionariorum noſtrorum, quid quique gradus ſingulis miniſtris ſolvant, conſtituetur. Horum trium et viatoris inferioris præterea officium erit, quotidie ac diligenter cancellario adeſſe, eique in omnibus, quæ munus cancellariatus ad illorum * quoque officia ſpecta- * Fol. 51. b.
bunt, inſervire et diligenter providere, ne, quando referat illos adeſſe, abſentes aut extra conſpectum ſint. Singulis ſingularum artium diſputationibus duo, aut, ad minimum, unus ex illis ſemper interſit. Si reſponſor ſupra gradum bacchalaurei ſit, et reſponſorem domo ad ſcholas, iterum à ſcholis domum reducat.

De electione cuſtodum et auditorum communis ciſtæ ſive ærarii pub.

Ab univerſo Academiæ ſenatu quotannis tres regentes ſive non regentes continuo poſt electionem procuratorum eligentur, ut ſint publici ærarii cum cancellario et duobus procuratoribus cuſtodes. Hi ſex communis ciſtæ ſex diverſas claves habeant. In qua ſigillum Academiæ, [1] pecuniam, vaſa aurea atque argentea, & ornamenta alia conſervabunt Academiæ. Nihil ſine Academiæ conſenſu obſignabitur hoc ſigillo, nec pecunia ulla, aut vaſa aurea vel argentea, ſine horum notitia et aſſenſu, inde extrahetur.

1 Pecunia, *MS.*

* Fol. 52. a. *In cujuſlibet termini exitu in communem ciſtam procuratores referent, quicquid pecuniæ ad Academiæ uſum receptum illorum in manibus eſt.

In unoquoque Paſchatis termino tres alii regentes eligentur, qui cum cancellario procuratorum et aliorum adminiſtrorum rationes audiant, qui ad pecuniam Academiæ vel accipiendam vel impendendam deſignati ſunt, quæ rationes omnes non modo initæ, verum etiam confectæ erunt, infra octo dies poſt novorum procuratorum electionem, ſub pœna decem librarum, Academiæ perſolvendarum ab eo, qui fuit in cauſa, cur inita aut perfecta ratio prius non fuit.

De cancellarii Officio.

Cancellarius poteſtatem habebit, ad omnes omnium ſcholaſticorum, ac etiam eorum qui ſcholaſticorum ſervi ſunt, controverſias ſummarie, et ſine ulla Juris ſolennitate, præter illam, quam nos præſcribemus, tum audiendas tum di-

* Fol. 52. b. rimendas; ad congregationes graduatorum et ſcholaſticorum convocandas; ad homines dignos gradibus ſcholaſticis ornandos, qui omnia munera ſcholaſtica, his ſtatutis contenta, expleverint, et ad indignos rejiciendos, ab eiſdem repellendos, ad omnes eorum violatores puniendos: ad providendum præterea, ut ſinguli Academiæ miniſtri in officio ſuo ſe contineant, ignavos, graſſatores, rei ſuæ diſſipatores, contumaces nec obedientes ſuſpenſione graduum, carcere, exilio, aut alio leviore ſupplicio, judicio ſuo et aſſenſu trium præfectorum ædium, caſtigandos. Regentes omnes et non regentes à principiis congregationum ad finem remanebunt, niſi, venia à cancellario impetrata, licentiam diſcedendi habeant. Eidem cancellario, cum conſenſu totius Academiæ, licebit, nova ſtatuta, ad eruditionis amplificationem, et decori atque honeſti conſervationem inter ſcholaſticos habendam, ſancire, ſic ut ea his decretis noſtris, in hac viſitatione propoſitis, nihil detrahant aut officiant.

Statutorum hujus Academiæ exemplaria, quæ in communi ærario repoſita et diligenter aſſervata eſſe volumus, qua-

quatuor ſint, quorum unum apud Cancellarium ſit, duo procuratores habeant. * Fol. 53. a.

Omnes advocati in Academiæ curiis à cancellario pro advocatis admittentur, ſic ut prius jurejurando teneantur, ad ſtatuta et privilegia hujus Academiæ ſervanda, ut cancellario, vel ejus ſubſtituto, obediant, ut nullum conſilium, ad damnum vel incommodum juriſdictionis hujus Academiæ, dent.

Duæ tantum congregationes ſingulis terminis cancellarii juſſu convocabuntur, una in principio, altera in fine ſingulorum terminorum, niſi ſi forte, propter Regia negocia aliqua, aut graves magnaſque Academiæ cauſas, neceſſarium fuerit alias præterea convocare. Nullas tamen diſputationes aut hujus rei gratia omitti aut differri volumus, ſed illæ perpetuo ſuis temporibus habeantur, et congregationes ſine harum detractione fiant.

Alternis unoquoque termino Dominicis conciones in Academiæ templo ſint, è quibus duæ patrio ſermone erunt, tertia quæque Latina erit. Ordinem * eundem collegiorum doctores et bacchalaurei Theologiæ in concionibus conſervabunt, quem antea in diſputationibus præſcripſimus. Quod ſi doctor aliquis aut bacchalaureus Theologiæ, ſive Latine ſive Anglice, gradus ſui cauſa, concionari voluerit, tum ei, ut ſic concionetur, alios cedere ad id tempus volumus, ac deinde intermiſſum curſum tenere. * Fol. 53. b.

Omnia ſtatuta et conſuetudines, quæ iſtis adverſari videbuntur, abrogata et reſciſſa ſint.

Bacchalaurei Artium admittendi, non teneantur ullam pecuniam, ad compotationem ullam, ſicuti ſolebant, ante determinationem ſuam conferre.

Quicquid ſtatutis Academiæ cancellario faciendum attribuitur, in ejus abſentia, hoc idem à vicecancellario fiat, niſi quod in rebus magni ponderis, vel abſente cancellario, rogabit ſententiam.

Lectiones domeſticæ ita inſtituantur, ut * nullum impedimentum publicis profeſſorum prælectionibus adferant. * Fol. 54. a.

Ceremoniæ in gradibus conferendis eædem ſint, quæ ante fuerunt.

Pri-

Primo quoque die Jovis in quovis quadrante diſputationibus dicato, diſputetur in theologia, et altero quoque die, uſque ad finem termini.

Secundo et ſexto die Jovis in legibus.

Quarto et octavo in medicina.

Cooptandus in aliquem ordinem, primum approbetur à majori parte collegii, cujus eſt, et collegii nomine ab uno ex eodem collegio et ordinario lectore facultatis ſiſtetur coram cancellario tum in congregatione. Tum exponatur, et de libris ſtatutorum clare legatur, quid leges requi-
* Fol. 54. b. rant * ab eo, qui in illum ordinem, quem petit, cooptari debeat, et ubi juraverit, ſe illa perfeciſſe, admittatur, niſi quiſquam ſponſionem facere velit, ni intra octo dies probet eum propter imperitiam indignum, aut vitioſos mores infamem, aut non perfeciſſe, quæ leges requirant.

Socios [1] collegiorum maritos eſſe non permittimus, ſed ſtatim poſtquam quis uxorem duxerit, ſocius collegii deſi-

---

1 *Mirum non eſt, nullam hîc de aliis præter ſocios mentionem fieri, quum ipſe Ricardus Coxus &c. mariti eſſent, uxorumque ſuarum intra collegiorum parietes conſuetudine fruerentur. Sic enim Antonius à Wood, in editione genuina (nam ſpuriam forte hac in re editionem rejiciet lector) Athenarum Oxonienſium, Vol.* I. *col.* 107. **In the year 1550 he** [Peter Martyr] **had a Canonrie of** Ch.Ch. **beſtowed upon him by the King, on the death of Mr.** Will.Haynes, **whereupon being inſtalled** 20 January **the ſame year, entred into his Lodgings belonging to him, then ſopning on the North ſide to** Ch. Ch. **great Gate leading into** Fiſhſtreet. **With him alſo ſetled his beloved Wife** Catherine, **as the Wife of Dr.** Rich. Cox **did about the ſame time with him in the Dean's Lodgings, being the firſt Women, as 'twas obſerv'd, that reſided in any Coll. or Hall in** Oxon. **By whoſe Example, it was not only permitted that any Canon beſide, might marry if he pleaſe, but alſo a Head of a Coll. or Hall, whereby other Women or idle Huſwives were tolerated (if the ſaid Head allowed it) to ſerve in them. Which act (beſide their permitting of bawling Children to come among them) was looked upon as ſuch a damnable matter by the R.Catholicks and others too, that they uſually ſtiled them Concubines, and the Lodgings that entertained them and their Children Stews and Cony-buries.**

nat

nat esse. Ordinem tamen gradus sui in Academia tenere potest.

Tertius terminus, qui vacationis dicitur, propter intemperiem cœli, et pestis ac contagionis pericula, nec publicas lectiones, nec disputationes habeat in Academiæ scholis, quæ momentum aliquod ad gradus adipiscendos adferant. Licebit tamen cuivis eo tempore, suæ exercitationis causa, publice quidvis prælegere, aut etiam ibidem disputationes instituere, venia tamen prius à cancellario data.

** Præposito, sociis, et scholaribus collegii Oriell.* *Fol. 55. a.

Cum nulla Reipublicæ, vel sanctissime constitutæ, pars uspiam reperiatur, quæ, sublatis legibus, non sentiat sua pericula, Rex noster non potest non videri bis recte feciſse, vel quod vetera vestri collegii statuta, et superstitionis labe et [1] idololatriæ maculis fœdata, sustulerit, vel quod, iis salubriter antiquatis, nova, quæ abrogatorum vices sustineant, sapienter suffecerit, vestri collegii fundator, hæc, velut hereditaria studiorum viatica, vobis ideo reliquit, ut bonæ literæ in vobis florerent, ut virtus quam altissimas radices apud vos ageret, ut religio et veræ pietatis studium modis omnibus promoverentur, ac ad istos fines et vestri collegii proventus, et statuta omnia sua destinavit: Proinde majestas Regia non solum, quæ in usum et rem universæ Academiæ esse possent, decreta tradidit, sed etiam hanc curam nobis relictam voluit, ut, post collegii perspectos ritus, mores, statuta, inquisitis diligenter per nos omnibus omnium erroribus, toto pectore ad singulorum reformationem incumberemus. * Proinde has pauculas à nobis Injunctiones accipite, easque religiose observare curate. Contra qui fecerit, sentiet, pro varietate criminis, pœnas quoque variari posse. *Fol. 55. b.

In primis ergo hujus collegii præpositum et socios, tum etiam reliquos scholasticos omnes, admonitos volumus, hoc illis à nobis imperatum esse, ut quisque primas sacris literis, seu dogmatum omnium Lidio lapidi, deferat, ut ad

1 Idolatriæ *MS.*

istas,

iſtas, tanquam rerum omnium controverſarum honorarias arbitras, accedat, utque et conſilia et reſponſa patrum in ſecunda claſſe conſtituat.

Quæ hactenus à Rege, ſummiſque Regni noſtri proceribus, vel per publica Comitia, vel per has Injunctiones, ſancita ſunt, rata ac firma quiſque habeat, hæc neque palam neque obſcure oppugnet quiſquam, hujus criminis condemnatus, collegii jus amittito.

Profeſſores Theologici in ædibus nihil publice legant, nihil publice interpretentur, niſi ſacras literas.

* Fol. 56. a. * Scholaſticis omnibus liberum facimus, ut, quum ocium eſt, interſint publicis lectionibus theologicis. Liceat ſcholaſticis domi ſuæ habere utrumque Teſtamentum. Nefas ſit hujus collegii præpoſito, ut quenquam à lectione ſacrarum literarum vel avocet vel dehortetur, et tamen ſcholaſticos ita ſacra legere volumus, ut ne quis eorum privatas diſceptationes, aliaque quotidiana id genus progymnaſmata negligat.

Viam ad reliquas artes liberales muniant Mathematica, nempe Arithmetica, Geometria, &c. ab his auſpicium eſto.

Minores et domi et foris majoribus obediunto.

Exequiis conceſſa diſpenſentur in præpoſitum, ſocios, ſcholaſticoſque reliquos, eo, quo ſolebant, modo. nihil cuiquam imminutum volumus, tantum, ne, quæ ſuperſtitioſa gentillitas olim juſta appellabant, injuſte hodie apud vos fiant, edictum eſto.

* Fol. 56. b. Neminem ad grammaticam ex bonis collegii ali * volumus; hanc qui rite didicerint, Latineque intelligant ac loquantur, in cœtum veſtrum eligi phas ſit.

Nota bene. Qui totos viginti annos collegii proventus exhauſerint, ad Johannis Baptiſtæ proximas ferias à ſodalitii jure et à collegio abigitor. hoc quoque impoſterum ſancitum eſto, ne cui liceat ultra vicenos annos in hoc collegio ſocium eſſe, niſi ad publicum profitendi munus merito ſuo vocatus fuerit.

Socii, beneficio aliquo eccleſiaſtico donati, biennium tantum deinceps ſocii in hoc collegio ſunto.

Dein

Dein præceptum esto, ne quisquam, cui sacerdotium est, in hoc collegio diu degat, nisi et diligenter literis incumbat, et præscriptas in eo loco disceptationes, ceteraque omnia literaria, quæ suæ classis homines obire tenentur, pro more exerceat. Denique, si non justos in literis progressus faciat, [1] si, post susceptа bacchalaureatus insignia, ad reliquos, juxta hujus Academiæ statuta, gradus in tempore non pervenerit, bonas horas hîc male perdere nulli licere volumus. Et quod ad istos diximus, * omnibus hujus collegii, cum sociis tum scholasticis, semel edictum esto. * Fol. 57. a.

Quoniam inopum liberis collegia omnia erecta sunt, neminem, cui decem marcæ nostrates vel hereditate obvenerint, vel officii cujuspiam ratione suppeditentur, hoc in cœtu socium esse permittimus.

In collegiis, ac etiam in aulis, Anglice loquatur nemo. ceteris quidem linguis promiscue, ut lubeat, quisque utatur, modo Latine, Græce aut Hebraice loquatur.

Qui ex Academia discedit, vel hoc nomine, ut ludum literarium pueris aperiat, vel ut ecclesiastici aut laici ministri partes sibi desumat, si ultra sex menses abest, nulla ægritudine, nec justa alioqui causa impeditus, jus omne, quod hîc habet, illi prorsus ademptum esto.

Scholastici, bacchalaurei, ac etiam primi anni magistri, mane intra quintam et sextam horam templum ingrediantur, ordineque sociorum quisque primas præscriptarum precum partes peragat, alia alius * septimana, ceteri omnes uno ore secundas absolvant. * Fol. 57. b.

Sexta cum sonat hora, ad suas quisque privatas lectiones se conferat.

Ante prandium, et à prandio, una Deo Optimo Maximo omnes gratias agant, precesque ex animo potius, quam de more, effundant, easque perpetuo petitas à sacris literis.

[2] Catechismum, in quem publici regni consilii Rex, senatus, populusque Britannicus consenserunt, juvenes omnes ediscant. Nemo cujusquam scholastici tutor sit, quin sibi imperatum sciat, ut eum statim in hisce fidei præludiis ex-

1 Si non, post *MS.* 2 Catachismum, *MS.*

cercendum inſtituendumque curet, poſtquam duos menſes jam fuerit in hoc collegio. Si qui harum rerum ignari reperientur, culpam in eos, qui iſta docere deberent, indi volumus.

Non niſi unum altare, vel potius unam menſam, Domini in ſacello volumus eſſe; reliqua altaria, imagines, ſtatuæ, tabernacula, et quæ vocant organa, ceteraque id genus ſuperſtitionis et idololatriæ monumenta prorſus tollantur.

* Fol. 58. a. * Quaque Dominica in templo celebretur cœna Domini. Ad hanc accedant qui, cum ſeſe explorarint, non indignos ſe eo acceſſuros comperiunt. Si qui ſunt, qui id quater in anno non faciant, cauſa exigatur, et crimini par pœna eſto.

Socius nullus ſcholaſticuſve hujus collegii extra aulam communem aut prandeat aut cœnet, niſi ægritudo, aut alioqui juſta cauſa, abſentem ſic excuſet. Juſtam appellamus, quam collegii præpoſitus, aut, eo abſente, illius vicarius pro juſta habet.

Raſas capitis rotunditates prorſus inhibemus. Qui poſt duos menſes raſo vertice eſt, collegium amittito.

Chimæricos habitus, prodigioſaſque veſtes, poſt hac geſtet nemo.

Togas in anteriori parte conſui vetamus.

Domi cum ſunt, omnes, ubi volunt, utantur, vel in cu-

* Fol. 58. b. biculis, vel in aula, interea prandii et cœnæ, veſtibus, quantumvis craſſi et vilis fili, modo ſartor nihil inuſitatum aſſuat. Cum in publicum prodeunt, non niſi longis et talaribus togis utantur, pileos non niſi à ſcholaſticis uſitatos geſtent.

Antiquatis jam papiſticis matutinis et veſpertinis officiis, cum miſſas quoque miſſas fecerimus, ea ſola retinenda ſunt, et ordine dicenda, quæ vel ſummis regni conſiliis, vel regis edicto, conſtituta ſunt, aut poſt hac conſtituentur.

Cum nolarum ſtrepitus permagna moleſtia ſtudii [1] ſerio incumbentes quotidie propemodum afficere ſoleat, nihil

---

1 Sero *MS.*

ha-

habent, cum maxime perſtrepent, quod vel vivis voluptatem adferat, vel vita defunctos juvare poſſet, volumus, ut homines leviore earum tinnitu poſt hac ad templa vocentur, ruſticam vero muſicam illam, ac velut convicinantium, aut inter ſe inſanientium, voces non ferimus, niſi tum cum flammæ aut incendia urbi [1]excidium minantur.

Si quis moribundus ſpei jam conclamatæ hoc * poſtulat, * Fol. 59. a.
ut campanæ cujuſpiam levi quodam ſonitu vicini fragilitatis humanæ admoneantur, utque pro ipſo Deum precentur, interea dum ille vitam, jam jam diſcedentem, crebro anhelitu retinere laborat, permittimus, ut hic ſui quaſi ultimi voti compos fiat.

Nec collegii præpoſito, nec ſocio cuiquam, liceat edicere obſonatori, ne diebus Veneris ova, butyrum, lac, ac ejus generis alia, comparet. Eſcis quibuſlibet quovis die quiſque pro arbitrio ſuo utatur, modo Regis edicto id vetitum non ſit.

Si quod deinceps cuiquam in annos certos locabitur literarum exemplar, quæ locationes, pacta, et condiciones teſtentur, in [2]comentarium referri jubemus literas ipſas, ſyngrapha conducentis communitas; ſub tribus clavibus, una cum collegii communi ſigillo, ſancte volumus ſervari.

Triplum reſtituat, ſi præpoſitus ſociuſve argenteorum vaſorum quippiam, quod ad collegii bona pertinet, [3]vendet imminuatve, niſi vel Rex, vel regia authoritate fulti id illis * Fol. 59. b.
licere permittant.

Si quis falſo rumores in vulgus ſpargat, unde plebs imperita facile ab officio diſcedendi occaſionem arripiant, ſi famam cujuſpiam confictis mendaciis maculet, ſi famoſas ſchedulas portis, poſtibus, aut uſpiam alibi affigat, eliminetur et extrudatur, nunquam ſocius in collegium redituruſ. hoc ſi bis fecerit, extorris eſto, æternumque exulet ab Academia.

Qui pecunias collegii contrectant, qui à calculis ſunt, rationes ſuas expediant bis ad minimum in anno, aut ſæpius, ſi ita leges collegii poſtulent.

---

1 Exidium *MS.* 2 *Sic.* 3 *F.* vendat.

Vetera omnia ſtatuta, et ordinationes omnes, quæ nec pugnent cum regiis decretis, nec Injunctionibus his adverſentur, firma fixaque eo uſque manere volumus, donec Regiæ Majeſtati aliter viſum fuerit.

A publicis privatiſque diſceptationibus, et à communibus et à concionibus procul ſunto clamores. Dum legantur
*Fol. 60. a. Omeliæ, ex * templo diſcedere nemini phas ſit.

In templo, in prandio, in cœna, in ceteris omnibus ſcolaſticis ſive muniis ſive exercitiis, omnes, qui interſunt, quiete ſedateque ſeſe gerant.

Si præpoſitus ſociorumve aliquis Regiis mandatis ab Academia ad aulam, ab ocio literario ad publica regni negotia, avocatus fuerit, nolumus huic à ſtudiis feriationem fraudi eſſe; immo omnia ea commoda, quæ alioquin præſenti, ac gnaviter operam literis danti, debebantur, bona fide in illius uſum cedere volumus.

Cancellariatum,[1] vicecancellariatum, procuratorum munia, præconum officia turpiter emptis hominum ſuffragiis à nemine unquam ambiri volumus. Quiſquis autem ambitus poſtulatur, nec habet unde ſe crimini eximat, ab eo magiſtratu, quem malis artibus ſibi comparare ſtuduit, perpetuo arceatur.

*Fol. 60. b. Si quem Regis munificentia ad aliquod publicum prælegendi munus invitarit, hunc, ubi pertæſum eſt laboris, nolumus vicarium ſibi conſtituere, nolumus ut, reſervata ſibi magna parte, Academiam deſerat. Quod ſi facit, ſi quæ privata pacta, de dividendo inter ſe ſtipendio, inciderint, irrita eſſe volumus, eique univerſam mercedem perſolvi volumus, à quo omnis in ea re labos exanclatur.

Bacchalaurei artium, cum à ſuſceptis inſigniis convivio, vel ſui vel alterius collegii, homines de more excipere coguntur, non ultra marcham noſtratem inſumant. Magiſtri artium, legum, ſacræve theologiæ bacchalaurei cum idem faciunt, non ultra duas marchas. Poſtremo, Doctores, cujuſcunque fuerint facultatis, non ultra quadraginta ſolidos expendant.

---

1 Vicecancellariu, *MS.*

Quum

Quum quædam, quæ cum naturæ decretis pugnare videantur, per veſtri collegii ſtatuta, ingenti ſuperſtitione ſancita, comperimus, ſcholaſticis nimirum, dum annus, quo vel approbentur vel rejiciantur, agitur, non licere, ut parentes, in ſummo vitæ diſcrimine poſitos, inviſant, nos conſtitutum volumus poſt * hac cuique ſocio, vel etiam ſcholaſtico, licere, non ſolum parentes, ſed amicos quoque, dummodo ſatis conſtet, eorum ſalutem in periculo verſari, adire, inviſere, omnibuſque humanitatis officiis eos conſolari. Quiſquis ejuſmodi de cauſa à collegio ad ſuos proficiſcitur, ſuam diſceſſionem ſibi fraudi eſſe nolumus. Maxime ſi et priuſquam profectus eſt [1]iteneris ſui cauſam præpoſito, ejuſve vicario, ſignificavit, et dein non niſi menſem unum abfuerit. * Fol. 61. a.

Hæc noſtra Decreta bis à vobis deſcribi mandamus. Unum exemplar in ciſta publica probe aſſervari, alterum in ſacello, ad quod ſcholaſticis omnibus facilis ſit aditus, proſtare volumus.

Harum Injunctionum violatores arbitrio præpoſiti, aut ejus vicarii, et ſenioris ſocii domi agentis, puniantur.

Henricus Lincoln̄.
Ricardus Cox.
Simon Heynes.
Ricardus Moriſon̄.
Chriſtophorus Nevynſon.

* *Injunctiones toti Academiæ ſcriptæ.* * Fol. 61. b.

Quando primum legationem noſtram, ad Academiam Oxonienſem viſitandam, à regia majeſtate nobis datam, obire cœpimus, Ordinationes quaſdam atque Injunctiones, ſeorſim à ſingulis collegiis obſervandas, tradidimus. Nunc, ut ipſum Academiæ corpus ſuis etiam ornamentis honeſtetur, quibus et boni mores excellantur, et literarum ſtudia paſſim [2]efloreſcant, has Ordinationes atque Injunctiones authoritate regia toti Academiæ præſcribimus, eaſque ab omnibus perpetuo ſervandas præcipimus.

---

1 *Sic.* 2 *Sic.* Sin-

Singuli regentes et non regentes à congregatione aliqua, ſine à procancellario impetrata venia, diſcedentes, XII^{d}. per procancellarium mulctentur.

Singuli etiam regentes et non regentes, qui in Academia commorantur maxime, et infra ambitum Academiæ ſunt, et vocati ab aliqua congregatione abſunt, II^{s}. per vice-
* Fol. 62. a. cancellarium et procuratores æqualiter * dividatur. Dimidium autem Academiæ præconibus cedet.

In omnibus congreſſionibus, diſputationibus et concionibus publicis, inferiores gradus ſuperioribus cedent, et qui infra magiſtrorum artium ſunt, aperto capite aſtent, niſi ſummus magiſtratus tum præſens aliter præcipiat.

Nulla, nec in feſtis diebus, nec in vigiliis Omnium Sanctorum, Purificationis, Annunciationis et Aſſentionis, diſputatio ſit.

Qui in aliqua congregatione vicecancellario aliquem, pro aliquo gradu ſuſcipiendo, repræſentant, conſueta verborum forma utantur.

Vicecancellarius, bacchalaureum theologiæ admittens, his verbis utatur: *Admittimus te ad enarrandum et interpretandum omnes apoſtolicas epiſtolas. In nomine Patris*, &c. Doctorem autem admittens, ita dicet: *Admittimus te ad inter-*
* Fol. 62. b. *pretandam & profitendam univerſam * ſacram ſcripturam, tam Veteris quam Novi Teſtamenti. In nomine* &c.

Qui ad Academiam viginti quatuor annos nati accedunt, et ſe ſtudio theologiæ totos tradunt, ſi vicecancellario et regentibus ad id idonei videbuntur, poſt triennium omnes hujuſmodi ſcholaſticas exercitationes colent, quæ ad magiſtros artium, ad theologiam converſos, ſpectant; quatuor autem poſt annos ſequentes ad gradum bacchalaureatus theologiæ accedere poſſunt, ſine ullo in artibus gradu ſuſcepto.

Ante admiſſionem alicujus gradus, antiquus viſitationis et ſcrutinii mos retineatur.

Uniuſcujuſque collegii lectores domeſtici primo quoque die termini libellum mittent procuratoribus, nomina omnium generalium ſophiſtarum ſuorum, et ordinem ſenioritatis continentem. Ea procuratores in libro commenta-

tariorum ſuorum, quem Regiſtrum vocant, deſcribent, et ſucceſſoribus ſuis quotannis tradent.

*Commentarius omnium bacchalaureorum, magiſtrorum atque doctorum ſingulis annis per præcones conficiatur, eo ordine ac numeratione, qua literario honore inſigniti ſunt, cujus exemplar unum vicecancellarius, alterum procuratores ſibi deſcribi faciant. qui quidem commentarius ſingulis terminis [1] remiſeatur et proficeatur per præcones. *Fol.63. a.

Alter etiam commentarius conficiatur per procuratores, de illorum nominibus, qui in ædibus ſingularum combinationum habitant. Explicabit hic commentarius ſingulas perſonas ſingularum diſciplinarum, cujus exemplaria ſibi deſcribent non ſolum vicecancellarius et procuratores, ſed etiam omnes omnium ædium præfecti ac eorum vicarii. Qui quidem commentarius ſingulis terminis [2] remiſetur et proficietur per procuratores.

Qui in Theologia, Jure Civili, aut in Arte medicina reſponſuri ſunt, ſeptimo, qui vero in Philoſophia quarto, ante diſputationes die præmoneantur à præconibus, et ab eiſdem ad ſcholas, atque iterum domum deducantur.

*Nemo, ad reſpondendum præmonitus, alibi proficiſcatur, aut ullo modo abſit, niſi à vicecancellario veniam obtineat, atque ita, ut alius locum ejus ſupplere poſſit, ſub pœna exilii ab Academia. *Fol.63. b.

Reſponſores in omnibus diſputationibus quæſtiones ſuas proponent, explicabunt, et quam fortiſſime munient, idque non ſcriptis ſed memoriter, omnibus contra diſputaturis reſpondere parati.

Si qua domus aut collegium ulla pecuniæ ſumma mulctetur, quod vel reſponſorem vel diſputatorem non dederit, jubemus ejus domus præfectum eum, qui deliquerit, nec officium fecerit, ad mulctam ſolvendam cogere, nimirum ſubductione vel convictus vel ſtipendii.

Singuli Doctores Medicinæ, in aliquo collegio commorantes, ſemper ordine ſuo ad reſpondendum in ea arte teneantur. Doctores autem Medicinæ, qui in oppido com-

---

1 *F.* reviſatur et perficiatur. 2 *F.* reviſetur et perficietur.

mo-

morantur, ſimiliter facient per ſpacium ſeptem annorum poſt.

* Fol. 64. a. * Quæſtiones Medicinæ, Theologiæ, et Juris Civilis, per reſpondentem ſcholarum oſtio affigantur die ſabbati diſputationem præcedente.

Magiſtri collegiorum ab omnibus ſcholaſticis diſputationibus liberentur, niſi quæ pro gradu ſuſcipiendo fuerant conſtitutæ. Eodem etiam privilegio utantur, qui nunc ſunt in eccleſia Chriſti Canonici.

Qui Lectores Regiis ſtatutis diſputationibus adeſſe tenentur, ſi abſunt V^s. pro ſingulis abſentiis mulctentur, niſi legitimum inciderit impedimentum, ut vicarium ſibi ſubſtituant.

Reſponſores et diſputatores veſtibus graduum ſuorum utantur; quod ſi non fecerint, XII s. mulctentur.

Octavo Maii ad Henrici Septimi Commendationem ſacra concio ſit, non ſine pia memoria benefactorum omnium; quam qui habet, pro ſtipendio ſuo habeat VI^s. VIII^d. atque à vicecancellario eligatur. * hinc ſequantur preces præſcriptæ ſingulis collegiis in fine terminorum.

* Fol. 64. b.

Bacchalaureus Theologiæ, Juris Civilis et Medicinæ, ejus anni Commitiis, [1] quibus hos gradus ſuſcipiant, vel unum ex ſeipſis communiter [2] elegant, vel aliquem alium ſuo ſumptu provideant, qui in die Commitiorum ſua in arte reſpondeat.

Nullus ex procuratoribus ab ulla diſputatione abſit, cujus eſſe moderator debet, niſi ex regentibus aliquem ſibi vicarium relinquet.

Omnes magiſtri artium, ſtudio theologiæ deſtinati, intra [3] ſeptem annos poſt magiſterium ſuum bacchalaurei theologiæ erunt, alioqui jure collegii et Academiæ prorſus abdicantur.

Johñ Warwicke.
Henr. Lincolñ.
Ric. Cox.
Simon Heynes.

---

1 Quos *MS.* 2 *Sic.* 3 Semptem *MS.*

* Or-

* *Ordinationes ſingulis collegiis traditæ.*

* Fol.65. 2.

Ordinationibus illis ac Injunctionibus, quas haud ita pridem ſancivimus, atque authoritate Regia ſingulis collegiis obſervandas tradidimus, non ſine pœnis violatoribus aſſignatis, has quoque, quas apprime utiles eſſe novimus, adjiciendas curavimus; quas omnes eadem authoritate, atque ſub eiſdem mulctis ac pœnis, à vobis ſanctiſſime cuſtodiri volumus ac præcipimus.

Jentaculorum, prandiorum, cœnarum ac ſympoſiorum conſueti in [1] diſputationum tempore ſumptus, per magiſtrum, et majorem ſociorum partem, leventur, minuantur.

Magiſtri artium, poſt primum ad minimum regentiæ ſuæ annum, domi ſuæ in theologia diſputent et reſpondeant.

Aleæ nullo tempore, chartæ pictæ non niſi * Chriſti Nativitatis tempore, idque moderate et idoneo tempore in aulis tantum uſurpentur, ſub pœna expulſionis poſt ſecundam admonitionem. * Fol.65. b.

In ſingulis collegiis, proximo die poſt cujuſque termini finem, collegium in ſacellum conveniat, et, poſt quadrageſimum quartum Eccleſiaſtici lectum, aliquis, à Magiſtro ſignatus, concionabitur, ubi fundatoris ceterorumque inſignium virorum, quorum in eo collegio beneficia late patent, præclara commendatio erit, et quanta gloria Deus afficiendus ſit demonſtrabit, qui per hos benefactores ingentia in illos beneficia contulerit, et ſocietatem illam hortabitur, ut eiſdem, ad Dei gloriam, et eruditionis amplificationem, et honeſtum fundatorum inſtitutum, utantur, et Deum precentur, ut ita viventium cordi ſuæ benignitatis gratiam effundat, ut, ad Dei gloriam illuſtrandam, et Chriſtianam religionem adaugendam, opes et facultates ſuas ſimiliter conferant. Poſt concionem peractam, cantabunt: *Te Deum laudamus* &c. *Laudate Dominum de cœlis* &c. *Cantate, Laudate Dominum in Sanctis* &c. Ad finem Pſalmorum, * *Gloria Patri* &c. Et ante precationem dicent, *In* * Fol.66. 2.

1 Diſputationem *MS.*

memoria æterna erit juſtus. Reſp. *Ab auditione mala non timebit. Dominus vobiſcum.* Reſp. *Et cum ſpiritu tuo.*

Oremus.

Glorificamus te, Domine Deus, in iſtis tuis ſervis et benefactoribus noſtris, qui ex hac vita emigrarunt, et clementiam tuam precamur, ut, quemadmodum illi, in noſtrum uſum et ſolamen, ea, quæ tu illis dediſti, pie diſpenſarunt, ita [1] *et nos eiſdem commode utamur, ad verbi tui ſancti propagationem, et nominis tui gloriam, ut tandem aliquando nos una cum illis tecum regnemus in cœlo, per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.* Amen.

John Warwicke.
Henr. Lincoln.
Ric. Cox.
Simon Heynes.

---

* Fol. 67. a. Barlow.

UNIVERSIS præſentes literas inſpecturis, Gulielmus, providentia divina, Lincolnienſis Epiſcopus, ſalutem in Domino ſempiternam.

Noveritis, Nos quaſdam ordinationes, per præpoſitum et ſcholares domus ſeu aulæ beatæ Mariæ virginis Oxoniæ, vulgo vocatæ **Oriel College**, noſtræ dioceſis, de eorum communi et unanimi aſſenſu factas, perpetuis temporibus in eadem domo, per eoſdem et ſucceſſores ſuos quoſcunque, firmiter obſervandas, ſigillo communi præpoſiti et collegii eorundem ſcholarium, eiſdem appenſo, ſignatas, et nobis ex parte eorundem exhibitas, inſpexiſſe, eo, qui ſequitur, tenore.

Univerſis, præſentes literas inſpecturis, appareat evidenter per eas, quod ea, quæ infra ſcribuntur, ſunt ordinationes ex unanimi conſenſu præpoſiti et ſcholarium col-

---

1 Ut *MS.*

le-

legii beatæ Mariæ virginis Oxoniæ, ex fundatione inclitæ memoriæ Regis Edwardi ſecundi (quondam Regis Angliæ) vulgo vocati **Oriell College**, factæ et ſtabilitæ, per ipſos et eorum ſucceſſores perpetuis temporibus ibidem obſervandæ.

Imprimis, cum antiquiſſimis ſtatutis collegii prædicti, in primaria fundatione ejuſdem factis, cautum ſit, ut, ſi quas obſervantias, vel ſtatuta ſalubria et honeſta, per præpoſitum et ſocietatem prædict. aut eundem præpoſitum, et decem vel octo ſeniores et diſcretiores dicti collegii, de perito et communi dictæ ſocietatis conſilio, ad utilitatem et ad obſervationem inſtitutionis dicti collegii, et jurium ejuſdem, impoſterum provideri et ſtatui contigerit, eâ, poſtquam per Epiſcopum Lincolnienſem fuerint approbata (et non ante) omnes et ſinguli de dicta domo futuris temporibus obſervare teneantur: Cumque eiſdem ſtatutis etiam, inter alia, contineatur, quod (ſi expedire videatur) tres de numero ſcholarium collegii prædicti (concurrente, ad hoc, aſſenſu ſocietatis dictorum ſcholarium, vel ſanioris vel majoris partis eorundem) ſtudere poſſint in Jure canonico, vel per aliqua tempora in Jure civili: Habita nunc, ſuper dictis duobus ſtatutis, matura deliberatione per præpoſitum et ſcholares prædictos, eorum communi conſilio et aſſenſu ſtatutum eſt, ut duobus tantummodo de ſcholaribus dicti collegii licitum fuerit in poſterum Juri canonico vel civili operam dare, idque juxta moderationes ſive limitationes in dicto ſtatuto præſcriptas (prædicto ſtatuto, aut aliqua clauſula in eodem contenta, in aliquo non obſtante.)

Et quoniam dictis præpoſito et ſcholaribus maxime expedire videtur, ut unus ſcholarium dicti collegii, futuris temporibus, et de tempore in tempus, * Medicinæ ſtudio vacare poſſit, cujus conſilio atque opera, reliquis in eodem collegio ſtudentibus (quoties eorum aliquem minus firma uti valetudine contigerit) proſpiciatur: communi dictorum præpoſiti et ſcholarium conſenſu ulterius ſtatutum eſt, ut uni ſcholarium collegii prædicti, perpetuis futuris temporibus, liceat (concurrente, ad hoc, aſſenſu ſocietatis, præpoſiti et ſcholarium prædictorum, vel majoris vel ſenioris

* Fol. 67. b.

partis eorundem) Medicinæ ſtudio ſeſe totum applicare et addicere, poſt peractum illud tempus, quo, ex laudabili conſuetudine dicti collegii, Philoſophiæ ſtudio vacare tenetur: qui, è numero ſcholarium dicti collegii ſtatim eligendus, et cum condi ionibus prænotatis, ad illud ſtatim admittendus erit. In quorum fidem et teſtimonium ſigillum commune dictorum præpoſiti et ſcholarium domus prædictæ præſentibus eſt appenſum. Datum Oxoniæ in collegio prædicto, primo die Septembris, anno Domini 1612.

Nos igitur, inſpectis et diligenter examinatis ordinationibus prædictis, invenientes eaſdem rationabiles et honeſtas, et nemini damnum vel præjudicium afferentes, ipſas in dicto collegio perpetuis futuris temporibus obſervandas et tenendas (quantum in nobis eſt) ratificamus, reſervantes etiam nobis et ſucceſſoribus noſtris poteſtatem, prædictas ordinationes (ſi aliqua obſcura, diminuta, vel ambigua, ex eis in futurum reſultare contigerit vel oriri) declarandi, interpretandi, et, ſi neceſſe fuerit, corrigendi, ſalvis etiam nobis, et ſucceſſoribus noſtris, epiſcopalibus conſuetudinibus et eccleſiæ Lincolnienſis dignitate. In quorum omnium teſtimonium, præſentibus ſigillum noſtrum epiſcopale appoſuimus. Datum apud manerium noſtrum de Bugden, decimo quinto die menſis Decembris, anno Domini milleſimo ſexcenteſimo duodecimo, noſtræque Tranſlationis anno quinto.

Num.

Num. VII. Vide Præf. §. VIII.

Epitaphium Saræ Cherriæ, filiæ Franciſci Cherrii. E litteris ab amiciſſimo Juvene Joanne Lovedaio (è Coll. Magd. Oxon.) ad nos datis Caverſhamiæ prope Readingum Sept. XI. *A. D.* M. DCC. XXIX.

In Shottesbrooke **Church** [**in** Berks] **in the Chancel against the North-Wall is a Marble Monument, with a Buſt at top, and Coat of Arms at Bottom, with this Inſcription.** Coll. noſtr. MSS. Vol. 122. p. 66.

En ſupra Poſitam,
Qualis humanis Oculis occurrebat,
Virginis amabilis *Saræ Cherry* Imaginem!
Pulchriorem vero Animi figuram, et Effigie quavis Marmorea perenniorem,
Siſte Viator, et Intuere.
Si munera pietatis, tum erga Deum tum parentes, reſpicias,
Ea bene novit, et optime exercuit.
Ad Cœlum ſummo niſu quotidie aſpiravit Illius Anima, quæ
Ad Cœleſtem Patriam commigravit etiam quum in terris commorari
Arridens fortuna maxime videbatur Illam perſuadere. [nia
Divino Auxilio ſuffulta, firmo, conſtanti et æquabili animo ſuſtinuit Infortu-
Patris ſui, Eruditi Viri *Franciſci Cherry* Generoſi,
Qui extra hos Parietes Reliquias ſuas quam proxime jacere voluit
Juxta Amiciſſimum ſuum *Dodwellum* intra depoſitum,
Quôcum in ſtudiis literarum, pioque Numinis cultu,
Arctiſſimo vinculo fuit conjunctus.

Filia Variolis correpta Obiit XXV. Die Junii An. Dom. MDCCXIV. Æt. XXI.

Num.

Num. VIII. Vide Præf. §. XI.

Coll. noſtr. MSS. Vol. 124. p. 50.

A remarkable Story of a great Sum of Money, found in a great cumberſome wooden Bedſtead at Leyceſter, on which Richard III. *had layn before the Battle at Boſworth. From pag.* 292. *of a* 4to. *Paper MS. intit'led,* **Remembrances,** *collected (& written, for the moſt part, with his own hand) by the eminent Sr. Roger Twyſden, Bart. and lent to my learned Friend Dr. John Thorpe of Rocheſter by his Grandſon the preſent Sir William Twyſden, of Eaſt-Peckham in Kent, Bar^t^.*

I Have beene informed by Sr. Baſil Brooke (a very honeſt gentleman) and by Mrs. Cumber (a Citizen of London) who was bred up at Leceſter, That Richard the third, beefore he fought at Boſworth, lay in an howſe, was then, or afterwards, an Inne, and called *the blue boar*, in which howſe, after hys defeat at Boſworth 1485. there remayned a great cumberſom wooden beadſtead, in which hymſelf lay beefore the fight, guilded, and with planks or boords at the bottom, not, as the uſe now is, with coards, which beadſtead after the battle, the bedding and what elce of worth beeing taken away, remayned as a neglected peece to the Inne, in which dwelt on Mr. Clark (in her tyme, from whom I had the relation) whoſe wife going one day to make up a bed, they had placed in it, in ſtyrring of it, found a peece of gold to drop from it; And then, upon ſearch, perceived the beadſtead to have a double bottom, all which ſpace betweene the two bottoms was fylled with gold and treaſure, all coyned before Richard the 3^d's^ tyme or by hym, from whenſe this Clark reaped an incredyble maſſe of wealth, (but had wit enough not to diſcover the ſame) but became of a poore man very ritch, was Mayor, and this in the end was by hys ſervants diſcovered. The ſayd Clark in the end dying, left hys wife very ritch, who ſtyll kept on the Inne at the blue bore

bore in Leiceſter, tyll in the end ſome gueſts coming to lodge with her, ſhe was by them rob'd, who carryed away ſeven hors Load of treaſure, and yet left great ſtorre ſcatter'd about the howſe of gold an[d] ſilver, Mrs. Cleark herſelf beeing in this action made away by a mayd ſervant, who ſtopt her breath by thruſting her finger into her throat, ſhe beeing a very fat perſon, for which fact Mrs. Cumber ſaw her burnt, as the ſeven men were hanged. This was I firſt told by Sr. Baſill Brooke, which was ſince confirmed to me by Mrs. Cumber, who hath lived there, ſaw the woeman and the beadſtead, and [1] knwe the relation to bee trwe, and ſays it was about ſome forty years ſince theſe perſons were executed for it. This ſhe affirmed unto me this 29 Auguſt 1653. and I dare ſay it was trewe; for they were, both Sr. Baſill Brooke and Mrs. Cumber, very good, trewe and worthy perſons.

Roger Twyſden.

---

1 *Sic.*

NO-

NOTÆ.

PAG. 5. l. 14. *Sullato*] Sic Apogr. hîc & infra p. 63. l. 3.

P. 25. l. 28. *Scuturorum*] Pro, *ſcutorum*.

P. 32. l. 3. *Anxionarios*,] Vel *auctionarios*.

P. 33. l. 16. *Eiis*] Sic Apogr. non aliter atque infra p. 41. l. 15.

P. 41. l. 14. *Hujus*] F. *hujuſmodi*. Ib. l. 15. *Eiis*] Vide ſupra ad p. 33. *Ib.* l. 22. *Facineroſo*] Sic Apogr. Vulgo, *facinoroſo*.

P. 63. l. 3. *Sullato*] Vide ſupra ad pag. 5. *Ib.* l. 28. *Expenditis*] Sic, pro *expenſis*.

P. 65. l. 28. *Cum gladio*] F. *eum gladio*.

P. 78. l. 8. *Richemendiæ*,] Sic Apogr. pro *Richemondiæ*.

P. 82. l. 15. *Tamen, propter*] Sic Apogr. Malim, *tum propter*. Ib. l. ult. *Conſumavit*.] Sic Apogr.

P. 86. l. 1. *Geneale*] Sic Apogr. pro *geniale*. Ib. l. 9. *Arcibus*,] F. *arcibus*, id eſt, *arcubus*.

P. 99. l. 6. *Hugo de Spenſer*] Sic. F. *Hugo le Deſpenſer*.

P. 104. l. 9. *Audierunt*,] F. *adierunt*.

P. 105. l. 11. *Publicandæ*] Subintellige, *tempus*.

P. 107. l. 15. *Walenſis*] Potius *Walenſibus*. Neque eſt cur putes, *Walenſus* in primo caſu numeri ſingularis tunc temporis in uſu fuiſſe. *Ib.* l. 19. *Regis*] Vel *Regi*.

P. 108. l. 25. *Apropinquante*] Sic MS.

P. 110. l. 8. *Geſiſſet*,] Sic MS.

P. 112. l. 14. *Mageſtas*] Sic MS. quo modo ſæpe effertur et in aliis etiam antiquis Codd.

P. 113. l. 2. *Autem*] Id eſt, *utique* ſive *ſane*. quo ſenſu & alibi legitur. *Ib.* l. 30. *Conſencit*.] Pro, *conſenſit*.

P. 117. l. 26. *Facta*] F. *feſta*.

P.118. l.1. *Requireretur*] *Requiretur* MS.
P.121. l.3. *Didiciſſet*] *Dediciſſet* MS.
P.126. l.25. *Intererat*] *Intereat* MS.
P.130. l.14. *Reconſiliari.*] Sic MS. pro *reconciliari.* Ib. l.19. *Permittantur,*] Sic MS. Potius, *præmittantur.*
P.134. l.29. *Opugnaret*] Sic.
P.144. l.14. *Præbet*] F. *probet.*
P.152. l.9. *Bekelee,*] Potius, *Berkelee.*
P.157. l.2. *Circuerunt,*] Sic MS. pro *circuierunt.*
P.158. l.20. *Regulas,*] F. *regulos.*
P.161. l.11. *Pluribuſque*] Malim, *pleriſque.*
P.164. l.24. *Terram enim*] Sic plane MS. Sed *terra enim* malim.
P.170. l.19. *Quia tum*] Potius, *tum quia.* Ib. l.22. *Nec*] *nᵉ* MS. quod idem valet atque *nec.* Malim tamen, *Non recedent. Nunc villa ſubjecta. Nam petraria* &c. Quid ſi vero *nᵉ* ſcribæ errore ponatur pro *nⁱ*, i.e. *niſi?* Ejuſmodi ſane lapſus alibi ſæpe. Itaque non abſurde legi poteſt, *Non recedent niſi villa ſubjecta. Nam petraria.*
P.171. l.28. *Satillitum,*] Sic MS.
P.172. l.30. *Zizanniæ*] Sic MS. pro *zizania.*
P.174. l.3. *Quid errogarent*] Potius, *quod erogarent.*
P.175. l.17. *Quæ*] Rectiùs, *qui.*
P.182. l.22. *Exceſſis,*] Sic MS. Repoſuerim, *expreſſis* vel *exceptis.*
P.186. *Refarſire.*] Sic MS. pro *reſarcire.*
P.187. l.10. *Prætendere*] F. *portendere.*
P.195. l.2. *Tranſſibat,*] Sic MS. *Ib.* l.11. *Diſperges,*] Sic MS. non, ut alii forte malint, *diſpergeres.*
P.202. l.8. *Juvenem*] *Juvenum* MS. *Ib.* l.9. *Præfacit.*] F. *præfecit.* Ib. l.22. *Requiritur in principe.*] F. *requiritur in epiſcopo.*
P.205. l.17. *Quam*] F. *contra.*
P.211. l.11. *Exheredatur,*] *Exheredator,* MS.
P.212. l.28. *Commendarat.*] *Commendarũt* MS.
P.215. l.11. *Hæc,*] *Hee,* MS. *Ib.* l.12. *Deteriorum*] *Deteriorẽ* MS. *Ib.* l.29. *Lancaſtriæ*] *Lancantriæ* MS.
P.218. l.22. *Qui*] Potius, *quod.*

P.226. l.4. *Communis*] F. *communem.*

P.227. l.10. *Senciit,*] Sic, pro *ſenſit.* Ib. l.14. *Emiſſis*] F. *emiſſus.*

P.229. Poſt *recidivum* ad imum paginæ adde, *Et tamen malim,* reſiduum.

P.234. l.6. *Interriti,*] Idem quod *territi.* haud aliter atque *infucatum* idem eſt quod *fucatum.* Suntque id genus alia mediæ antiquitatis exempla. Sed quo minus hæc perſequar, obſtat brevitatis ſtudium. Quod ſi Codicis MS. *interiti* retineas, tum **daunted** interpretari liceat. quam interpretationem idcirco feres, quod *interitus* pro *interfectus* vox ſit obſoleta. *Ib.* l.13. *Spiritum. Herfordiæ Wyntoñ*] Rectius forſitan poteſt diſtingui, *ſpiritum Herfordiæ. Wyntoñ* &c. Nulla autem diſtinctio in MS. *Ib.* l.26. *Paciencia adjuncto.*] *Paciencia* MS. quo modo ſi legas, tum *adjuncto* in *adjuncta* commutand. eſt.

P.236. l.28. *Noſter, aliâs vel*] Poteſt autem & ſic diſtingui, *noſter aliâs, vel.*

P.239. l.13. *En*] Sic MS. Abeſſe malim.

P.245. l.30. *Labeſcat.*] F, *labaſcat.*

P.248. l.2. *Aſſeuracionem*] F. *aſſecuracionem.*

P.249. l.16. *Sequanem*] Sic. *Ib.* l.29. *Infeſtæ,*] *Infeſtam,* MS.

P.250. l.12. *Caleſienſes*] *Calienſes* MS.

P.255. l.1. *Literæ ſuper can. W. de Marchia,* &c.] Haſce, quas damus, litteras vidiſſe Godwinum aperte liquet. Id enim ipſe teſtatur Godwinus; qui tamen omnia incaſſum cecidiſſe monuit in Codice quodam MS. apud Cantabrigienſes (in collegio S. Trinitatis adſervato) in quo de epiſcopis agitur Batho-Wellenſibus. At magna in illo Codice à libro Godwini excuſo diſcrepantia. Hujus loci illa duntaxat eſſe exiſtimo, quæ ad hunc ſpectant epiſcopum. Quam ob rem hîc ſubdam, ad fidem Apographi, mecum communicati ab amiciſſimo V. Thoma Bakero, cui meum in uſum miſerat Beauprè Bell, vir ſane pereruditus, operumque noſtrorum fautor perquam humanus, cui proinde gratiam mecum habebis. Interim non eſt, quod fuſe diſſeram, verene an aliter ſenſerit Godwinus, qui aliâs tam multa peccavit.

Mihi

Mihi certe videtur, Eccleſiæ amicum fuiſſe Willelmum de Marchia, digniſſimumque qui, ut tempora ferebant, pro Sancto haberetur. quinimmo & regi ipſi potius quam epiſcopo facinus illud, cujus meminit Weſtmonaſterienſis, tribuerim: quippe qui et cenſeam, Marchianum idcirco theſaurarii munere privatum fuiſſe, quod Regis nequitiam increpuiſſet. Sed neque de Pontifice Romano eſt, quod aqua hæreat, quaſi is litteris ſibi miſſis minime aſſenſerit. Potuit enim concedere, ut in Sanctorum album referretur Marchianus, licet monumenta, quæ comprobent, non compareant, Willelmi de Marchia inimicis, ni fallor, pro virili laborantibus, quo minus ejuſmodi prodirent monumenta.

27. Gulielmus de Marchia.

Roberto Burnell ſuccedit eodem anno Gulielmus de Marchia, Angliæ quoque Theſaurarius, uſque ad annum 1295. *quo tempore ipſo amoto ſubrogatus eſt Walterus de Langton clericus, Regi familiariſſimus, Ceſtrenſis paulo poſt Epiſcopus. In illo Officio (Theſaurarii inquam) quo modo ſe geſſerit, loquatur Weſtmonaſterienſis.* In illo tempore, anno 1294. Dominica ſecunda Menſis Julii, factum eſt ſcrutinium execrabile, ſacrilegum, et horrendum in Eccleſia Dei, per univerſum Regnum Angliæ, quale non fuit, nec fuiſſe creditur, multis temporibus retroactis. Quod quidem ſcrutinium (ut credimus) non emanavit à conſcientia Domini Regis; ſed Author potius hujus facti fuit Magiſter Willelmus de Marchia, tunc temporis Domini Regis Theſaurarius, qui in hoc facto non Bathonienſis Epiſcopus dici debuit, ſed Tyrannus, non defendens Eccleſiam, ſed offendens. Ille ſiquidem facit, cujus authoritate fit. Et quia ſic Templum Domini violavit, caveat ſibi ab Anathemate D. Pauli dicentis: *Si quis Templum Domini violaverit, diſperdet illum Deus.* An. Domini 1292. Edw. I. 20.

Porro, ne, quid ſibi velit Weſtmonaſterienſis, adhuc forte non intelligas, Audi Pol. Virgilium, hanc ipſam rem, ut geſta eſt, pluribus enarrantem. Erat per bella continua jam vacuum Ærarium Regium; quod malum Gulielmus Marchianus, Quæſtor unus omnium, alieno detrimento ſanandum ſtatuit. Is enim noverat, cum in Cœnobiis, tum in Templis, pecunias

eſſe depoſitas, quas ſi juberet tolli, non utique ſe ſcelus, ſed operæ pretium facturum dicebat, ſi pecunia promeretur foras ad uſum populi, perinde quaſi omnia eſſent communia, quo ſic pecuniam militi ſuppeditaret. Itaque Præfecti militum, quibus ille ſacrilegii perpetrandi negotium dederat, diſpoſitis paſſim per Regnum militibus, uno tempore quicquid pecuniarum in locis ſacris reconditum fuerat, omnibus veſtigiis indagatum ad Edovardum afferunt, gemente paſſim populo, quod Princeps non putaret, manus abſtinendas à pecuniis, quibus ſacræ Ædes reficiendæ eſſent. Rex autem, pecuniæ egens, rem diſſimulavit, ac nequaquam ea præda contentus, habito non multo poſt conſilio, poſtquam, Invidiæ declinandæ cauſa, excuſaverat illud Quæſtoris ſui factum bene multis verbis, ſignificavit, quam infiniti ſumptus in novum exercitum impendérent, quam grave immineret bellum, et quæ pericula pro Rep. ſibi atque prophanis Principibus quotidie ſubeunda forent; et quia idem per Religionem facere non liceret ſacerdotibus, ideo eos debere, pecunia juvare milites, qui per hæc argumenta, illis dimidiam partem omnium ſacrorum proventuum unius anni imperandam curavit. Sed, ut, poſt tot impoſita onera, videretur in parte aliqua, velle Patribus gratum facere, pollicitus eſt, ſe conceſſurum aliquid, ſi modo peterent, quod ex uſu Ordinis Sacerdotalis eſſet. Epiſcopi, capto inter ſe conſilio, poſtularunt, ut Legem (ad Mortuam Manum) quam ſuo Ordini valde nocere perſpexerant, antiquaret. At Rex, cui nihil longius erat, quam in ea re Epiſcopis ſatisfacere, ad id reſpondit, ſibi nequaquam in manu eſſe Legem tollere, ſine conſenſu Patrum, quorum conſilio conſtituta eſſet; et eo belliſſimo Reſponſo, Pontifices contentos voluit.

Atque hæc de Marchiano iſto retulerunt Hiſtorici prædicti: quo magis mirer, actitatum aliquando poſt mortem ejus, idque ſerio, de eo in Album Sanctorum aſcribendo. Vidi equidem multas Literas Decani et Capituli ad Papam, Cardinales, et alios Proceres tam laicos, quam Eccleſiaſticos, quibus, ut in numerum Divorum referretur, impenſiſſime flagitabant. De perſecutione, quam paſſum dicunt pro defenſione Jurium Eccleſiaſticorum, multa,

ta, de virtutibus et miraculis ejus mira prædicantibus. Vidi etiam ipſius Regis et Epiſcoporum aliquot Literas in eadem cauſa. Fruſtra ſudatum eſt, neque enim ſucceſſum res habuiſſe videtur. Sedit annos 10. *et ſepultus dicitur, ubi Monumentum videmus in muro, prope oſtium Clauſtri. Ibi miracula olim facta majores noſtri crediderunt. Circa finem Præſulatus iſtius Epiſcopi (ut id etiam annotem) annum viz.* 1300. *Domum noſtram Capitularem conſtructam, haud dubiis argumentis deprehendi: ad tam præclarum opus certatim et affluenter, nemine non ſtipem conferente, quippe quod, cœleſtia præmia ſe ſibi hac liberalitate mercari, non dubitarent.*

This account (inquit amicus) **of Gul. de Marchia being ſent me from Mr. Bell, from a MS. at Trin. Coll. of Francis Godwin, then Canon of Wells** an. 1595, **with an Intimation of conveying it to you, I ſend it, but leave it entirely to you, to make what uſe of it you pleaſe, if it be of any. The MS. is a very fair one, and certainly wrote by Fr. Godwin, being his firſt Eſſay. How he came to alter ſo much in this & ſeveral other of the Bps of B. & W. I cannot ſay. The Catalogue contains only the Biſhops of Bath & Wells.**

P. 260. l. 3. *Qui, licet ſi* &c.] Malim, *qui licet, ſcilicet pro negotiis Domini regis*, &c.

P. 261. l. 23. *Creatarum,*] *Creaturarum*, malit non nemo.

P. 301. l. 31. *Fundatore ---- primario,*] Recte additur *primario*, quum ipſe Edvardus II *primus* ſive *primarius* plane eſſet collegii Orielenſis *fundator*, haud aliter atque ipſe Aluredus Magnus *primarius* fuerat *fundator* collegii Univerſitatis. Utriuſque vero ſucceſſores *fundatores* itidem jure optimo vocantur, utpote utriuſque patroni. Inde et ipſe etiam Henricus VI. (quantumvis *uſurpator*) *fundator* quoque hiſce in Injunctionibus, à nobis editis, collegii Orielenſis dicitur, p. 315. Guilielmus vero Dunelmenſis non *fundator* ſed *reſtaurator* vocatur collegii Univerſitatis. Jam vero ne ambigas, an fundatoribus recte debeant annumerari patroni, opinioni ſane noſtræ favet etiam antiquitas. Adeo ut & ipſi itidem, qui deſcenderint à *primariis fundatoribus* monaſteriorum, *fundatores* itidem eorundem fuerint appellati.

In-

Inde exiſtimarim, Rogerum de Colrithe Thomamque ipſius filium non fuiſſe *primarios fundatores* monaſterii ſanctimonialium de Winteney in agro Hantonienſi. Cui ſententiæ non leve pondus addit, quod à nobis non diſſentit cl. Tannerus, ſicut ex ipſius hoc de monaſterio collegi litteris. Sed hoc de monaſterio operæ pretium duxi è Collectaneis noſtris quædam ſubjicere, hæc nimirum.

Coll. noſtr. MSS. Vol. 121. *p.* 52.

Leland. Coll. Vol. I. p. 69.

Winteney, abbat: Monial. prope Hertford-Bridge. [*Hamp.*]

Rogerus Colrith armiger, & Thomas ejus filius fundatores.

Deinde hereditas Colrithe pervenit ad Bluntos D. de Montjoye.

Colrithi ædes quo nomine nunc vocantur ſunt 3. per mil. citra Alton qua itur à Farnham ad Alton. Gul. Montjoyus vendidit Colrithe.

Colrithe **is now call'd** Coldre.

Wintney **was otherwiſe call'd** Hartley Wintney *aliàs* Hartley Row.

Coll. noſtr. MSS. Vol. 122. *p.* 7.

There are Writings in Magd. Coll. **Treaſury** Oxon. **relating to** Hartley Wintney.

Captain Stephens **could meet with nothing more about the Nunnery of** Winteney **or** Hartley Rowe, **than what is in** Leland **and the** Monaſticon, **and yet in the Captain's Work are many Original Writings never before publiſhed, tho' done in a quite different Method and Order from** Dugdale **or rather** Dodeſworth's Monaſticon.

Ibid. p. 116.

Richardus filius *Richardi* de **Hereard** conceſſit, & Carta ſua confirmavit intuitu caritatis, & pro ſalute animarum patris ſui *Richardi* de **Hereird**, & *Elæ* matris ſuæ, & pro ſalute animæ ſuæ, & *Gunnoræ*, quondam uxoris ſuæ, & pro ſa-

ſalute omnium anteceſſorum & ſucceſſorum ſuorum, donum quod *Richardus Makerel* fecit Deo & eccleſiæ beatæ *Mariæ* de *Wynteneye*, & ſanctimonialibus ibidem Deo, & beatæ *Mariæ*, & ſanctæ *Mariæ Magdalenæ*, & omnibus Sanctis ſervientibus, ad ſuſtentandum unum capellanum in perpetuum, qui pro ſalute omnium fidelium defunctorum, ibidem divina celebrabit, ſcilicet, de terris, cum omnibus pertinentiis ſuis, quæ fuerunt *Johannis* & *Thomæ Makerell* in [1] **Sudetrope**, & in **Eſſande**, cum [2] boſco de **Petſete**, (*&c.*) quas terras, (*&c.*) prædicti *Johannes* & *Thomas* habuerunt ex dono utriuſque *Richardi* de **Hereird**, tam ſcilicet patris quam & filii, videlicet, unam virgatam & dimidiam terræ, (*&c.*) Hanc Cartam confirmavit *Edv.*I. a°: regni 19. Vide Mon. Angl. Tom.I. p. 483.

Virgata terræ **or a Yard Land was reckon'd by the Monks to be fourty Acres.** Vide Joan.Glaſton. Vol.I. p.284.

Ibid. p. 78.

The little Benedictine **Nunnery of** Wintney **near** Hartford bridge **in** Hampſhire **was built** (temp.Will.Conq.) **to the honor of the Bl.** Virgin Mary **and St.** Mary Magdalene. Roger Colrith, **Eſq. and Thomas his Son are ſaid by** Leland (Collect. **Vol.I. p.69.) to have been Founders; but they ſeem to have been Patrons rather than original Founders, it being uſual in Antiquity to call thoſe** Fundatores, **that were either Patrons, or were directly deſcended from the firſt Founders, of Religious Houſes. In this Nunnery about the time of the Diſſolution were a Prioreſs and fifteen or ſixteen Nuns; but the value of their Revenues were reckoned 26.** Hen.VIII. **only** 43 l.—3 s. per an. *Dugd.*59.l. 1 s. *Speed.* 49 l. 3 d. *MS. Valor.* **The Site of this Monaſtery, with the Manor and Rectory of** Hartley Wintney, **with Meſſuages and Lands in** Sutton, **in the City of** Winchester &c. **were granted** 30 Hen.VIII. **to** Richard Hill, **Serjeant of the King's Cellar. To this Religious Houſe belonged the Impropriate Rectory of** Heriard (Co. South-

E Litteris cl. Tanneri ad Editorem.

1 *Idem quod*, **Sutton** *ſive* **Southtown.** 2 **Petſete Wood.**

ampt.)

ampt.) the Manno⁊ of Waddows and Farm of Aſhley (Co. Dorſet.)

Vide in Monaſt. Angl. T.I. p.483. Cart.9. Ed.I. n.11.

Nomina Benefactorum, aliorumque qui commemorantur in Eccleſia Monaſterii de Winteney in Kalendario MS. in Bibl. Cotton. Claudius D.III.3.

Rot. Fin. div. Com. 8 Hen.III. n.30. de redditu in Bedefont &c. Pat. 9. Ed.I. m.3. vel 4. Pat. 8. Ed. III. p.2. m.28. pro Eccleſia de Heryaz̃d: Cart 11. Ed.III. n.62. de Communa Paſturæ pro bovibus, porcis, bidentibus &c. ſuper Dominicis Hugonis de Wingham et Aliciæ de Byflete in Manerio de Welle: Pat. 12. Ric. II. p. 1. m. 5.

Hæc è Collectaneis noſtris. Fuſius agat doctiſſimus Tannerus, ſtudiis nobis junctus, vir his in rebus magnæ lectionis. Interim nos ea annectemus, quæ è Kalendario Cottoniano nobiſcum communicavit amicus egregius Jacobus Weſtus. eximia equidem, & quæ nullus ſapiens contemnat, utut Wicleviſtæ (quorum opinio non eſt aſſis) pro affaniis habeant. Ceterum pro *agro Somerſettenſi* reponerem *agro Hantonienſi*, ut & *Winteneia* pro *Wintoneia*. Nam & ipſe doctiſſimus Smithus in Catalogo ſuo penes nos *Winteneia* correxit, quantumvis *Somerſettenſi* in eodem retinuerit, vir alioqui neutiquam oſcitans.

Bibl. Cotton. Claudius. D. III. 3.

Nomina Benefactorum aliorumque, qui commemorantur in Eccleſia Wintoneia in agro Somerſettenſi; ex Kalendario veteri tranſcripta.

Kal. Jan.	Obiit Mathæus Sacerdos hujus Eccleſiæ, & Philippus de Wintonia.
4 Non.	O. Maria Monaca & profeſſa.
3	O. Alanus Baſſat & Thomas de Lecforde.
2	O. Philippus de Iuengeho.
8 Idus	O. Hawiſa de Selebourne.
7	O. Emma piæ memoriæ, quæ fuit quondam Prioriſſa.
6	O. Katerina Monaca Deo ſacrata.

5 O.

5 O. Gunnora Monaca & profeſſa, et Alicia de Bendenges & Galfridus de cauſ.
4 O. Matildis Monaca & profeſſa.
3 O. Ricardus de la Ruge & Hugo de Arundel.
Idus O. bonæ memoriæ Dominus Galfridus Gabriel, Confeſſor noſter.
19 Kal. Febr. O. Matilda ſoror & converſa, & Alured de Herrierd, & Juliana de Bartona.
18 O. Galfridus de la Flode & Eluiua converſa.
17 O. Emelina Monaca & profeſſa.
16 O. Stephanus de Bendenges & Alicia Cifrewas.
14 O. Alina Sturmi.
13 O. Johannes quondam Epiſcopus Wintonienſis, benefactor noſter.
12 O. Ricardus Teſtard.
11 O. Willelmus Banaſtre benefactor noſter.
10 Obiit Alicia Monaca & profeſſa.
9 Kal. Feb. O. Sibilia Monaca & profeſſa.
8 O. Criſtia Deo ſacrata.
6 O. Mauricius de Bendenges.
5 O. Mauricius Wintonienſis.
4 O. Petronilla Monaca & profeſſa.
3 O. Alicia ſoror noſtra.
2 O. Henricus de Herrierd & Hugo de Wingeham.

Kal. Febr. Obiit Emma Monaca & profeſſa, & Galfridus frater noſter.
4 Non. Obiit Johannes frater noſter.
3 O. Hugo Lincolnienſis Epiſcopus, & Agnes ſoror noſtra.
2 O. Criſtina Monaca & converſa.
6 Idus O. Ydonea Monaca ad ſuccurrendum.
5 O. Edelina Monaca & converſa.
2 O. Simon Abbas de Radinges, & Mabilia ſoror noſtra.
Idus O. Nicholaus Epiſcopus Wintonienſis bene-

factor noſter, & Eluiua Monaca & converſa.
16 Kal. Mar. O. Cæcilia de Lecforde.
14 O. Robertus de Leukenore & Agnes Brackele.
13 O. Margareta Monaca & profeſſa.
12 O. Simon ſacerdos & Baſilia Domina de Herierd.
11 O. Benedicta ſoror noſtra.
10 O. Goda Monaca ad ſuccurrandum, & Ric. de Cifrewaſt.
8 O. Emma Deo ſacrata.
7 O. Amicia Monaca & profeſſa, et Emma Banaſtre.
2 O. Willelmus de Bendenges.
Kal. Marcii O. Willelmus Trenchefeile.
5 Non. O. Eutropius ſacerdos hujus Eccleſiæ.
4 O. Criſtina Monaca & profeſſa.
3 O. Alicia Hageman Monaca & profeſſa.
2 O. Margareta Monaca & profeſſa.
Non. O. Aluiua Monaca Deo ſacrata.
6 Idus O. Thomas de Colrithe.
4 O. Maria Monaca & profeſſa.
3 O. Johannes de Iſenhurſte.
2 O. Matiltis Monaca & profeſſa.
17 Kal. Apr. O. Ric. de Brackele.
16 O. Johanna Monaca & profeſſa.
15 O. Baſilia Monaca & profeſſa, & Hylaria Monaca & profeſſa.
13 O. Willelmus frater noſter.
10 O. Matildis Monaca & profeſſa.
9 O. Ric. Abbas de Redinges, & Iſalta Monaca & profeſſa.
8 O. Philippus de Colrithe.
7 O. Juliana Monaca & profeſſa.
6 O. Alanus Hageman & Strangia ſoror noſtra.
4 O. Alicia Monaca & profeſſa.
2 O. Aylrouna Monaca & converſa.

Kal.

Kal. Apr. O. Felicia Monaca & profeſſa, & Druſiana Monaca & profeſſa.
4 Non. O. Willelmus frater noſter.
2 O. Magiſter Philippus de Bartona, Archidiaconus Surriæ, benefactor noſter.
Non. O. Criſtina Monaca & profeſſa.
7 Idus O. Domina Ela de Hereierd, & Matildis Monaca & profeſſa.
6 O. Dominus Ric. de Herierde piæ memoriæ benefactor noſter, fundator Eccleſiæ noſtræ lapideæ. & magiſter Jordanus.
5 O. Magiſter Philippus de Bartona.
2 O. Galfridus de Wincham. Obiit Domina Anna Launce Sacriſta, Monaca & profeſſa.
18 Kal. O. Sabina piæ memoriæ, quæ fuit quondam Prioriſſa. & magiſter Willelmus de Farnham benefactor noſter, & Eva de la Bere ſoror noſtra, & Robertus de la Berue.
17 O. Adam Abbas de Redinges.
16 O. Johannes Sifrewaſt.
15 O. Robertus Clericus de Wintonia.
14 O. Galfridus filius Petri, fundator Eccleſiæ noſtræ.
13 O. Agnes Monaca & profeſſa, & Johannes de Brackele.
10 O. Alicia Monaca & profeſſa.
8 O. Eva Deo ſacrata.
7 O. Billehalda Monaca & profeſſa. & Johanna Monaca & profeſſa.
5 O. Johannes frater noſter.
4 O. Iſabella Monaca & profeſſa.
2 O. Iſilia Prioriſſa piæ memoriæ, & Matildis Cifrewaſt Domina de Herierde.

Kal. Maii O. Adam Abbas de Waverle quondam.
3 Non. O. Claricia piæ memoriæ, quæ fuit quondam Prioriſſa. & Cæcilia de Porte.
Eodem die obiit bonæ memoriæ Elyano-

re Werblington, ſubprioriſſa & benefactrix noſtra.

Non. O. Gunnillda Monaca & profeſſa.
8 Idus O. Johanna Monaca & profeſſa.
4 O. Galfridus de Bendenges.
3 O. Dominus Willelmus le Fort. & Dioniſia Domina de Colrithe, cujus cor ſepelitur coram ſummo altare.
2 O. Simon Sacerdos hujus Eccleſiæ. & Agnes ſoror noſtra.
Idus O. Robertus frater noſter.
16 Kal. O. Ric. de la Bere. O. Magiſter Thō de Euham benefactor noſter.
15 O. Amicia Monaca & profeſſa.
14 O. Mabilia Monaca & profeſſa, & Amicia de Anne.
9 Obiit Margareta Brakenham, Monaca profeſſa Cantatrix.
8 O. Rametta ſoror noſtra.
7 O. Sibilia Monaca & profeſſa, & Emma ſoror noſtra.
6 O. Radulphus de Bentewurze, benefactor noſter.
4 O. frater Radulphus de Tywe, benefactor noſter.

4 Non. Junii O. Eghelina de Wingeham.
3 O. Amicia Mon. & profeſſa. & Johanna Monaca & profeſſa.
Non. O. Agnes Monaca & profeſſa.
7 Idus O. Johanna Monaca Deo ſacrata.
5 O. Petrus Epiſcopus Wintonienſis, benefactor noſter.
3 O. Domina Johanna de Colrithe et Ela de Camays.
Idus. Memorandum, quod Prioriſſa & Conventus de Winteney receperunt triginta unam libras pro obitu Willelmi Wychet annuatim iſto die.

18 Kal. O. Agnes Monaca & profeſſa, & Amicia Monaca & profeſſa.
17 O. Agnes Monaca & profeſſa, & Amyria Monaca & profeſſa.
15 O. Willelmus Abbas de Redinges.
12 O. Lucia piæ memoriæ, quæ fuit quondam Prioriſſa.
10 O. Cæcilia Monaca & profeſſa, & Johannes de Anne.
9 O. Domina Elianora Regina Angliæ.
7 O. Johanna Monaca & profeſſa.
6 O. Matildis Monaca & profeſſa.
5 O. Sibilia Monaca & profeſſa.
6 Non. Julii O. Nicholaa Monaca & profeſſa.
2 O. Henricus Rex Angliæ, & Juliana Monaca & profeſſa. & Hugo frater noſter.
Non. O. Galfridus Clericus de Odiham.
5 Idus O. Elena Monaca & profeſſa.
2 O. Hilda de Cumtona.
17 Kal. Auguſti O. Johanna Monaca & profeſſa, & Thomas de Hurtford.
15 O. Nicholaus de Rale.
13 O. Dominus Elias Abbas de Redinges, benefactor noſter. et Aſſelina de Berwe. & Galfridus pater Nicholai Abbatis de Radinges.
11 O. Roſamunda Monaca & profeſſa. & Alicia de la Bere.
9 O. Alicia Monaca & profeſſa.
8 O. Ric. de Bendenges.
7 O. Mabilia Monaca & profeſſa.
4 O. Johannes de Manifewdo.

4 Non. Aug. O. Petronilla Monaca & profeſſa. & Anaſtaſia Monaca & profeſſa.
3 O. Sibilia Bidon & Dioniſia Deo ſacrata.
8 Idus O. Leveva Monaca & Deo ſacrata.
5 O. Amicia Monaca & profeſſa. Johannes Alwele.

3 O. Alanus de Colrithe.
2 Johannes Prentoft Draper.
19 Kal.Sept. O. Alicia Monaca & profeſſa.
18 O. Juliana piæ memoriæ, quæ fuit Prioriſſa quondam.
16 O. Willelmus Trenchefeile & Johannes de Colrithe.
15 O. Johannes de Colrithe.
14 O. Alditha Monaca & converſa.
12 O. Alicia piæ memoriæ, quæ fuit quondam Prioriſſa.
10 Obiit Lucia piæ memoriæ, quæ fuit quondam Prioriſſa, cujus animæ Deus propitietur.
9 O. Margareta Monaca & profeſſa.
8 O. Maria Monaca & Deo ſacrata.
2 O. Matildis Monaca & profeſſa.

Kal. Sept. O. Dominus Willelmus de Rale, Epiſcopus Wintonienſis. Recepimus in fraternitatem noſtram in Capitulo noſtro Magiſtrum Johannem Somerſeth a° Domini 1446.
4 Non. O. Hauuiſa bonæ memoriæ, quæ fuit quondam Prioriſſa, & Stephanus de Bendenges.
2 O. Juliana Monaca ad ſuccurrandum.
Non. O. Matildis Monaca & profeſſa. & Matildis ſoror noſtra.
8 Idus O. Cæcilia Monaca & profeſſa. & Ricardus Sifrewaſt.
6 O. Anicia Alwele. Obiit Alicia Sandehulle Monaca & profeſſa.
4 O. Domina Cæcilia bonæ memoriæ, quæ fuit quondam Prioriſſa. & Rogerus Sifrewaſt.
3 O. Godefridus de Luci Epiſcopus Wintonienſis, benefactor noſter. & Walkelinus Prior de Suthewik.
2 O. Mabilia ſoror noſtra. Recepimus in fraternitatem noſtram in Capitulo noſtro Thomam Deuere. Stephanus Tye. Johannes Aſſch-

Aſſchford Monachus Eccleſiæ Chriſti Cantuar. Dominus Johannes magiſter in Arte. Robertus Rychemund. Eſtmerus atte Merchſſ. Willelmus Quyckman ſecular' anno Domini 1412.

Idus Sept. O. Dominus Henricus Sturmi, & Juliana Monaca & profeſſa.

18 Kal. Oct. O. Nicholaus de Cifrewaſt. & Elizabet Monaca & profeſſa, & Sibilia.

O. piæ memoriæ Domina Alicia Preſton, Monaca profeſſa & refectoratrix.

16 O. Dominus Ric. de Herierd.

15 O. Lucia, mater Johannis Tutmund, Canonici de Sowrewyk.

11 O. Matildis de Cuincye, fundatrix dormitorii noſtri.

9 Obitus Ricardi Holte, benefactoris ac fundatoris hujus loci noſtri, Criſtinæ uxoris ejus, [1] filii Thomæ Colreth.

7 O. Alexander de Bendenges.

6 O. Dominus Thomas de Arderne.

5 O. Alicia Monaca & profeſſa, & Philippus de Lucy.

3 O. Roiſa piæ memoriæ, quæ fuit quondam Prioriſſa. & Alicia de Exceſtria.

2 O. Yſode de la Bere.

6 Non. Oct. O. Johannes de Port frater noſter.

5 O. Leticia Monaca & profeſſa.

4 A. D. 1234. dedicata eſt Eccleſia de Winteneia.

8 Idus O. Willelmus filius Petri.

7 O. Henricus de la Burwe. O. Criſtina de Ekcetre, Monaca & profeſſa.

3 O. Chriſtiana, Mater Nicholai Abbatis de Radyng.

---

1 *Neſcio an* filiæ.

2 O.

2 O. Galfridus de Lovers.
17 Kal. O. Emma Deo ſacrata.
13 Kal. Nov. O. frater Bartholomæus. O. Magiſter Ricardus de Bartona.
12 O. Margareta Monaca Deo ſacrata.
Commemoratio patrum, matrum, fratrum, ſororum atque conſanguineorum noſtrorum, & omnium fratrum & ſororum & benefactorum defunctorum Ordinis noſtri.
10 O. Galfridus de Cifrewaſt.
8 O. Alicia Monaca & Deo ſacrata.
O. Rogerus Beutre, rector de Heye clere.
6 O. Eva Monaca & profeſſa.
4 O. Margeria de Keneth.
2 O. Aluiua Monaca & converſa.

Kal. Novemb. O. Lucia atte bere, Monaca & profeſſa.
3 Non. O. Gwido Prior de Soiwik.
Non. Obiit Margareta Sowche Domina de Farelehe, benefactrix noſtra.
7 Idus O. Iſabella Monaca & profeſſa.
6 O. Matildis Monaca & profeſſa.
5 O. Amiſia Monaca & profeſſa.
4 O. Lucia Monaca & profeſſa.
3 O. Thomas Mareſcallus, Epiſcopus Bathoniæ.
2 O. Petrus Ruſcivale, benefactor noſter.
Idus O. Almodia Monaca & profeſſa.
18 Kal. Decemb. O. Margareta Monaca & profeſſa.
17 O. Agnes ad Eccleſiam & Iuetta de Bartona.
16 O. Juliana Monaca & profeſſa.
13 O. Dominus Henricus Rex Angliæ.
12 O. Henricus ad Eccleſiam & Goſeline Epiſcopus Batoniæ.
10 O. Eva Monaca & profeſſa.
6 O. Mabilia Monaca & profeſſa.
5 O. Domina Elianora Regina Angliæ, & Emelina ſoror noſtra.
Kal. Decemb. O. Iſabella Monaca & Deo ſacrata.

4 Non.

4. Non. O. Juliana Monaca & profeſſa, & Johannes de Bendenges.

3 O. Johannes Epiſcopus Wintonienſis, benefactor noſter.

8 Idus O. Alexander de Herierd.

6 O. Dominus Johannes Prior de novo loco, benefactor noſter.

Tranſcript. per Caſley.
Collat. cum præfato MSto. per Jac. Weſt Nov. 19°. 1729.

P. 326. l. 32. *Enim*] Malim, *etiam*.

P. 339. l. 37. *Barbam non nutriet,*] F. *barbam non nutriat*. Quandoquidem vero hîc Edmundo Criſpyne vitio vertitur, quod barbam nutriverit, id plane ſciendum eſt, ejuſmodi nutritionem neutiquam diſciplinæ Academicæ fuiſſe congruam. Sicut enim illi *barbam Deo conſecraſſe* dicebantur, qui monachi effecti eam ponebant; ita etiam Academici eo ſanctiores ac caſtiores habebantur, quo propius illorum mores ad leges accederent eccleſiaſticas. Jam vero ſacerdotibus ac clericis Latinis, contra quam Græcis, ſolenne fuiſſe barbam radere è Gregorii VII. PP. lib. 8. Epiſt. 10. docuit Dufreſnius. Nam ibi, [Gloſſ. Med. & Inf. Lat. ſub voc. *Barba*:] *Scilicet, ut, quemadmodum totius Occidentalis Eccleſiæ Clerus ab ipſis fidei Chriſtianæ primordiis barbam radendi morem tenuit, ita & ipſe frater veſter Archiepiſcopus raderet*. Si quis hîc ſcrupulus, is in illo videtur, quod conſuetudo radendi barbam prohibeatur in Collegii Novi Statutis. Sed reſpondendum eſſe exiſtimo, idcirco vetitam fuiſſe, quod hæc conſuetudo admodum eſſet ludicra, & in contemptum religionis à juvenibus ſervata; adeo ut neceſſe viſum fuerit Guilielmo Wickhamo ut in collegio prorſus aboleretur, ne & ipſe radendi barbas mos decorus in deſuetudinem abiret, omneſque barbas nutrirent Academici. Ceterum, ni fallor, conſuetudinis hujus ludicræ origo Wicleviſtis quibuſdam tribuenda eſt, minime ſollicitis de Sacrarum Scripturarum mandatis, ubi diſertim ejuſmodi conſuetudo prohibetur. Hunc enim in modum apud Leviticum, cap. XIX. 27. *Neque in rotundum attondebitis co-*

mam: nec radetis barbam. Anglice, ſicut reddiderunt interpretes recentiores, **Ye ſhall not round the cornerꝫ of youꝛ heads, neithꝛ ſhalt thou maꝛ the cornerꝫ of thy beard.** At vero verſio vetuſtior, anno MDXLI. excuſa, **Ye ſhall not rounde the lockes of youꝛ heades, neythꝛ ſhalte thou marre the tuftes of thy bearde.** Sed ne fuſius diſſeram, apponamus ipſum caput (*Rubricam nimirum* 25.) Statutorum Collegii Novi, in quo hæc, quam diximus, occurrit prohibitio. Sequimur autem exemplar, nobis donatum ab amico noſtro Jacobo Weſto.

Quod nullus ſcolaris & ſocius teneat canes aliquos aut aves accipitres, ludat vel ſagittet, jaciat, vel alia exerceat infra Collegium vel extra, per quæ damnum eveniat eidem Collegio quoviſmodo.

Et quoniam non congruit pauperibus, & præſertim de Eleemoſyna viventibus, dare panem filiorum hominum canibus ad manducandum, ſcriptumque reperiatur alibi, Væ ſit iis, qui in avibus cœli ludunt; *ſtatuimus, ordinamus, & volumus, quod nullus ſcolarium vel ſociorum dicti noſtri Coll. leporarium teneat, aut canem alium quemcunque, ferrettos, niſum, vel aliam avem accipitrem qualemcunque. Taxillorum* [1] *inſuper ſacrorum, & alearum, ac pilarum, omnemque ludum alium noxium, inordinatum, illicitum, & inhoneſtum, & præſertim omnem ludum cauſam, vel occaſionem perditionis monetæ, pecuniæ, rerum, ſeu bonorum, quarumlibet miniſtrantem; ac etiam illum ludum viliſſimum & horribilem radendi barbas, qui fieri ſolet in nocte præcedente inceptionis Magiſtrandorum in Artibus infra Coll. noſtrum prædictum, vel alibi in Univerſitate prædicta, ubicunque, ipſis penitus interdicimus, et etiam prohibemus expreſſe. Contrarium vero huic prohibitioni facientes, ſi ſuper hoc convicti fuerint, pœnam, ſcolaribus & ſociis dicti noſtri Coll. extra Univerſitatem ſine licentia devillantibus, in proximo capitulo præcedenti ſuperius limitatam, incurrere ſtatuimus & volumus ipſo facto. Statuentes præterea, & etiam prohibentes firmiter & expreſſe, ne quiſ-*

1 Sic Cod. noſter MS. F. inſuper ſcaccorum.

quam

quam ſociorum vel ſcholarium prædictorum, miniſtrorum aut aliorum quorumcunque, jaciant, ſagittent lapides, pilas, ligna, terram, ſeu alia quæcunque, aut aliquos ludos ſeu jactus faciant vel exerceant aliqui eorundem, nec ab aliis fieri permittant, infra Coll. prædictum, clauſtrumve, clauſum, vel hortum ejuſdem, vel extra, per quæ vel eorum aliquid, capella, aula vel domus aliqua, ſeu ædificia dicti Coll. in feneſtris vitreis, muris, tectis, [1] *cæpturis, vel aliâs qualitercunque, infra vel extra, ſuperius vel inferius, fracturas, læſiones, aut damnum aliud patiantur, ſeu habeant quomodolibet, vel jacturam. Et ſi quis in hoc caſu deliquerit, & ſuper hoc convictus fuerit, pro damno, per ipſum ſic illato, ſatisfaciat competenter, & nihilominus per ſubtractionem comminarum ſuarum per quindenam ad minus, vel alio modo, juxta diſcretionem & ordinationem Cuſtodis, Vicecuſtodis, Decanorum, Burſariorum, & aliorum ſeniorum dicti Colleg. juxta qualitatem delicti, acriter puniatur, ſine favore quocunque, ne perpetrandi ſimilia ceteris audacia tribuatur.*

P.344. l.10. *Erit ultimo*] F. *erit ab ultimo.*

P.345. l.26. *Quadrienio*] Sic.

P.362. l.32. *Miſſas quoque miſſas*] Sic.

P.363. l.2. *Poſſet,*] F. *poſſit.*

P.364. l.6. *Et à concionibus*] Hæ voces ita ſupra lineam in Cod. noſtro MS. adjectæ ſunt, (neſcio an et ab ead. manu) ut *et à communibus* jam eſſem deleturus, niſi quod prurigo emendandi ac commutandi à nobis plane abſit.

P.371. l.ult. *Senioris*] Potius *ſanioris*, ut ſupra.

---

1 *Sic MS.* An, ſcalpturis, *ſive* ſculpturis *vel* cælaturis?

INDEX.

A

ABRA vel Abrin 278
Accas Hagulſtald. 279
Acton (Joan.) 285
Adamus Carthuſianus 285
Adulationis pernicies 127
Albani (Monaſterium S.) 49,50
Alboyne (Anth.) 339
Aldithley. *Vide* Angelegh.
Alexander Quintus Papa 286
Alexander Theologus 282
Allen (Eadm.) 291
Alphredus Magnus 279
Amphibalus 278
Andreæ (S.) Willelmus epiſcopus 71
Andronicus 277
Angelegh, ſive Aldithley vel Audley (Hugo) 205. *Vide* Daudele. *Vide* Dandelegh.
Angelus Hieroſolymitanus 283
Angliam & Franciam (Nuncii pro pace formanda inter) 89. De diverſis injuriis, pluribus irrogatis, durante guerra inter Angliam & Franciam *ib.*
Araclius Miles 277
Argentym (Ægidius de) 150
Arnoldi Chronicon 282,283
Arnoldus, Cardinalis titulo ſanctæ Priſcæ 19
Arregos (Robertus Comes de) 54
Arſeles (Joh. de) 108
Arſelles (Comes de) 196
Artagenſis (Robertus Comes) 152
Arundel ſive Darundel (Edmundus Comes) 54,118
Arundell (Comes) 244
Aſcamus (Rog.) 291
Aſhley 384
Aſſerio. *Vide* Wintonienſis.
Aſſiſii Crux 282
Atheſel vel Athol (David Comes) 54
Avariciæ pœna 188,189
Audeley ſive Audley. *Vide* Daudele. *Vide* Angelegh.
Avonius (Joan.) 285
Aylesbury 50
Ayrmine, Ayremyn ſive Ermynne (Will. de) 71,239

B

Baac (Ric. de) 262
Bachcroft (Dr.) 273
Baconthorp (Joan.) 285
Badeſmere ſive Badeleſmere (Barth. de) 157,170,201,213. *Vide* Edvardus II.
Baille. *Vide* Bale.
Bailloll ſive Baliol (Johannes de) 107. *Vide* Boilliol.
Bakerus (Tho.) 292,378

Baldok (Robertus de) 86,238, 239,240,255
Baldwinus Devonius 282
Bale, ſive Ball vel Baille (Joan.) 276, &c. 292,293
Baliol. *Vide* Bailloll. *Vide* Boilliol.
Ball. *Vide* Bale.
Bamburgh (Caſtrum de) 246
Bannokemora 27
Barath (Joan.) 287
Barbas radendi conſuetudo quædam vilis prohibetur 393,394
Barlowe (Guil.) 291,370
Barnabas (S.) 277
Bartholomæus Iſcanus 281
Baſſet 275
Baſſet (Radulfus) 82
Bathon. & Wellen. Epiſcopi — Jocelinus 267,269. Will. de Marchia 255, 257, 259, 260, 261, 262. Johannes Drokenesford 259, 262. Henricus Bowet 263
Batleſmere (Bartholomæus de) 52,63
Battyn (Joh.) 263
Baudake (Rob.de) 71
Beamount ſive Beaumount (Henricus de) 126,154
Beckton ſive Breton (Joan.) 284
Bedefont 384
Bedeford 171
Bekelee (Mauricius de) 152
Bekyngham ſive Bekingham (Will.) 329,330
Bell (Beauprè) 379,381
Bello monte (Henricus de) 40
Beornelinus 280
Berewycum, Berewyke ſive Berewik 145, 146, 151, 156, 157, 182,185,192,194,246. De obſidione Berewyci 44,45,46
Berkelee (Caſtrum de) 216
Berkeley, ſive Berkele vel Berkelee (Mauricius de) 76,156, 170,216. Berkele (Mauricius de) & ſocii rem magnam apud Walynfordiam aggrediuntur 226,227,228
Berton (Guil.) 286
Blakelowe, locus ſic dictus, 123
Blaufordus (Hen.) 294
Bodecourtus 157
Boilliol (Edw. le) intrat Scociam, ut regnum ſibi recuperet, Edvardo III ipſi opem ferente 246. Homagium facit regi Angliæ 247
Bolton (Utredus) 285
Bonerus (Eadm.) 291
Borewaſh, Burghaſhe, Burgaſh, ſive Burgwaſhe 305,307,317
Borſtale (Tho.) 284
Boſham (Herebertus de) 281
Boſworth (Battle at) 374
Bothull 246
Botiler (Edm.) 158
Bradebourne ſive Bradeburn (Henr. de) 61,63
Brady (Rob.) 273,274,275
Brekſpeare (Nic.) 281
Breton. *Vide* Beckton.
Breu (Leulinus) 163,164,165, 166
Brewes (Dnus Willelmus de) 48
Briavello (Caſtrum de Sancto) 207
Brigam (Nic.) 286
Briſtolliæ (Diſſenſio in villa) 167,168,169,170,171

Brome

Brome ſive Browne (Adam de) 301,302,305,306
Brooke (Sr. Baſil) 374, 375
Bruera (Petrus abbas de) 329
Bruggenorth 215
Brus (De invaſione Edwardi) in Hibernia 33. Brutz (Edwardus de) in Hiberniam mittitur 157. Brutz (Edwardus de) & ſui milites in Hibernia devicti 187. De occiſione Edwardi le Brus 44
Brus ſive Brois (Robertus le) 58. vincit Anglos in bello de Stryvelin 24,&c. de geſtis ejus poſt illam victoriam 28. fratrem Edvardum, ut Hiberniam invaderet, mittit 33. Treugæ inter Robertum de Brus & Edwardum II. 70. Brutz (Robertus de) laudibus efferendus, niſi malorum aliquot reus eſſet, ejuſmodi laudibus minus dignorum 107. Edvardi II conſilia & conatus irrita reddit 108,109. quinetiam & Edvardi II promiſſa contemnit 118. partes Northumbrorum invadit 144. Edvardum II vincit apud Stryvelyn 147, 148, 149, 150, 151, 152. Poſt Roberti de Brutz apud Stryvelyn victoriam captivorum fit permutatio 155. Cardoil obſidet Robertus, aliaſque res gerit, notatu dignas, contra Anglos 157. uti etiam contra Hibernienſes 157,158. Sed multi tandem de Scotis occiſi 158. Quomodo gens Scotorum audaciam reſiſtendi concepit,& cur ſic repente virtus Anglorum defecerit 159. Brutz (Robertus de) Comiti Lancaſtriæ, non ſine commodo ſuo magno, favet 173. ſpretis mandatis apoſtolicis, Regem Angliæ multipliciter infeſtat 186. ſed ipſe cum ſequacibus anathematizatus *ib.* quod anathema & Deus probare videtur 187. ipſe cum Scotis ſuis Edvardum II contemnunt 191. Brutz (Rob. le) indicat Edvardo II Regi, Scotis placere, in pacem perpetuam treugas convertere 229. ſed fruſtra 230
Bruton (Joh. de) 257,260
Brutz. *Vide* Brus.
Brytus (Julius) 276
Buckingham (Johannes) 311
Burghaſhe ſive Burgaſh. *Vide* Borewaſh.
Burghton (villa de) [i.e. Burton upon Trent] 218
Burgwaſhe. *Vide* Borewaſh.
Burnell (Rob.) 379
Bury (Joan.) 288
Byrdus (Joan.) 291

C

Caab (Ric. de) 257,259
Caleſia obſeſſa 249. & reddita 250
Cantiæ (Edmundus de Wodeſtok Comes) 81,87
Cantuarienſis Archiepiſcopus (Robertus de Wynchelſe) 7, 118,136,137,138. de morte ejus 22. cujus loco Thomas de

de Cobbeham electus 22,141. ſed minus à papa probatus 23,141. papa proinde Walterum Wigornienſem epiſcopum ſubſtituit *ibid.* Archiepiſcopus Cantuarienſis (Steph. [Langton]) 267
Canutus Rex 280
Cardinalibus (De) in Angliam applicantibus, ut pacem conciliarent 40. Cardinales legati male tractati 179. ſed auctores hujus contumeliæ graviter puniti 180
Cardoil ſive **Carliſle** 157
Caretarius (Henr.) 266
Cariſtia magna 166. *Vide* Peſte.
Carmelitæ 283,287,288
Carpenter ſive Carpynter (Joh.) 321,322,324,329,330
Caſley 393
Cernell (Willelmus Abbas) 268
Ceſtriæ (Edwardus Comes) 10
Ceſtriæ vel Ciceſtriæ [i.e. Cov. & Lichf.] epiſcopus (Walterus de Langeton) 156
Chaucer (Galfr.) 286
Cheine (Will.) 61,63
Chepingnorton 321
Cherde (Rob. de) 263,265
Cherlton (Joh. de) 170
Cherria (Sara) 373
Cherrius (Franciſcus) 373
Chokke (Ric.) 329,330
Ciceſtriæ. *Vide* Ceſtriæ.
Cireceſtria ſive Cyrenceſtria 53, 215
Clark ſive **Cleark** 374,375
Claudia Rufina 277
Claymundus (Joan.) 288
Cleark. *Vide* **Clark.**
Cleri convocatio in eccleſia S. Pauli Londoniis 173
Clifford (Robertus de) 27,28, 148,150
Clifford (Rog. de) 63,206,221
Clipſton ſive Clippiſtona 34,36
Clyvedon (Ricardus de) 268
Cobbeham (Thomas de) 22
Coldre. *Vide* Colrithe.
Colmannus Wigorn. 282
Colrithe ſive Coldre 381
Colrithe (Rogerus de) 382.
Colrithe (Thomas de) 382, 383
Concuſſio quid? 237
Coperus (Tho.) 284
Cornubiæ (Petrus de Gaveſton Comes) 28. *Vide* Gaveſton.
Coſteſay 285
Courayer (father) 293
Coutray 152
Coxe (Rich.) 343, 358, 365, 368,370
Cranmer (Tho.) 293
Creſcy (Prœlium apud) 249
Criſpyn ſive Criſpyne (Edm.) 339,393
Crocus (Ric.) 291
Cromwell (Thomas) 271
Crukern 264,265
Cumber 374,375
Cupiditas & fallacia quanta vitia? 196
Curſon (Rob.) 283
Cyrenceſtria. *Vide* Cireceſtria.
Cyrillus Carmelita 284

D

Dacus (Gilb.) 268
Dacus (Ric.) 268

Da-

Dacus (Will.) 265
Dadinton ſive Daddington (Villa de) 17,120
Dammory ſive Dammori, Daumiori, vel Damory (Rog.) 54,63,184,185,191,206,207, 214,220
Danaſtre (Adam de) 161,162
Dandelegh, Dandeleye, Daudele vel de Audeley, ſive Daudeleye (Hugo) 76, 184, 101, 206, 207, 214. *Vide* Angelegh.
Darundel. *Vide* Arundel.
Daudele vel de Audeley 28. *Vide* Dandelegh. *Vide* Angelegh.
David Menevenſis 278
David Rex Scociæ 250
Daumiori. *Vide* Dammory.
Dene (Manerium de) 321,322
Denom (Johan.) 58
Denver 273,274
Deſpenſer (Hugo le) 99,126, 140, 185, 190, 191, 204, 205, 206, 207, 208, 210, 211, 212, 213, 214, 233, 236, 238, 240, 241, 242. *Vide* Diſpenſer.
Deſpenſer (Hugo, ſenior ſc.) Comes Wynt. 224,225,226,232. Deſpenſer diſtractus & ſuſpenſus 244
Deſpenſer filius (Hugo le) 71, 154,156
Deſpenſer (Hugo) pater & filius 184. Judicium contra utrumque Hugonem 210,211. quod juſtum fuiſſe à multis cenſetur 211. in perſecucione tamen ſua modum exceſſerunt barones, opinione fidedignorum 212. Hugo Deſpenſer pater & filius revertuntur ab exilio 218. *Vide* Diſpenſator.
Deſpenſer (H.) junior diſtractus, decollatus & ſuſpenſus 244
Deyuile (Gocelinus) 63
Dinothus 278
Diſpenſator (Hugo) 66. Diſpenſatores (Domini H.) 49, 50,51,52, *Vide* Deſpenſer.
Diſpenſer (Hugo) 28. *Vide* Deſpenſer. *Vide* Diſpenſator.
Dodwellus 373
Doucheld (Rog.de) 265
Douglas ſive Dugelas vel Duglas (Jac.) 58, 59, 145, 149, 192,193,195
Douglas (Will.) 250
Doun (Henricus de) 147,148
Dounbar 151
Dugelas vel Duglas. *Vide* Douglas.
Dunelmenſis ep. (Ant. de Bek) 201. Sed electione caſſata, Bartholomæi Badeſmere nepos [Henricus nempe Burwaſh] præficitur à papa 202. qui tamen junior quam par erat, indoctiorq; etiam quam præſulem decuit *ib.* certe minus verecundum ac modeſtum fuiſſe Henricum hunc res ipſa arguit 203. Dunelmenſis epiſcopus (Ludovicus de Bello Monte) 40
Duploma pro *diploïde* ſive *duploïde* 240

E

Eboracenſis Archiepiſcopus, Guiliel-

lielmus de Melton 237. De injuria ipſi irrogata 81
Eboracum (De tractatu apud) 29
Edeneburgh 144
Edgarus Rex 280
Edwardus I Rex 280. Ejus mors 1. & ſepultura 96.
Edwardus II incipit regnare 3, 95. revocat Petrum de Gaveſton 4,5,95. facitque comitem Cornubiæ 5. De tranſitu regis ad Franciam, pro uxore ſua Iſabella ducenda *ibid.* & 98. eorundem caronacio 6, 98. ut proſcriberetur Petrus, conſentit Edwardus licet invitus 8. De fuga Edwardi II, cum Petro de Gaveſton 15. De nativitate Edwardi, filii regis,20. De tranſitu Edwardi II verſus Scotiam, & de bello de Stryvelin 24. Edwardus in monaſterium S.Albani munificus *ib.* De tractatu inter Edwardum II & Scotos apud Eboracum, poſtquam in bello de Stryvelin victus fuiſſet Edwardus 29. De tranſitu regis ad partes alias 34. De filio regis nato ſecundo, Johanne ſcilicet de Elcthaın 36. Mandatum ſive Breve Regis ob rerum cariſtiam 36. De filia Regis nata Alienora 44. De gravi diſſidio inter Regem, Comites & Barones 48. De miſerabili caſu regi contingente 64. Edwardus II feſtum natalis Domini apud Keneleſworth celebrat 77. parliamentum tenet apud Weſtmonaſterium *ib.* Diſſencio inter Regem & Barones 98, *&c.* Rex promittit, quod Petrus de Gaveſton è terra Angliæ egrederetur 100. dum cum Baronibus convenire videtur, Petrus in Angliam redit 102. magno cum gaudio regis 103. ſed cum ira baronum, qui ea de re conſilium ineunt, 103,104. baronibus auſcultatur Rex 105. contra Robertum Brutz ſeſe parat *ib.* ſed quibuſd. baronibus diſſentientibus *ib.* intrat Scociam 106. at vero hoc forſitan iter ſuſcepit, ut Regis Franciæ mandatum devitaret *ib.* mala multa ſuſtinet ex inſidiis Scotorum 106,107. quo jure Scociæ regnum vendicaret 107,108. admodum ſollicitus de rebus Scoticis & Petro de Gaveſton 108,109. è Scocia recedit 112. baronibus nimirum, ut rediret, poſtulantibus *ib.* qui de Petri de Gaveſton conſiliis reprimendis laborant *ibid.* Edvardus tandem conſentit ordinationibus Baronum contra Petrum 113, 114. antequam tamen exilium ſubit Petrus, à Rege obtinet literas teſtimoniales 116. Petrum revocat Edvardus 117. plangit mortem Petri de Gaveſton 126. De cujus morte proponit vindictam *ib.* milites ea de cauſa vocat ad arma 128. barones & co-

mites ad parliamentum citat *ib.* eorumque consilia audit 129. Comitis præcipue Glouceſtrienſis *ib.* qui inter regem ac barones mediatoris partes ſuſtinet 130. qua occaſione ſententiam ſuam exponunt barones *ib.* Sub hoc ſtrepitu Regi filius Edvardus naſcitur 132. Rex Baronum votis parere promittit 133. quorum tamen poſtulatis de Petro de Gaveſton non gerit morem *ib.* verſus Wyndulſore iter arripit 134. baronumque exſpectationem fallit *ib.* à Rege Franciæ ad convivium invitatur *ib.* iterque facit in Franciam Comitibus repugnantibus, Comite tamen Gloverniæ cuſtode regni relicto 134, 135. ipſius deſcriptio 135,136. Petri de Gaveſton, quantumvis mortui, favet amicis 136. Diſſentio inter Regem & Robertum de Wynchelſe archiep. Cant. 137, 138. Comites & Barones conveniunt Londoniis Regem ibidem exſpectantes, ſed incaſſum 138. cauſſa procraſtinationis Regiæ *ib.* Comites tandem benigne excipit 139. fœduſque initum inter ipſum & barones 140. Non eſt tutum, contra Regem cervicem erigere *ibid.* Comites & ceteri magnates ſubſidium adhibent Regi 141. iter in Scotiam parat Edwardus, damna ibidem ſe ſuſtinuiſſe magna audiens 145, 146. ad Berewyk pervenit 146. verſus Stryvelyn iter arripit 147. victus à Roberto de Brutz apud Stryvelyn 147, 148, 149, 150, 151, 152. & ad portum de Berewyke cum ſuis applicat 151. Quare percuſſit nos Dominus? 153. tendit Eboracum 154. & ibi cum magnatibus habet conſilium *ibid.* officiarios removet, novoſque ſubrogat *ibid.* corpus Petri de Gaveſton ab Oxonia ad Langeleye facit transferri 155. de expugnacione Scotorum cum parliamento tractat 156. unde fit penuria apud Scotos 157. barones convocat Edvardus apud Lyncolniam, & quid ſequebatur 166. Rex monetur de officio ſuo 172. Inter Regem & Comitem Lancaſtriæ diſcordia promovetur *ibid.* Decima Eccleſiæ Regi conceditur 174. ſed in ruinam forſitan Regis *ibid.* Edvardus II mittit Romam, ut ipſe ab obſervacione quarundam ordinacionum abſolvatur 175. & ut Rex Scotiæ excommunicaretur *ibid.* regnum Scotiæ interdicto ſupponeretur 176. & decimæ eccleſiæ regium in uſum converterentur *ibid.* ſed diſſentit papa *ibid.* proceres ad parliamentum vocat Rex *ibid.* Sed Comes Lancaſtriæ non venit 177. & qua de cauſſa *ib.* inde novæ ortæ perturbationes 178. agitur de pace inter eoſdem

dem 181,182. hæc diſſenſio in magnum Regis damnum cedit 182. venit Northamptoniam Rex, cum comitiis Regni tractaturus 183. ubi de proditore quodam audit, coronam vendicante, *ibid.* qui proditor laqueo ſuffocatur 184. inter Regem & Comitem Lancaſtriæ inimicitiæ renovatæ *ibid.* ſed paullo poſt amici facti 185. methodus Regi proponitur, qua ad ſententiam XII virorum omnia expedirentur *ib.* Edvardo Regi res proſperæ eſſe incipiunt 186. adeo ut cum baronibus unanimis fiat 188. concordiaque facta inter Regem & Comitem Lancaſtriæ, ut perfecta ſtabiliatur pax, laboratur *ibid.* Edvardi II officialium avaritia *ib.* Rex & magnates Eboraci conveniunt 190. ibique de bello contra Scotos deliberant *ib.* uti etiam apud Novum caſtrum 190, 191. unde in Scotiam proficiſcitur 192. interim autem ipſius Reginam rapere decreverat Jacobus Douglas 192. Regina itaque reducitur apud Notyngham 193. Edvardi milites à Scotis victi 194. & rex ab obſidione de Berewyk recedere cogitur *ibid.* cujus in cauſſa maxime fuiſſe perhibetur Comes Lancaſtriæ *ibid.* ſe innocentem eſſe probare conatur Comes 199. treugas biennales cum Scotis init Rex *ib.* & in Franciam transfretare diſponit *ibid.* vocatque barones apud Eboracum, ut de ſtatu regni diſponerent ante receſſum ſuum 200. quo non venit Comes Lancaſtriæ *ib.* Edvardus II in Franciam tranſfretat 201. poſt reverſionem magna diſcordia oritur inter quoſdam majores baronum & Hugonem Deſpenſer filium 204,205,206. barones mandant, ut Hugonem Deſpenſer dimittat 206. qua de cauſſa Rex iratus, verſus Glouceſtriam iter arripit 207. deinde cum Hugone Londonias revertitur *ib.* Barones hinc ira commoti, Hugonem Deſpenſer, tam patrem quam & filium, pro virili proſequuntur 207,208. feritas baronum minus grata Regi 209. qui eoſdem ad parliamentum convocat *ib.* differentia autem inter Regem & illos mire creſcit *ib.* quem, ut barones audiat, hortatur Comes de Penbrok 210. Rex ergo eorum annuit petitionibus *ibid.* Summa eorum querelæ *ib.* magnates illos expugnare decernit, qui inimici eſſent Hugoni Deſpenſer, tam patri quam & filio, 213. Inde expugnat Barth. de Badeleſmere *ib.* caſtraque ipſius aliorumque occupat 214. congregat exercitum copioſum, iturus in Marchiam, ut magnates expugnet, *ibid.* verſus Cyrenceſtriam iter arripit

215. divertit Wygorniam *ib.* adit Salopiam *ib.* barones aliquot reddunt ſe voluntati Regis 215,216. in Marchiam tranſit Rex 216. veniens apud Herfordiam, epiſcopum loci [Adamum de Orleton] acriter increpat *ibid.* Redit Rex apud Glouceſtriam *ib.* M. de Berkelee in graciam recipit *ib.* quem tamen in cuſtodiam mitti jubet *ib.* alioſque etiam aliquot punit proditores *ibid.* Scotos rebellibus ſuis ſubditis præfert 217. proditores ſuos perſequi ſtatuit *ib.* apud Coventriam iter arripit 218. conducit exercitum uſque ad flumen de Trente *ibid.* quod & tranſit 219. in magnam confuſionem Comitis Lancaſtriæ, Comitis Herfordiæ, aliorumque Baronum *ib.* qui fugiunt (Rege perſequente) uſque ad caſtrum de Totbury 220. venit apud Pontfreit 222. Eboraci cum Scotis agit de pace perpetua 229. ſed fruſtra 230. regina ipſius in Franciam miſſa de concordia cum Rege Franciæ 232. Rex magnates regni ſui convocat Wyntoniam 233. peditibus, vadia ſua petentibus, non ſatisfacit *ibid.* major quam olim in eo rigor 233,234. interrogat proceres, quid ſentiant de conſilio ſuo transfretandi in Vaſconiam? 236. qui mox reſponſionem non dant *ibid.* Tandem vero Londoniis conventi, monent, ut Rex transfretet *ibid.* Rex Archiepiſcopi Cantuarienſis conſilia audire renuit 238. transfretare diſponit *ib.* & ea de cauſſa ad mare venit 239. ſed ibi nuncios à Rege Franciæ recipit, convenitque potius de filio mittendo *ib.* filius igitur in Franciam navigat, Vaſconiamque accipit *ib.* Rex filio pergenti in mandatis dat, ut reginæ nunciet in Angliam redire 240. Reginæ reſponſio 241. Rexque Franciæ reginæ arbitrio permittit *ib.* Quo audito, apud Weſtmonaſterium proceribus rem narrat Edvardus *ib.* Edvardique ſuaſu reginæ ſcribunt Epiſcopi, ut redeat 242. quas tamen litteras flocci faciunt Regina filiuſque 243. inde ambos exlegat & banniat Rex *ibid.* tandem vero ambo redeunt *ib.* regemque uſque in Weſtwalliam inſecuntur *ibid.* Turris Lond. ad opus Reginæ capta 244. Caſtrum Briſtolliæ per Reginam & ſuos captum *ibid.* Rex captus *ibid.* & incarceratur apud Kenilworth̄ *ibid.* Regi homagium reſignant perduelles *ib.* è quibus W. Truſſel verba reſignationis pronunciat *ib.* Edwardus (Edwardi II filius) patre vivente in regem coronatur 245. Edvardus II de Kenylworth̄ uſq; caſtrum de Berkeley transfertur *ib.* ubi moritur *ibid.* an inter Sanctos nume-

merandus? *ibid.*
Edwardus III natus 20. Edwardo III natus primogenitus 246. Edwardus III opem fert Edwardo Bailliol *ib.* obsidet Berewycum *ibid.* & (Scotis victis juxta Halidoun) capit 246, 247. Edwardo III homagium fit à Scotis 247. qui cito post rebellant *ibid.* inde Scotiam devastat Edvardus III *ib.* Edvardo filio Comitatum Cornubiæ (in ducatum erectum) confert *ib.* quo tempore & quinque comites ordinat *ib.* Discordia inter ipsum & Regem Franciæ *ib.* inde in partes transmarinas proficiscitur Edvardus *ib.* redit, uxore cum liberis relicta, 248. tributum Angligenis indicit in parliamento Londoniis *ibid.* Francos & Normannos in prœlio devincit marino *ibid.* hinc in Franciam pergit, & quid ibi facit *ib.* in redeundo magna damna sustinet 249. Cassat provisiones papales *ib.* in Franciam tendit *ibid.* ubi præclare agit, Gallosque in prœlio de Crescy vincit *ibid.* Calesiamque capit 250. Redit in Angliam *ib.*
Edwardus VI. 289
Elbodus 278
Ermynne. *Vide* Ayrmine.
Eston (Ad.) 286
Ethelstanus Rex 280
Ewer (Rob. le) sive Lewer 214, 224
Exonienſis Episcopus (Walterus Stapledonus) 237, 240. decollatus 244. Exonienſis Episcopus (Joh. de Grandi sono) 258, 260

F

Fames valida 166
Famis. *Vide* Peste.
Fankirke 25. *Vide* Foukyrk.
Filius Warini (Fulco) 214, 215
Filius Willelmi (Willelmus) 61, 63
Fizrauf (Ric.) 285
Fliſco (Dnus Lucas de) 40, 260
Florentius Wig. 281
Foukyrk 151. *Vide* Fankirke.
Foxus (Joan.) 291
Franke sive Frankes (Johannes) 315, 316, 321, 324
Frisby (Rog.) 286
Fryſel (Symon) 108, 196
Fuller (Mary) 274
Fundator vox 381, 383

G

Galfridus (archidiaconus de Berkſhire) 267
Galfridus Mon. 281
Gardinerus (Steph.) 290
Gaucelinus (Dnus) 40
Gaveſton (Petr. de) 223. Gaveſton, prius exulati (De revocatione Petri de) 4. ejus custodiæ regnum committitur 5. insolentia ejus 6. proscribitur Petrus 6, 7. De revocatione Petri, & alia ejusdem proscriptione 8. soror Comitis Gloverniæ ipsi nupta *ib.*

ib. de vagacione & reditu Petri 9. De proſecutione articulorum pro ſtatu eccleſiæ & regni, et perſecutione Petri 14. De fuga Regis cum Petro 15. De captione Petri, & morte ejuſdem 17. De perſecutione magnatum à rege pro morte Petri 18. De ſepultura Petri de Gaveſton 29. Petrus de Gaveſton revocatus 95. Cornubiæ Comes factus 96. Regis in eum dilectio *ib.* unde & Petro filiam ſororis ſuæ in uxorem dat *ib.* Petri ſuperbia 97. gubernator regni factus 98. omnes fere comites & barones Angliæ contra ipſum inſurgunt *ib.* in Hiberniam ablegatus 100. quæ terra ipſius dominationi ſubdita eſt juſſu Regis *ib.* Petrus in Angliam redit 102. quod diſplicet Baronibus 103. Petro de Gaveſton unde tantum odium 109. ortus Petri ac caſus 109, &c. Ordinatio, ut Petrus ab Anglia ejiceretur, 113, 114. antequam tamen egreditur, à Rege litteras obtinet teſtimoniales 114. in Flandriam abit 117. & à Rege revocatus *ib.* ac poſtea in Anglia latet *ib.* ad partes boriales cum Rege proficiſcitur *ib.* anathemate percuſſus 118. ipſe & Rex ab invicem ſeparati 119. captus 120. de morte Petri tractatur 122. caput ejus amputatur 123. corpus Oxoniam delatum 124. quare juſſu Comitis Lancaſtriæ fuerit occiſus? *ib.* mors ejus gratanter accepta 125. Corpus Petri de Gaveſton ab Oxonia ad Langeleye transfertur 155. *Vide* Cornubiæ.

Gifford (Joh.) 63
Gilbert 273
Gildas Quartus 279
Gilmin (Tho.) 330, 332, 334
Glanvyle (Ran.) 284
Glodeſmore 246
Glouceſtriæ ſive Gloverniæ (Gilbertus de Clare Comes) 26, 27, 116, 148, 149, 150, 159. filiam Comitis de Holueſtere in uxorem ducit 101
Gloverniæ (De diviſione nobilis Comitatus) 27
Godfridus Cameracenſis 281
Godwinus (Fr.) 378, 379. liber ejus de Præſ. notatus 321
Gore (Joh.) 339
Gower (Terra de) 205, 206
Gowers (Terra de) 48
Grandi ſono (Joh. de) 258, 260
Graye (Joan.) 282
Green (Tho.) 275
Griffyth (Leulinus ap) 165. & frater ejus *ib.*
Grimoaldus (Nic.) 290
Guilhelmus à longâ Barbâ cognominatus 282
Guilhelmus Rhievallenſis 281
Gybſonus (Tho.) 291
Gyffard (Johannes) 152, 165

H

Hadrianus Sextus Papa 288
Halidoun (Prœlium juxta) 246

Hare

Hare 274
Hartley. *Vide* Winteney.
Haukins (Tho.) 329,330
Haynes (Will.) 358
Hemmyngforde (Gualt.) 285
Hereard, Hereird vel Heriard ſive Heryard 382,383,384
Herefordenſi (De epiſcopo) Adamo de Orlton 78. Herefordenſis epiſcopus (Adamus Orletonus) ob proditionem ſuam in gratiam regis non admiſſus 234. quare rogat Comitem Leyceſtriæ, ut pro eo verba faciat *ibid.* qui, ut pergat epiſcopus in proditione, ſuadet 235
Herefordiæ Comes 220, 221. Herefordiæ (Humfridus ſive Hunfridus de Boun, vel Boum, Comes) 6,14, 54, 62, 65, 118. Comes Herefordiæ (Thomas de Brutherton) 15
Herkelee ſive Herkeleye (Andreas de) 217, 220, 221. *Vide* Hertele.
Herle (Will.de) 71
Heronus (Joan.) 291
Hertele (De morte Andreæ de) 65
Heynes (Sim.) 343, 365, 368, 370
Hibernienſes 158
Hill (Rich.) 383
Holbech aliâs Randes (Henr.) 343,365,368,370
Hollande. *Vide* Hoylond.
Hollis (Jervais) 275
Honorius 278
Horman (Guil.) 289
Horton 42
Hoveden (Rogerus) 282
Howelus Rex 280
Hoylond ſive Hollande (Robertus de) 219
Hugh (Guil.) 291
Hyſtrionalis. *Vide* muliere.

I

Jenney (Fran.) 274
Inas Rex 279
Inſula (Warinus ſive Garinus de) 61,62,63,225
Interriti vox 378
Joannes Beverlac. 279
Joannes Erigena 279
Joannes Gualenſis 284
Joannes Plantagenet Rex 283
Joannes Quartus 279
Joannes Sarisburienſis 281
Johannes capellanus 267
Johannis XXII. (De creatione Papæ) 24
Irigge ſive Yrigge (Joh.de) 257, 259
Ivelceſtre 265,266,268,269
Ivelceſtre (Ada de) 267
Juelus (Joan.) 289
Junias 277

K

Kaerfili (Caſtrum de) 164
Keneleſworth ſive Keneleworth (Caſtrum de) 77,171,220
Kenmeſſing (Barthol. de) 268
Kente (Edmundus Comes) 54

L

Lagga (Aylwardus de) 266

Lam-

Lambert (Joan.) 290
Lancaſtriæ (Thomas Comes) 6, 118,124,125. De ortu & nobilitate Thomæ Comitis Lancaſtriæ 10. filiam Comitis Lincolniæ deſponſat 13. De morte Comitis Lancaſtriæ & ceterorum nobilium 53. De Recordo Regis contra T. de Lancaſtria 54. Lancaſtriæ Comes captus 221. cum aliis militibus valentibus 222. Comes Eboracum perductus *ibid.* inde ad Pontefractum reducitur, ubi condemnatur & decollatur 223. Lancaſtriæ (Edmundus Comes) 11. *Vide* Edvardus II.
Langeleia 30
Langeleye 103
Langeton ſive Langton (Walterus de) ep. Ceſtriæ vel Ciceſtriæ 3,4,379
Ledes (Caſtrum de) 213,214
Ledes in Cantia (De obſidione & captione caſtri de) 52
Lelandus (Joan.) 289. illuſtratur 219
Leulinus Walenſis 163,164,165
Lewer (Rob.) *Vide* Ewer.
Leyceſtria (Henricus de Lancaſtria, Comes de) 234,235, 236,238. *Vide* Herefordenſi.
Leyceſtriæ (Symon Comes) 113
Liert ſive Lyhert (Walt.) 322
Lightwine (John) 273, 274 275
Lilius (Georg.) 291
Linacer (Tho.) 289
Lincolniæ (De inſtructione Comitis) & de deſponſatione filiæ ſuæ 13. Lincolniæ Comes Hen. de Lacy 96,99
Lincolnienſis Epiſcopus (Henricus Burwaſh, Borewaſh, Burghaſhe, Burgaſh, ſive Burgwaſhe) 80,305,307,317. Antonius de Bek in epiſcopum Lincolnienſem electus 201. Lincoln. epiſc. (Hugo) 267. Lincolnienſis ep. (Johannes Buckingham) 311. Linc. ep. (Will. Smithe) 313,323,325, 326. Linc.ep. (Johannes Ruſſell) 320. Linc. epiſc. (Joh. Longlonde) 334,338. Linc. epiſc. (Henr. Holbech aliâs Randes) 343, 365, 368, 370. Linc. ep. (Guil. Barlow) 370.
Londoniarum (De evaſione cujuſdam extra turrim) 84
Longlonde (Joh.) 334,338
Lovanienſes Magiſtri 287
Lovedaius (Joan.) 373
Lowether (Rob. de) 71
Lucas Sarum Canonicus 267
Lucy Ant. 66
Lydgate (Joan.) 288
Lydii 276
Lyhert. *Vide* Liert.
Lyranus (Nicolaus) 285
Lyttleton (Joan.) 290

M

Makerel 383
Malbon (Eliz.) 331,332,334
Malet (Hugo) 268
Manlee (Edmundus de) 126
Mantuanus (Baptiſta) 276
Mapes (Gualterus) 282
Marbodus 280

Marchia (Willelmus de) 255, 257, 259, 260, 261, 262, 378, 379
Mareſchal (Will.) 150
Marianus Scotus 281
Martyr (Peter) 358
Maudit ſive Maudut 61,63
Menthez (Joh.de) 71
Merlinus propheta 160,166,278
Middleton (Joh. de) 262
Midelton ſive Midilton (De quodam milite facinoroſo Gilberto de) 40, 41, 42, 43, 179,180,181
Miſſa 280
Miton ſuper Swale (De confuſione Anglicorum apud) 45
Monpeſade caſtrum 83
Monte Acuto (Willelmus de) 164
Moriſon (Ric.) 343,365
Morleya (Rob.de) 248
Morrif (Tho. Randulf comes de) 71. *Vide* Randolf.
Mortuo mari, Mortemer, Mortimer ſive Mortymer (Rog.de) 164, 170, 205, 206, 243,246. Mortuo mari (Rogeri duo de) 53. Mortuo mari (Rogerus de) dominus de Wigemor, extra turrim Londoniarum evadit 84. avunculus ejus 84, 85. Rogerus iſte junior è partibus redit tranſmarinis 85
Morus (Tho.) 289
Moubray ſive Mounbray (Dnus Johannes de) 48,63,205
Mountagu (Will. de) 184
Muliere hyſtrionali (De quadam) 39
Muremuth (Ad.) 286

N

Neckam (Alex.) 283
Netherchalkeforde ſive Netherchalforde 321,329,333
Nevenſon vel Nevynſon (Chr.) 343,365
Neuport (Caſtrum de) 205, 207
Nicolaus. *Vide* Lyranus.
Nigellus Wireker 282
Nordovicenſis. *Vide* Norwycenſis.
Northam (Villa de) 185
Norwycenſis epiſcopus (Johannes Salmon ſeu Saleman) 238. Willelmus Ermynne ſive Ayremyn 239. Nordovicenſis epiſcopus (Walterus Liert ſive Lyhert) 322

O

Occleve (Tho.) 286
Orleton (Adamus de) 216
Oſiris Olympius 276
Overchalkeforde ſive Overchalforde 321,329,333
Oxoniæ quidam apparet, jus ad coronam vendicans 183. Fratres Carmelitani ibi ædificare incipiunt *ibid.* Collegium Univerſitatis Oxon. 381. Ordinationes collegii Orielenſis Oxonii (in quibus et ſtatuta Univerſitatis Oxonienſis,ab Edvardo VI. lata ac ſancita) 295. hoc nimirum ſequenti ordine, viz. I. Ordi-

nationes collegii ſcholarium domus beatæ Mariæ Oxoniæ, per dioceſanum (Henricum Borewaſh) confirmatæ. Maii 23 A. D. M.CCC.XXVI. regni Edwardi II. 19. 296. II. Ordinationes præpoſiti et ſcholarium domus beatæ Mariæ Oxoniæ, per Henricum epiſcopum Lincolnienſem, per communem aſſenſum prædictorum, confirmatæ. IIII°. Kalend. Marcii, ſive 26 Februarii, A.D. M.CCC.XXIX. regni Edvardi III. 4to. 307. III. Quædam ordinationes præpoſiti et ſcholarium domus beatæ Mariæ Oxoniæ, per Johannem [Buckingham] epiſcopum Lincolnienſem, per communem aſſenſum, confirmatæ. III°. Idus Sept. ſive XI die Sept. A.D.M.CCC.LXIV. regni Edv. III. 38. 311. IV. Quædam ordinationes præpoſiti et ſcholarium domus beatæ Mariæ Oxoniæ, [dat. Maii 13°. A. D. M. CCCC. XLI. regni H. VI. 19°.] per Willelmum [Smithe] epiſcop. Linc. per communem aſſenſum prædictorum, confirmatæ. [Confirmationis vero data deſideratur.] 313. V. Statuta, legenda electis in ſocios collegii de Oriell Oxoniæ, in primaria admiſſione in annum probationis 317. VI. Quædam ordinationes præpoſiti et ſcholarium domus b. Mariæ Oxoniæ, per Johannem [Ruſſell] epiſc. Linc. per communem aſſenſum prædictorum, confirmatæ. 5 Febr. A. D. M.CCCC.LXXXII. regni Edv. IV. 22. 320. VII. Quædam ordinationes præpoſiti & ſcholarium domus beatæ Mariæ Oxoniæ, per Willelmum [Smithe] ep. Linc. per communem aſſenſum prædictorum, confirmatæ. 7 Maii A.D. M. D.VII. regni H. VII. 22. 323. VIII. Quædam ordinationes præpoſiti & ſcholarium domus b. Mariæ Oxoniæ, per Willelmum [Smithe] epiſc. Linc. per communem aſſenſum prædictorum, confirmatæ. 20 Novembr. A.D. M.D. IV. regni H. VII. 20. 326. IX. Onera capellani Wylcottes, ſive compoſitio ejuſdem. 10 Nov. A.D.M.CCCC. LXXI. regni Edv. IV. 11. 329. X. Nota de obitibus ſervandis Johannis et Thomæ Wilcottes. 334. XI. Johannis Longlonde, ep. Linc. Injunctiones collegio de Oriell tranſmiſſæ, 20 Maii A. D. M D.XXXI°. regni H. VIII. 23. 334. XII. Johannis Longlonde, ep. Linc. Injunctiones collegio de Oriell tranſmiſſæ, 2 Oct. A.D. M.D XLV. regni H.VIII. 37. 338. XIII. Statuta Univerſitatis Oxonienſis, ab Edvardo VI. lata ac ſancita, in viſitatione ejuſdem Univerſitatis A.D. M. D. XLIX. 342. XIV. Quædam ordinationes præ-

præpoſiti & ſcholarium domus b. Mariæ Oxoniæ, per Gulielmum [Barlow] ep Linc. per communem aſſenſum prædictorum, confirmatæ. 15 Dec. A.D. M.DC.XII. regni Jacobi 10. 370

P

Pacæus (Ric.) 289
Pagetus (Guil.) 343
Papa poteſtate ſibi conceſſa abutitur 143
Parker (Joh.) 329,330
Parliamento citato (De) 6. Sequitur de alio parliamento, & de proſcriptione Petri de Gaveſton 7. in parliamento de turbis regni plenius agitur, et magnates regi conciliantur 22. Parliamentum de ſtatu regni Londoniis poſt bellum de Stryvelin 30. De Parliamento, in quo de regni ſtatu agitur peſte durante 37
Paſchal (Joan.) 285
Pates (Ric.) 263
Paulus (S.) 277
Pauncefort (Ric.) 268
Peckam (Joan.) 284
Penbrochiæ (Adomarus, Adolmarus ſive Eymerus vel Aymerus de Valentia, Comes) 6, 54, 71, 118, 120, 121, 169, 209, 210, 214. De morte ejus 88
Pereris (R. de) 30
Peſte (De) fame & cariſtia inauditis 33, 34, 35, 36, 37. De peſte animalium 46. Peſtis ſubita 161
Peſtilentia magna 166
Petrus (Guil.) 343
Philippus (S.) 276
Plumbſtoke (Thomas de) 258
Pluviæ magna abundantia 161. Pluvia nimia 250
Pœna ſcienter obmuteſcentibus debita 225
Politianus (Angelus) 288
Polus (Reg.) 292
Pomer, (Will.) 329, 330
Pountfreit 220
Power (Rog.) 329, 330
Precia rerum diminuuntur 156. Pretium rerum vile 248. De pretiis rerum ſtatutum 30
Pyke (Joan.) 281

R

Randes. *Vide* Holbech. *Vide* Lincolnienſis.
Randolf ſive Randulf (Tho.) 58. *Vide* Morrif.
Ranke (Tho.) 329, 330
Rebellionis crimen 171
Reth (Will. de) 246
Rheſus (Joan.) 291
Ricardus Præmonſtrat. 282
Richemund (Johannes de Britayne, Comes) 64, 78, 91
Richius (Rob.) 284
Ridley (Lanc.) 291
Robertus Elemoſinarius 225, 226
Roffenſis ep. (Nich. Rydley) 343
Rokesburgh (Caſtrum de) 144, 247
Roma directa 288
Romanæ Curiæ exponuntur Con-

Conſuetudo ac mores 142
Ruſſegray (W.) 266
Ruſſell (Johannes) 320
Rydley. *Vide* Roffenſis.

S

Sadeler (Tho.) 329,330
Salmon ſeu Saleman (Joh.) 238
Samothes 276
Sampſon (Henr.) 321,322
Samſon (Ric.) 290
Sancto Johanne (Johannes de) 233
Sandale (J. de) 20
Sanſon (Franciſcus) 288
Sapiens (Petrus) 289
Sarum ep. (Herbertus) 266. Sarum ep. (Ricardus) 267
Schinnyngdon ſive Schynnyngton (Manerium de) 326,327
Scotorum (de geſtis) poſt victoriam belli de Stryvelin 28. De invaſione Scotorum 32. De congreſſu contra Scotos 43,62. Scoti Angliam devaſtant, &, ut Rex Edv. IIdus fugiat, efficiunt 64. De Treugis inter Scotos & Anglos 68, 70, &c. Scoti comburunt in partibus Northumbranis, & obſident caſtrum de Banburgh̄ 246. victi juxta Halidoun *ib.* homagium faciunt regi Angliæ, ſed cito poſt rebellant 247. per Anglos devicti 250
Scrop (Gaufr. de) 71
Segrave (Joh. de) 152
Seleby (Walterus de) 40,42
Senatus Wigorn. 281
Sexclirius quid? 266
Seymor. *Vide* Somerſeti.
Shottesbrooke 373
Simon Cananæus 277
Simoniæ pernicies 144
Skeyman (Rob.) 329,330
Smithe (Willelmus) 313, 323, 325,326
Somercote (Laur.) 284
Somerſeth (Johannes) 390
Somerſeti (Edowardus Seymor, dux) 342
Spellisbury, Spellesburye vel Spellsbury 331,332,334
Spenſer (Hugo de) 146
Spot (Thomas) 284
Stephens (Captain) 382
Stapledonus (Walt.) Exonienſis ep. 237,240. decollatus 244
Sterilitas magna 187
Stryvelin vel Strivelin 145, 147. Stryvelin (Bellum de) 24
Sture (Will.) 263
Sulcardus 280
Suliaco (Joh. de) 89
Suly (Dnus de) 71
Superbia, dolo & perjurio (De) & quis fructus inde proveniat? 153,160
Suthreia (Johannes de Warenn̄, comes de) 54
Swinſeto (Simon de) 283
Sylveſter Giraldus 282
Sylvius bonus 278

T

Tannerus 382
Taviſtoke (Benignus Abbas de) 280
Terræ motu (De) 44

Te-

Teſta (Will. de) 259,260
Theobaldus Stampenſis 285
Thorpe (Dr. John) 374
Thyeys. *Vide* Tyeis.
Tochet ſive Tuchet (Will.) 61, 63
Tonſtallus (Cuthb.) 290
Torborvile (Paganus de) 163, 164. Torborvile (Thomas) 195
Tornacum. *Vide* Turnacum.
Totbury ſive Tutbury (Caſtrum de) 220
Treugæ biennales inter Anglos & Scotos 46
Tricloüs (Joan.) 293
Trippe (Steph.) 258
Triveth (Nic.) 285
Truſſell (Will.) 244
Tuchet. *Vide* Tochet.
Tumba mons 250
Turnacum ſive Tornacum 247, 248
Tutbury. *Vide* Totbury.
Twinham (Walt. de) 71
Twyſden (Sr. Roger) 374, 375
Twyſden (Sir William) 374
Tyeis ſive Thyeys (Henr.) 63, 225
Tyew ſive Tew (Magna) 331, 334
Tykhulle (Caſtrum de) 218
Tykul (R. de) 60
Typetot (Paganus) 150

V

Vallis realis, locus ſic dictus, 64, 65
Udallus (Nic.) 291
Vineſauf (Galfridus) 282
Virgata terræ quid? 383
Virgilius (Pol.) 379
Voluſianus Carthaginenſis 278
Urſula & ſociæ 322

W

Waddows 384
Walenſium conſuetudo 165
Waleys (Will.) 108,196
Walingfordiæ ſive Walyngfordiæ (De torneamento) 6,97. De fractione Caſtri Walingfordiæ 76. Res geſtæ apud Walynfordiæ caſtrum, ob Maur. de Berkele 226, 227, 228
Walkefare (Robertus) 50
Wall (Joh.) 263
Walli rebelles 33
Wamberg (Rob. de) 256,257
Warennia (Comes de) Comitis Lancaſtriæ uxorem rapit 177, 184. inter utrumque concordia facta 190
Warenniæ (Johannes Comes) 6
Warewyke (Guydo Comes) 118, 122,123
Warle (Jugelardus vel Ingelardus de) 20
Warre (Laurentius de la) 257
Warwici (Johannes Dudley, Comes) 343,368,370
Waſconiæ (De proceſſu) 81,87, 90
Weilonde (Thomas de) 189
Welle 384
Weſtmonaſterienſis 379
Weſtmonaſterium 278. Weſtmonaſterium (Parliamentum apud)

apud) 77. Parliamentum Weſtmonaſterii de pace inter Angliam & Franciam 90
Weſtus (Jacobus) 384,393
Whitforde (Ric.) 290
Whitus (Joan.) 292
Wicleviſtæ 384
Wicliff (Joan.) 286,290
Wigemor. *Vide* Mortuo mari.
Wilcottes (Alianora vel Alienora) 331,332,334
Wilcottes (Alicia) 330,332,334
Wilcottes (Eliz.) 330,332,334
Wilcottes (Joh.) 330,334
Wilcottes (Margareta) 330,334
Willcotes. *Vide* Wylcottes.
Winchelſea (Joan.) 285
Winteney, ſive Hartley Wintney vel Hartley Row 382,383, 384
Wintonienſis (Johannis de Cenedele, epiſcopi) mors 46. De conſecratione ipſius ſucceſſoris Rigaudi, Rigandi ſive Reginaldi de Aſſerio 47. auctoritas ejus ac mors 85. Johannes de Stratford, ep. Wint. 86. *Vide* Wyntoniæ.
Wireker. *Vide* Nigellus.
Wodeſtoke (Edm. de) 246
Wood (Ant. à) 358
Wygornienſis ep. (Joh. Carpenter) 321,322,324,329,330
Wylcottes, Wilcottes, Willcotes ſive Wilcotes (Tho.) 329, 330,331,332,334
Wylinton ſive Wylinthon (Joh. de) 152,170
Wyntoniæ (Hugo Comes) 54. Wyntoniæ parliamentum 246. Wynton. ep. (Ricardus) 266. *Vide* Wintonienſis.

Y

Yrigge. *Vide* Irigge.

Ope-

Operum noſtrorum hactenus impreſſorum Catalogus.

I. *AN Index of the principal Paſſages in Sir Roger L'Eſtrange's Tranſlation of Joſephus into Engliſh.* Lond. 1702. fol. Hæc verſio deinde in 8vo. prodiit una cum eodem noſtro Indice.

II. Reliquiæ Bodlejanæ: *Or, ſome genuine Remains of Sir Thomas Bodley.* Lond. 1703. 8vo. Ex Autographis. Prelo mandavit Amicus quidam Londinenſis, ad quem Apographum miſeram.

III. C. Plinii Cæcilii Secundi Epiſtolæ & Panegyricus, cum variis Lectionibus & Annotationibus. Accedit vita Plinii ordine chronologico digeſta. Oxon. è Th. Sheld. 1703. 8vo.

IV. Eutropii Breviarium Hiſtoriæ Romanæ, cum Pæanii Metaphraſi Græca. Meſſala Corvinus de Auguſti Progenie. Julius Obſequens de Prodigiis. Anonymi Oratio Funebris Gr. Lat. in Imp. Fl. Conſtantinum Conſtantini M. fil. Cum variis Lectionibus & Annotationibus. Oxon. è Th. Sheld. 1703. 8vo.

V. Indices tres locupletiſſimi in Cyrilli Hieroſolymitani opera Gr. Lat. Oxon. è Th. Sheld. 1703. fol. ad finem Cyrilli operum.

VI. Ductor Hiſtoricus: *Or, a ſhort Syſtem of Univerſal Hiſtory, and an Introduction to the Study of it. Vol. the firſt, in three Books, containing,* I. *A Chronology of all the moſt celebrated Perſons and Actions from the Creation to this Time. To which is premiſed an Explication of Terms, and other Præcognita.* II. *An Introduction to Hiſtory. Wherein an Account is given of the Writings of the ancient Hiſtorians,*

rians, Greek and Roman, with the Judgment of the beſt Criticks upon them. Together with an ample Collection of Engliſh Hiſtorians. III. *A Compendious Hiſtory of all the ancient Monarchies and States from the Creation to the Birth of Chriſt.* Lond. 1705. 8vo. *the ſecond Edition.* Prodiit item, me inſcio, anno 1714. & 1724. Ad primam editionem quod attinet, alteri cuidam omnino illa eſt adſcribenda. Quin & duo primi libri in ſecunda, tertia & quarta editione ſunt item alterius cujuſdam auctoris, qui & Præfationem ſcripſit. Librum autem tertium ipſe contexui, veterum Hiſtoricorum, Inſcriptionum, Nummorum, aliorumque monumentorum antiquorum auctoritate nixus.

VII. Ductor Hiſtoricus: *Or, a ſhort Syſtem of Univerſal Hiſtory. Vol. the ſecond. Containing a Compendious Account of the moſt conſiderable Tranſactions in the World, from the Birth of Chriſt to the final Decay of the Roman Monarchy, and the Eſtabliſhment of the German Empire by Charles the Great: In three Books,* viz. I. *A Series of the Succeſſion, and a Hiſtory of the Reigns of all the Emperors, from the Birth of Chriſt to the Removal of the Imperial Seat to Conſtantinople.* II. *The ſucceſſion of the Emperors, continued from the Tranſlation of the Empire, to the Reign of Charlemayne.* III. *The Hiſtory of Perſia under Parthian Kings, and the Perſian Race reſtored, to the Deſtruction of that Monarchy by the Saracens: The ſeveral Kingdoms erected in Europe, by the Francks, Saxons, Goths, Vandals,* &c. *and their reſpective Succeßions: The Life of Mahomet, and the Succeſſion of the Saracen Caliphs: Together with an account of the Foundation of the moſt conſiderable Cities,* &c. *for 800. Years after Chriſt, with other Miſcellaneous Things, not mentioned in the Courſe of the Hiſtory.* Oxon. 1704. 8vo. è prelo Lichfeldiano. Prodiit etiam ter Londini, (clam me,) id quod innui in Gloſſario ad Petrum Langtof-

toſtum, voc. Wiri. Tertium volumen me editurum eſſe in Præfatione monui. Quem in finem multa ex optimæ notæ libris collegeram. At quo minus pergerem impediit Puffendorfii Introductionis verſio Anglicana, quæ ab eo ſeculo exordium ducit quo deſinit volumen ſecundum, & ad noſtra uſque tempora ſerie continua hiſtoriam deducit.

VIII. *Index of the four Parts of Dr. Edwards's Preſervative againſt Socinianiſm.* Oxon. 1704. 4to. è prelo Lichfeld. Ipſius auctoris rogatu confeci.

IX. *Index to the Lord Clarendon's Hiſtory of the Rebellion.* Oxon. è Th. Sheld. 1704. fol. Aliæ item exſtant editiones tum in fol. tum in 8vo. Hanc opellam navavi rogatu clariſſimi doctiſſimique viri, Henrici Aldrichii, S. T. P. Ædis Chriſti Decani.

X. M. Juniani Juſtini Hiſtoriarum ex Trogo Pompeio libri XLIV. MSS. Codicum collatione recogniti, annotationibuſque illuſtrati. Oxon. è Th. Sheld. 1705. 8vo.

XI. T. Livii Patavini Hiſtoriarum ab urbe condita libri qui ſuperſunt, MSS. Codicum collatione recogniti, annotationibuſque illuſtrati. Oxon. è Th. Sheld. 1708. ſex voluminibus in 8vo.

XII. *A Letter containing an account of ſome Antiquities between Windſor and Oxford, with a Liſt of the ſeveral Pictures in the School Gallery adjoyning to the Bodlejan Library.* Edidit amicus quidam (ad quem ſcripſeram) Lond. A. D. 1708. in libro nimirum miſcellaneo (in 4to.) cui tit. *The Monthly Miſcellany, or Memoirs for the Curious.* Exſtat etiam alia editio, auctior & emendatior, omiſſo tamen Picturarum Catalogo, (quem calamo quoque correxeram,) ad calcem Vol. quinti Itinerarii Lelandi. At quum Catalogum etiam hunc vehementer expeterent eruditi, opuſculum totum à memet recoctum (nam ed. Londinenſis mendis obſita fuit) ſicut

jam prius ſcripſeram denuo edidi A. D. M. DCC. XXV. in 8vo. nimirum, idque conſilio atque hortatu amicorum aliquot doctorum; ita tamen, ut centena duntaxat exemplaria excudenda duxerim.

XIII. *The Life of Ælfred the Great, by Sir John Spelman, Kt. Publiſhed from the Original MS. in the Bodlejan Library. To which are added many Hiſtorical Remarks, and a Diſcourſe upon an old Roman Inſcription lately found near Bathe.* Oxon. è Th. Sheld. 1710. 8vo.

XIV. *The Itinerary of John Leland the Antiquary, in* IX. *Volumes* 8vo. *Publiſhed from the Original MSS. and other authentick Copies.* Oxon. è Th. Sheld. 1710, 1711, 1712. NB. *This Work, which is very ſcarce, there having been only an hundred and twenty Copies printed,* viz. 12. *in fine, and* 108. *in ordinary, Paper, is adorned with divers curious Diſcourſes and Obſervations, partly written by the Publiſher himſelf, and partly by others.*

XV. Henrici Dodwelli de Parma Equeſtri Woodwardiana Diſſertatio. Accedit Thomæ Neli Dialogus inter Reginam Elizabetham & Robertum Dudleium, comitem Leyceſtriæ & Academiæ Oxonienſis Cancellarium, in quo de Academiæ Ædificiis præclare agitur. Oxon. è Th. Sheld. 1713. 8vo. E Codicibus MSS. edidi, quos & ſumma cura recenſui. Libro huic Operum Dodwelli editorum Catalogum præmiſi.

XVI. Joannis Lelandi Antiquarii de rebus Britannicis Collectanea. Ex Autographis deſcripſi edidique. Quin & Appendicem ſubjeci, totumque opus (in VI. Volumina diſtributum) notis & indice adornavi. Oxon. è Th. Sheld. 1715. 8vo. Non plura quam centum quinquaginta ſex exemplaria imprimenda curavimus.

XVII. Acta Apoſtolorum Græco-Latine, litteris majuſculis. E Codice Laudiano, characteribus uncialibus exarato, & in Bibliotheca Bodlejana adſervato, deſcripſi edi-

dique. Symbolum etiam Apoſtolorum ex eodem Codice ſubjunxi. Oxon. è Th. Sheld. 1715. 8vo. Centum viginti duntaxat exemplaria excudimus.

XVIII. Joannis Roſſi Antiquarii Warwicenſis Hiſtoria Regum Angliæ. E Codice MS. in Bibliotheca Bodlejana deſcripſi, notiſque & indice adornavi. Accedit Joannis Lelandi Antiquarii Nænia in mortem Henrici Duddelegi Equitis; cui præfigitur Teſtimonium de Lelando amplum & præclarum, hactenus ineditum. Oxon. è Th. Sheld. 1716. 8vo. Sexaginta tantummodo excuſa ſunt exemplaria.

XIX. Titi Livii Foro-Julienſis Vita Henrici quinti, regis Angliæ. Accedit Sylloge Epiſtolarum, à variis Angliæ Principibus ſcriptarum. E Codicibus calamo exaratis deſcripſi edidique. Appendicem etiam Notaſque ſubjeci. Oxon. è Th. Sheld. 1716. 8vo.

XX. Aluredi Beverlacenſis Annales, ſive Hiſtoria de Geſtis regum Britanniæ, libris IX. E Codice pervetuſto, calamo exarato, in Bibliotheca Viri clariſſimi, Thomæ Rawlinſoni, Armigeri, deſcripſi edidique. Quin & Præfatione, Notis atque Indice illuſtravi. Oxon. è Th. Sheld. 1716. 8vo. Centum quadraginta octo ſolummodo exemplaria ſunt impreſſa.

XXI. Guilielmi Roperi Vita D. Thomæ Mori equitis aurati, lingua Anglicana contexta. Accedunt, Mori Epiſtola de Scholaſticis quibuſdam Trojanos ſeſe appellantibus; Academiæ Oxonienſis Epiſtolæ & Orationes aliquammultæ; Anonymi Chronicon Godſtovianum; & feneſtrarum depictarum eccleſiæ Parochialis de Fairford in agro Gloceſtrienſi Explicatio. E Codicibus vetuſtis deſcripſi edidique, Notiſque etiam adornavi. A.D. 1716. 8vo. Neque hujus quidem libri plura quam centum quadraginta octo exemplaria ſunt excuſa. NB. Operis hujus partem ſuffuratus eſt ſcriptor quidam dyſcolus ac dupondius, quam tamen ita permutavit, ut ipſum eo

nomine, pariter atque aliis de cauſſis, tanquam impoſtorem ſugillent viri probi atque eruditi.

XXII. Guilielmi Camdeni Annales Rerum Anglicarum & Hibernicarum regnante Elizabetha. Tribus Voluminibus comprehenſi. E Codice præclaro Smithiano, propria Auctoris manu correcto, multiſque magni momenti Additionibus locupletato, erui edidique, aliumque inſuper Codicem è Bibliotheca Rawlinſoniana adhibui. A.D. 1717. 8vo.

XXIII. Guilielmi Neubrigenſis Hiſtoria ſive Chronica rerum Anglicarum, libris quinque. E Codice MS. pervetuſto in bibliotheca prænobilis Domini Dni. Thomæ Sebright, Baronetti, uberrimis additionibus locupletata, longeque emendatius quam antehac edita. In hac Editione præter Joannis Picardi Annotationes, meas etiam Notas qualeſcunque & Spicilegium ſubjeci. Quinetiam accedunt Homiliæ tres eidem Guilielmo à Viris eruditis adſcriptæ, partim è Codice præclaro antedicto, partim è Codice antiquo Lambethano nunc primùm editæ. Oxonii, è Theatro Sheldoniano, 1719. 8vo.

XXIV. Thomæ Sprotti Chronica. E Codice antiquo MSto. in Bibliotheca prænobilis Adoleſcentis Dni. Edvardi Dering, de Surrenden Dering in Agro Cantiano, Baronetti, deſcripſi edidique. Quin & alia quædam Opuſcula, è Codicibus MSStis. authenticis à meipſo itidem deſcripta, ſubjeci. Oxon. è Th. Sheld. 1719. 8vo.

XXV. *A Collection of curious Diſcourſes, written by eminent Antiquaries upon ſeveral Heads in our Engliſh Antiquities, and now firſt publiſhed chiefly for the uſe and ſervice of the young Nobility and Gentry of England.* Oxon. è Th. Sheld. 1720. 8vo.

XXVI. Textus Roffenſis. Accedunt Profeſſionum antiquorum Angliæ Epiſcoporum Formulæ, de canonica obe-

obedientia Archiepiſcopis Cantuarienſibus præſtanda, & Leonardi Hutteni Diſſertatio, Anglice conſcripta, de Antiquitatibus Oxonienſibus. E Codicibus MSS. deſcripſi edidique. Oxon. è Th. Sheld. 1720. 8vo.

XXVII. Roberti de Avesbury Hiſtoria de Mirabilibus geſtis Edvardi tertii. Accedunt, (1.) Libri Saxonici, qui ad manus Joannis Joſcelini venerunt. (2.) Nomina eorum, qui ſcripſerunt hiſtoriam gentis Anglorum, & ubi exſtant; per Joannem Joſcelinum. E Codicibus MSS. deſcripſi edidique. Appendicem etiam ſubnexui, in qua, inter alia, continentur, **Letters of K. Henry VIII. to Anne Bolen.** Oxon. è Th. Sheld. 1720. 8vo.

XXVIII. Johannis de Fordun Scotichronicon genuinum, una cum ejuſdem Supplemento ac Continuatione. E Codicibus MSS. erui edidique. Appendicem etiam ſubjunxi, totumque opus (in quinque Volumina diſtinctum) Præfatione atque Indicibus adornavi. Oxon. è Th. Sheld. 1722. 8vo.

XXIX. *The Hiſtory and Antiquities of Glaſtonbury. To which are added,* (1.) *The Endowment and Orders of Sherington's Chantry, founded in St. Paul's Church, London.* (2.) *Dr. Plot's Letter to the Earl of Arlington concerning Thetford. To all which Pieces* (*never before printed*) *a Preface is prefix'd, and an Appendix ſubjoyn'd.* Oxon. è Th. Sheld. 1722. 8vo.

XXX. Hemingi Chartularium Eccleſiæ Wigornienſis. E Codice MS. penes Richardum Graves, de Mickleton in agro Glouceſtrienſi, armigerum, deſcripſi edidique. Quin & eam partem libri de **Domeſday**, quæ ad Eccleſiam pertinet Wigornienſem, aliaque ad Operis (duobus Voluminibus comprehenſi) nitorem facientia, ſubnexui. Oxon. è Th. Sheld. 1723. 8vo.

XXXI. **Robert of Glouceſter's Chronicle.** *Tranſcrib'd, and now firſt publiſh'd, from a MS. in the Harleyan Li-*

Library. To which is added, beſides a Gloſſary and other Improvements, a Continuation (by the Author himſelf) of this Chronicle from a MS. in the Cottonian Library. In two Volumes 8vo. Oxon. è Th. Sheld. 1724.

XXXII. **Peter Langtoft's Chronicle,** (*as illuſtrated and improv'd by* **Robert of Brunne**) *from the Death of Cadwalader to the end of K. Edward the Firſt's Reign. Tranſcrib'd, and now firſt publiſh'd, from a MS. in the Inner-Temple Library. To which are added, beſides a Gloſſary and other curious Papers,* (1.) *A Roll concerning Glaſtonbury Abbey, being a Survey of all the Eſtates belonging to that Houſe at the Diſſolution, taken by King Hen. the Eighth's order and for his uſe.* (2.) *An Account of the Hoſpital of St. Mary Magdalen near Scroby in Nottinghamſhire, by John Slacke, Maſter of that Hoſpital.* (3.) *Two Tracts by an anonymous Author; the firſt relating to Conqueſt in Somerſetſhire, the ſecond concerning Stone-henge. In two Volumes* 8vo. Oxon. è Th. Sheld. 1725.

XXXIII. Johannis, confratris & monachi Glaſtonienſis, Chronica, ſive Hiſtoria de rebus Glaſtonienſibus. E Codice MS. membraneo antiquo deſcripſi edidique. E quo Codice & hiſtoriolam de antiquitate & augmentatione vetuſtæ Eccleſiæ S. Mariæ Glaſtonienſis præmiſi, multaque Excerpta è Richardi Beere (Abbatis Glaſtonienſis) Terrario hujus cœnobii ſubjeci. Accedunt, Quædam, eodem ſpectantia, ex egregio MS. nobiſcum communicato ab amicis eruditis Cantabrigienſibus, ut & Appendix, in qua, inter alia, de S. Ignatii Epiſtolarum Codice Medicéo, & de Johannis Dee, Mathematici celeberrimi, vita atque ſcriptis agitur. Duobus Voluminibus. Oxon. è Th. Sheld. 1726. 8vo.

XXXIV. Adami de Domerham Hiſtoria de rebus geſtis Glaſtonienſibus. E Codice MS. perantiquo, in bi-

bibliotheca Collegii S. Trinitatis Cantabrigiæ, deſcripſi primuſque in lucem protuli. Quin & (præter alia, in quibus Diſſertatio de Inſcriptione perveteri Romana, Ciceſtriæ nuper reperta,) Guilielmi Malmeſburienſis librum de Antiquitate Eccleſiæ Glaſtonienſis, et Edmundi Archeri Excerpta aliquammulta ſatis egregia è Regiſtris Wellenſibus, præmiſi. Duobus Voluminibus. Oxon. è Theatro Sheldoniano 1727. 8vo.

XXXV. Thomæ de Elmham Vita et Geſta Henrici Quinti, Anglorum Regis. E Codicibus MSS. vetuſtis deſcripſi, & primus luci publicæ dedi. Oxon. è Th. Sheld. 1727. 8vo.

XXXVI. Liber Niger Scaccarii. E Codice, calamo exarato, mihique à Richardo Graveſio Mickletonienſi donato, deſcripſi & nunc primus edidi. Qui et cum duobus aliis Codicibus MSS. contuli, Wilhelmique etiam Worceſtrii Annales rerum Anglicarum (antehac itidem ineditos) ſubjeci. Duobus Voluminibus. Oxonii, è Th. Sheld. 1728. 8vo.

XXXVII. Hiſtoria Vitæ & Regni Ricardi II. Angliæ Regis, à Monacho quodam de Eveſham conſignata. Acceſſerunt, præter alia, Joannis Roſſi Hiſtoriola de Comitibus Warwicenſibus; Joannis Berebloci Commentarii de rebus geſtis Oxoniæ, ibidem commorante Elizabetha Regina; & D. Ricardi Wynni, Baronetti, Narratio hiſtorica de Caroli, Walliæ Principis, Famulorum in Hiſpaniam Itinere A. D. MDCXXIII. E Codicibus MSS. nunc primus edidi. Oxon. è Th. Sheld. 1729. 8vo. NB. Ad pag. 240. operis hujus ultimum edidi teſtamentum Richardi Beauchampi, Comitis Warwicenſis, (qui virtutibus ſuis magnam gratiam conſecutus fuerat) juxta Apographum Thomæ Wardi, armigeri. Cum Autographo tunc temporis non contulerat Wardus; id quod tamen poſtea fecit, mi-

mihique diſcrepantias (pleraſque quidem fere omnes leviſſimas) tranſmiſit. Sed qualeſcunque demum ſint, hîc tandem habebis, Wardi itidem hocce monito præmiſſo. **Mr. Fiſh has at laſt permitted me to compare the Will, wherein I have obſerved every minute difference.**

ADDENDA & CORRIGENDA.

Ex Autographo Jacobi Fiſh.

Pag.240. l.11. *Feoffees*] *Feoffes.* & l.16. *Soveraign*] *Soveraigne.*

P.241. l.1. *middle*] *midle.* l.6. Mox poſt *up*, lege, *and.* Sic infra, Amicus H. l.7. **Allſoe**] **Allſoe.** Poſt l.11. adde, **Allſoe** *I will, that the ſaide perſons, Executors of my laſt Will, ordayne, that to the divine Service, in the ſaid Church Collegiate to be ſaid, there be given and authorized thereto, ſufficient livelyhood of Lay Fee or of Avowſons, to find with fowre Prieſts and two Clarks that now are therein, the which foure Prieſts and two Clarkes I will to wearen and uſen the habit as the Vicars of the Colledge there, and to be as Vicars. and to doe all that the Vicars there doe in Service of holy Church, not Corporate by* [1] *themſelfe, but Members of the Church and of the Colledge.* l.12. **Allſoe**] **Allſoe.** l.16. *Ordinall of Salisberry*] [2] *Ordinall of Salesberry.* l.23. *Chriſty*] *Chriſti.* l.24. *Saturday*] *Saterday.*

P.242. l.25. *Tewkesbury*] *Tewksbury.*

P.243. l.3. *feoffed*] *feoffeed.* l.4. *Manour*] *Manour.* Poſt l.9. adde in marg. exteriori, *His plate given to his Counteſs which he had with her.* l.12. **allſoe**] **allſoe.** l.17. Poſt *covered* dele, *with.* l.22. *Paytern,*] *Paytren.* l.25.

---

1 *Sic Apogr.* 2 *Sic.*

Ward]

Ward] *Warde.* l.27. *is dead*] *dead is.* l.30. *Remãnſt.*] *Remanẽt.* l.31. *from my Chanteries att Guycliff,*] Lege, *for my Chanteries at Guiſcliff.* Ibid. in marg. *Guicliff*] *Guiſcliffe.*

P.244. l.3. *Guycliff,*] *Guiſcliff.* l.8. Alſo] Allſo. l.11. marg. *Groveberry.*] *Grovebery.* l.13. *Manour*] *Mannour.* l.17. *Groveberry*] *Grovebery.* l.20. *tearm*] *tearme.* l.24. 26. 27. & 28. *Heir*] *Heire.* l.31. *Heires*] *Heirs.*

P.245. l.3. Alſo] Allſo. l.5. & 9. *Shewſton*] *Shenſton.* l.14. *Heires*] *Heirs.* l.19. *Aſſeſth*] *Aſſeeth.* l.21. *alſo*] *allſo.* l.28. *Lady of Bergaveny.*

P.246. l.1. *Heirs*] *Heires.* l.8. *Heires*] *Heirs.* l.14. *Dayes*] *Days.* l.18. *Cup*] *Cupp.* l.22. *Pãntree*] without a daſh. l.25. *Images*] *Imiges.*

P.247. l.1. Pro *in* lege, *of.* l.18. Pro *and other* lege, *or any.* l.19. *myne*] *mine.* l.22. Poſt *Fee* lege, *any.* l.26. *worſhip*] *worſhipp.* l.30. *Singnẽlick*] *Singuelich.* l.31. *mie*] *mie.* Recte infra.

P.248. l.4. *Ordeynance*] *Ordynances.* l.12. marg. *Berkeſwell,*] *Berkswell.* l.9. *Trockmorton,*] *Throgmorton.* l.20. *inſinuatio*] *inſinuatiõ.* l.21. *Trokmorton,*] *Throckmorton.* l.28. *Ita*] *It'.* Recte infra. l.31. *Excutionis*] *Executionis.*

P.249. l.5. *Nicholas*] *Nicholaus.* l.8. *ſuper hoc habuerint*] *ſuper hæc habuerunt.*

Hanc opellam navavi, Octobris 17.
M.DCC.XXIX.

XXXVIII. Johannis de Trokelowe Annales Edvardi II. Henrici de Blaneforde Chronica, et Edvardi II. Vita à Monacho quodam Malmesburienſi fuſe enarrata. E Codicibus MSS. nunc primus divulgavi. Quin

&, præter Appendicem (in qua, inter alia, Ordinationes Collegii Orielenſis) Monumenta quædam vetera, ab Edmundo Archero communicata, ſubjunxi. Oxon. è Th. Sheld. 1729. 8vo. P. 304. l. 4. marg. *Blectio*] L. *Electio.*

E litteris v. amiciſſ. Thomæ Bakeri ad nos datis Cantebrigiæ Nov. ult. 1729.

—— **My Lord** Oxford **has purchaſt** Jo. Bale's **Book with MSS. Notes, wch. having ſent to me, I have compar'd it again with my own Notes, and find theſe ſmall Omiſſions.**

In Indice ſive Catalogo, Poſt *Tho. Sternholde* add: *Tho. Stubbes* P. 474.

Pag. 118. Pro *Hulderico Epiſcopo* leg. *Voluſianus Epiſcopus Carthaginenſis.*

P. 126,7. Ethelſtanus —— *Scripturas verti fecit, teſte Jo. Fox pag. 10. ſuæ Hiſtoriæ.*

P. 191. Mahumeti Alcoranum —— *In Deo iram et miſericordiam ponunt.*

P. 311. Poſt *Joachim Abbatis*, add: *et Cyrilli Presbyteri.*

P. 331. loco et vice, *ratificavit*, leg. *ratam fecit.*

P. 338,9. *Hugo de Eveſham* add: *Wigornienſe Chronicon.*

P. 446. *Guilhelmum Griſantum.* leg: *vel Grimaldum Griſant.*

P. 541. *anno Chriſti* 1470. leg. 1407.

P. 736. *Joannem Savagium.* leg. *Georgium.*

Theſe are all the Omiſſions I have obſerv'd, after a diligent peruſal and comparing of the Book, ——

Hæc amiciſſ. Bakerus, quæ referenda ſunt ad pag. 276. Hiſce adjicienda duxi, quæ jam opere finito mecum

cum per litteras [1] communicavit vir eruditus Ricardus Furneius, archidiaconus Surreianus. Pertinent autem ad cœnobium ſanctimonialium de Winteneia in diœceſi Wintonienſi. De quo cœnobio ſupra (ad pag. 382.) non pauca præclara habes; unde intelliges, ordinis fuiſſe Benedictini. At è notis his Furneianis colligimus, ordinis potius exſtitiſſe Ciſtertienſis. Quo modo hæc inter ſe invicem ſint concilianda, non liquet, niſi ſentiamus, primum fuiſſe ordinis Benedictini, tandem vero, ordine Ciſtertienſi inſtituto, Ciſtertienſes hujus cœnobii evaſiſſe ſanctimoniales. Sed audi ſis Furneium, cujus verba (ne in ſubnubilo res ſit) ſatius eſt retinere, quam alia eorundem vice ſubſtituere.

——— All I have met with [about Wynteney Nunnery] relates only to the Prioreſſes and their ſucceſſion, and is, as follows.

CECILIA reſigned in 1294.

ALICE DE DUMMERE confirmed by Biſhop Pontiſſera 3 Kal. Junii 1301.

In 1308 a Priores was elected, whoſe name I know not.

ALICE DE WESTCOTE upon the death of Chriſtian elected and confirmed 3 Non. Junii 1329.

CAMNA DE MAREYS upon the reſignation of Alice de Weſtcote was advanced 20th Nov. 1336.

EMMA DE WINTERBURNE upon the death of Eleanor Squerrell confirmed 5th March 1452.

---

1 *Dat. Chelſeiæ Dec.* 12. 1729.

And she dying 2d April 1460, the Nuns granted the Nomination to Bishop Waynflet; who on the 26th day of the same month appointed

PETRONIL PYGEON. She resigned her office, & thereupon Licence to elect being first asked & obtained of Thomas Earl of Ormond, as in right of his Wife Christian one of the Daughters of Richard Holte Esq; deceased Founder of Wynteney, and of John Pownde, as in right of Elizabeth his wife another daughter of the said Richard Holte Patron thereof

ANNE THOMAS one of the Nuns of this house was on Feb. 22d 1497 elected in the presence of Nicholas Mayew LL.D. Chancellor of the Diocese of Winchester, Ralph Hethcote . . . . in Decretis Archdeacon of Totnes, Richard Newport LL. B. and John Wely N. P. The Nuns at this Election in their Chapter house (which, I suppose, were all, that then belonged to the Convent) were Katherine Founteyn Subpriores, Joan Swan Sacrist, Juliana More and Anne Thomas Nuns expressly professed, Joan Assheley tacitely professed; and did all (Anne Thomas her self only excepted) elect the said Anne Thomas to be the Priores of the Priory or Conventual Church of St. Mary Magdalen & St. John Baptist of Wynteney of the Cistertian Order in the Diocese of Winchester.



FINIS.